NOVVS THESAVRVS PHILOLOGICO - CRITICVS

SIVE

LEXICON IN LXX ET RELIQVOS INTERPRETES GRAECOS AC SCRIPTORES APOCRYPHOS

VETERIS TESTAMENTI

POST BIELIVM ET ALIOS VIROS DOCTOS

CONGESSIT ET EDIDIT

IOH. FRIEDER. SCHLEVSNER

PHILOSOPHIAE ET THEOLOGIAE DOCTOR
HVIVSQVE PROF. P. O. AEDI ARCIS PRAEPOSITVS
SEMINARII ECCLES. REGII VITEB. DIRECTOR

PARS QVINTA.

T — Ω

CUM EFFIGIE AUCTORIS

LIPSIAE CIƆIƆCCCXXI

LIBRARIA WEIDMANNIA

IMPRESSIT BENEDICT. GOTTHILF TEVBNER

Σ

*ΣΑΒΑΕΙ'Μ. Est ipsa vox hebr. סְבָאִים, plur. *Sabaei*, nomen proprium populi. Ies. XLV, 14.

*ΣΑΒΑ'Τ. Nomen mensis Hebraeorum undecimi, Ianuario nostro ex parte respondentis, hebr. שְׁבָט. Zach. I, 7. *Syr.* ܫܒܛ (in *Februarium* incidens), *Arabibus* سباط et شباط. 1 Macc. XVI, 14. Conf. *I. D. Michaelis de mensibus Hebraeorum* p. 32. 43. et 52. in Ei. *Commentatt. Societ. Reg. Scient. Goett. annis 1763. sequ. oblatis.*

ΣΑΒΑΧΑ'. Ipsa vox hebr. שְׂבָכָה, *reticulum*. 2 Reg. XXV, 17. *Gloss. in lib. IV. Reg.* ἐπὶ τὸ σαυβαχὰ (*Cod. MS. Baroc.* σαββαχὰ), κατὰ τὸ δίκτυον.

ΣΑΒΑΩ'Θ et ΣΑΒΒΑΩ'Θ, *Zebaoth*. Est ipsa vox hebr. צְבָאוֹת plur. a צָבָא, *exercitus*. Hinc nomen soli Deo proprium, quasi *Deus* vel *Dominus exercituum*, h. e. *coeli et corporum coelestium*. Vide 1 Sam. I, 3. 11. XV, 2. XVII, 45. Ies. I, 9. et alibi. *Hesychius:* σαβαὼθ, στρατιῶν: ubi vide Int. Apud eundem Σαβαὼθ redditur παντοκράτωρ, quod LXX hebr. צְבָאוֹת, si cum nomine Dei coniungatur, saepius per vocem παντοκράτωρ exprimere soleant. In oraculis Sibyllinis plus vice simplici σαβαὼθ usurpatur, ut nomen Dei proprium, separatim sine ullo alio nomine divino; sed male. Vide *Drusium* Epist. 59.

*ΣΑΒΒΑΤΑΙ'ΟΣ, *Sabbataeus*. שַׁבְּתַי. Est nomen proprium viri, quasi a sabbato sic appellati. Nehem. XI, 16.

ΣΑΒΒΑΤΙ'ΖΩ, *sabbatizo, sabbatum ago.* שָׁבַת, *quiesco.* Exod. XVI, 30. Lev. XXIII, 32. XXVI, 35. Vide quoque *Cyrillum c. Iul.* lib. X. p. 351. D. et *Clement. Alex. Strom.* p. 323, 21.

ΣΑ'ΒΒΑΤΟΝ, et passim in plur. σάββατα, *sabbatum, sabbata.* *שֶׁבֶת, *sedes.* Amos. VI, 3. Legerunt aliis punctis subiectis שַׁבָּת. – שַׁבָּת, *quies.* 2 Reg. XI, 7. πᾶς ὁ ἐκπορευόμενος τὸ σάββατον, pro κατὰ τὸ σάββατον, omnis, qui egreditur sabbato. Vide et 2 Reg. XI, 5. 9. et alibi saepius. – שַׁבָּתוֹן. Ipsa vox hebr. *Inc.* Lev. XIII, 29. XXV, 5. *Suidas:* Σάββατον, ἑβδόμη ἡμέρα ἐτύγχανε τοῦ κυκλικοῦ διαστήματος τῆς ἑβδόμης: et paulo post subiungit: ἀργίαν δὲ εἶχε τὸ σάββατον, ἀλλὰ τὴν πνευματικὴν ἐργασίαν πολλαπλασίονα ἐπετέλουν.

Idem: *Σάββατον, ἀργία, κατάπαυσις.* Praeterea legitur Macc. VI, 49. ὅτι σάββατον ἦν τῇ γῇ, h. e. vel: *ob vacationem terrae datam*, s. *quia terra non culta erat*, vel: *quia annus tunc agebatur septimus seu sabbaticus, per quem terra vacabat frugibus.* Posteriorem interpretationem praeferendam puto ob v. 53. ubi diserte dicitur: διὰ τὸ ἕβδομον ἔτος εἶναι. Eodem modo etiam hebr. שַׁבָּת sumitur Lev. XXV, 6. coll. v. 5.

ΣΑ'ΒΒΑΤΟΝ ΠΟΙΕ'Ω, *sabbatum facio.* עָרַב לָקַח *pignus accipio.* 1 Sam. XVII, 18. καὶ τὸ σάββατον ποιήσεις μετ' ἐμοῦ. Verba haec, quae in *Ald.* et *Compl.* tantum reperiuntur, continent additamentum, cuius sensum, et unde desumtum sit, me ignorare fateor.

ΣΑ'ΒΒΑΤΑ ΣΑΒΒΑ'ΤΩΝ, *sabbata sabbatorum.* שַׁבַּת שַׁבָּתוֹן, *sabbatum quietis.* Lev. XIII, 32. XVI, 31. (Vide supra s. v. ἀνάβασις.) XXIII, 32. *Fullerus Miscell. Sacr.* lib. II. c. 10. p. 229. et alii suspicantur, plurale σάββατα formatum esse ex eo, quod sono conveniat cum *Syr.* שבתא, quod speciem neutrius pluralis apud Graecos habet. Conf. *Relandum Antiqu. Hebr.* p. 446. et *Wolfium* ad Marc. I, 21. p. 430.

ΣΑΒΕΙ'Ρ vel rectius iuxta al. Σαβεὶ sive Σαβί Ipsa vox hebr. צְבִי, *decor, gloria.* Dan. XI, 16. Conf. *Drusium* in *Fragm. vett. Intt. GG.* p. 1232.

ΣΑΒΕ'Κ. Ipsa vox hebr. סְבָךְ, *perplexum, vepretum, locus multis fruticibus perplexus.* Hinc φυτὸν σαβέκ. Gen. XXII, 13. ἰδοὺ κριὸς εἷς κατεχόμενος ἐν φυτῷ σαβέκ, ecce aries aliquis, qui detinebatur in frutice σαβέκ. Videntur hic duae versiones coaluisse. Vide ad h. l. *Flamin. Nobil.* et *Drusii* notas. *Gloss. in Octateuchum:* ἐν φυτῷ σαβέκ, ἐν φυτῷ δυνατῷ. *Hesych.* Σάβεκ, βάτος. ἐν φυτῷ σαβέκ. Sic enim legendum est. Vide ibi *Intt. Phavorinus:* σαβέκ, τὸ παρ' ἡμῖν χρυσολάχανον. *Lex. Cyrilli MS.* Σαβέκ, χρυσολάχανον, παρὰ Ἰουδαίοις δάσος. *Is. Vossius* de *LXX Intt.* p. 430. putat, σαβέκ fuisse *gelsominum* s. *iasminum*, qui frutex frequens est in Aegypto et Syria, passimque eo vestiuntur sepes, pergulae et umbracula. Coniecturam hanc vel ipsum ei videtur nomen confirmare. *Sambach* enim aut etiam *Zabach* haec planta appellatur *Arabibus, Syris* et *Aegyptiis.* Sed vide contra illum *Steph. le Moyne Obss.* ad *Var. Sacr.* p. 703. Caeterum in *Scholio vetere* prolato a *Bosio* ad h. l. et *Gloss. Bibl. Coislin.* p. 475. Σαβὲκ exponitur ἄφεσις, et additur: ἀπὸ τῆς Σύρας διαλέκτου. Ita etiam *Lex. Orig.* p. 233. et *Suidas*, nisi quod apud hunc vox διαλέκτου omissa sit. Male autem ibi vox derivatur a chald. שְׁבַק, *dimisit.*

ΣΑΓΗ', *tegmen, stragulum, operimentum equi, stratum, phalerae, clitellae*, a σάττω, *onero.* 2 Macc. III, 25. Scri-

bitur alias *σάγη*, quam *Hesychius* *τὴν ὅλην πανοπλίαν, ἢ περιβόλαιον, σκέπασμα* interpretatur. Conf. *Pollucis Onom.* lib. X. c. 12. segm. 54. ibique notas *Hemsterhusii*. Repetitur quoque haec vox apud *Iosephum*, v. c. *A. I.* I, 19, 11. ubi pro *τὰ σάγματα*, quod Gen. XXXI, 34. LXX Intt. posuerunt, *τὴν σάγην* scripsit.

ΣΑΓΗ'ΝΗ, *sagena*. חֵרֶם, *rete*. Cohel. VII, 27. Ezech. XXVI, 5. 14. et alibi. – מִכְמֶרֶת, *rete*, vel potius *fovea*. Hab. I, 15. – מִכְמֹרֶת, idem. Ies. XIX, 8. – רֶשֶׁת, *rete*. *Ino.* Ps. X, 9. et Ezech. XLVII, 10.

ΣΑ'ΓΜΑ, *onus iumenti sarcinarii*, *stratum* vel *clitellae*. כַּר, *sella camelina*, arab. كور Gen. XXXI, 34. *ἐνέβαλεν αὐτὰ εἰς τὰ σάγματα καμήλου*, iniecit illa in *strata cameli*. *Hesych.* post *σαφήτωρ: σαγματα, φορτία*, ubi *Is. Vossius* *σάγματα* legendum existimat. *Lex. vet.* *σάγματα*, *κανθήλια*, *clitellae*, *aut strata iumentorum*. *Commentator vetus Cruquii* ad *Horatii Sat.* I, 5.: *Clitellas*, *sagmas sive sellas*, *quibus strati muli sarcinas et onera gestant*. Conf. *Schefferum de re vehicul.* lib. II. c. 2. p. 8. sequ. ac supra s. v. *σαγή*.

ΣΑ'ΓΟΣ, *sagum*. שְׂמִיכָה, *sagma*, *stragula villosa*. *Theod.* Iud. IV, 18. *Hesych.* *σάγος, μέρος τι τῆς πανοπλίας*.

ΣΑΔΔΑΙ', *σαδδαΐ*. Est ipsa vox hebraica שַׁדַּי, *omnipotens*, *sufficiens*. Ezech. I, 24. X, 5. *Symm.* Iob. VI, 4. *Hesych.* *Σαδδαΐ*, *ἱκανοῦ*. Ita enim legendum est e *Gloss. MS. in Ezech.* et *Gloss. Brem.* Confer *Alberti Gloss. Gr. in N. T.* p. 35. et Ruth. I, 20. 21. Iob. XXI, 15. XXXI, 2. XL, 2. ubi LXX שַׁדַּי per vocem *ἱκανὸς* reddunt.

ΣΑΔΗΜΩ'Θ. Ipsa vox hebr. שְׁדֵמוֹת *agri*, *arva*, *campestria*, *planities*. 2 Reg. XXIII, 4. *ἐν σαδημὼθ κέδρων*, in *campestribus* cedrorum. *Gloss.* in *lib.* 4 *Reg.* *ἐν σαλεκωτῇ* (ita in *Cod. Fabric.* sed in *Cod. Barocc. MS.* *Ἐν Σολομῶντι*. Sed reponendum utrobique *Ἐν σαδημὼθ*.) *ἐν τῇ φάραγγι*. *Eusebius* in *Onomast. locorum Scripturae* pariter *Σαδημὼθ* habet.

ΣΑΔΗΡΩ'Θ. Ipsa vox hebr. שְׂדֵרוֹת, *ordines*. 2 Reg. XI, 8. 15. Ad priorem locum respiciens *Lex. Cyrilli MS. Brem.* *Σαδηρὼθ* interpretatur *περιβόλους*, *ambitus*. Ad posteriorem *Gloss. in lib.* 4. *Reg.* *τῶν σαδερὼθ* (ita enim scribitur pro *σαδηρὼθ*), *τῶν διατάξεων ἢ περιβολῶν*. Scribe: *περιβόλων*. Similiter *Cod. MS. Barocc.* *τῶν σαβερὼθ* (scribe: *σαδερὼθ*), *τῶν διατάξεων*, *τῶν περιβόλων*.

ΣΑΘΡΟ'Σ, *putris*, *putidus*, *putridus*, *flaccidus*, *marcidus*, it. *debilis*, *fragilis*. רִקָּבוֹן, *putredo*. *Al.* Iob. XLI, 18. *σαθρόν*. *Suidas*: *σαθροί*, *παλαιοί*, *φθαρέντες*.

ΣΑΘΡΟ'ΤΕΡΟΣ, compar. *putridior*. Sap. XIV, 1. *σαθρότερον ξύλον*.

ΣΑΘΡΟ'Ω, *putrefacio*, *labefacto*, *quasso*, *corrumpo*: רָצַץ, *confringo*. Iud. X, 8. ἐσάθρωσαν καὶ ἔθλασαν τοὺς υἱοὺς Ἰσραήλ, quassabant et opprimebant filios Israël.

**ΣΑΙ'Σ*. Est ipsa vox hebraica סִין, *Sin*, *nomen urbis in Aegypto*, ubi forte pro נ finali legerunt ו, Sais. Ezech. XXX, 15. 16.

ΣΑ'ΚΚΟΣ, *saccus*. אַמְתַּחַת, idem. *Symm.* Gen. XLII, 27. 28. *Aqu.* *Symm.* Ps. XXXV, 13. LXVIII, 12. - *נֹאד, *uter*, *utris*. Ios. IX, 4. Eandem significationem habet quoque h. l. σάκκος. - שַׂק. Gen. XXXVII, 33. XLII, 25. 35. Lev. XI, 32. *Symm.* Gen. XLII, 27. Legitur praeterea 2 Sam. XII, 16. ubi *Inc.* verba ἐν σάκκῳ ex aliis locis de suo addidit. Sir. XXIV, 19. Conf. ad h. l. *Bocharti Hieroz.* P. I. lib. III. c. 8. p. 809. Baruch. IV, 20. σάκκος δεήσεως. *Vulg.* *saccus obsecrationis*, insigne temporis luctuosi et calamitosi.

**ΣΑΛΕΥΤΟ'Σ*, *qui movetur*, *aut concutitur*. טֹטָפוֹת plur. *frontalia*, *schedae memoriales*. Deut. VI, 9. ubi *Vulgatus*, qui habet *eruntque et movebuntur ante oculos tuos*, loco ἀσάλευτα legit εἰς σαλευτὰ, ut quoque legisse videtur *Hieronymus* in *Commentariis* ad Matth. XXIII.

ΣΑΛΕΥ'Ω, *agito*, *commoveo*, *moveo*, *concutio*, *dimoveo*, *concito*, *affligo*, et Σαλεύομαι, *titubo*, *trepido*, *vacillo*. גּוּר, *metuo*. Ps. XXXII, 8. - גָּעַשׁ, *concutior*. Ps. XVII, 9. ἐσαλεύθη καὶ ἔντρομος ἐγενήθη ἡ γῆ, καὶ τὰ θεμέλια τῶν ὀρέων ἐταράχθησαν καὶ ἐσαλεύθησαν, *concutiebatur* et tremebat terra, et fundamenta montium turbabantur et *concutiebantur*. Conf. Act. IV, 31. XVI, 26. - הֵסִיר Hiph. a סוּר, *recedere facio*. 2 Par. XXXIII, 8. οὐ προσθήσω σαλεῦσαι τὸν πόδα Ἰσραὴλ, h. e. non amplius efficiam, ut Israelitae *terram relinquere cogantur*. - הִתְהֹלֵל Hithp. *insanio*. Ierem. LI, 7. ἐπίοσαν ἔθνη, διὰ τοῦτο ἐσαλεύθησαν, biberunt gentes, propterea *titubarunt*, sc. *instar insanientium*. - הִתְפַּלֵּץ Hithp. *tremo*. Iob. IX, 6. οἱ δὲ στύλοι αὐτῶν σαλευθήσονται, columnae autem eius *commovebuntur*. - זוּעַ, idem. Cohel. XII. 3. - *זָחַח, *removeo*, *dimoveo*, ut arab. زح. *Inc.* Exod. XXVIII, 28. ubi σαλεύεσθαι notat *removeri*, *dimoveri*. - חִיל, *parturio*. Ps. XCV, 9. σαλευθήτω πᾶσα ἡ γῆ, *commoveatur* omnis terra. Eadem formula legitur quoque Ps. XCVI, 4. et CXIII, 7. Sc. habet vox hebr. quoque notionem *commotionis* in l. *chald.* *syr.* et *arab.* Arab. حال, *commotus est*. Conf. *Simonis Lex. hebr.* p. 522. - חָפַז, *trepido*. Ps. XLVII, 5. ἐθαύμασαν, ἐταράχθησαν, ἐσαλεύθησαν, mirabantur, perturbabantur, *trepidabant*. Conf. Sir. XLVIII, 22. - לֶכֶד, *captura*. Prov. III, 26. ἐρείσει σὸν πόδα, ἵνα μὴ σαλευθῇς, firmabit pedem tuum, ne *titubes*. Alia hic imagine

usi sunt pro more suo, unde non possum assentiri *Semlero*, qui in *Epist. crit.* p. 22. e *Scholio* rescribendum putat ἀγρευθῇς, quod mihi vel ob versionem arab. (cuius auctor fortasse σαλευθῇ legit) non probabile videtur. – מָדַד, *metior.* Hab. III, 5. ἐσαλεύθη ἡ γῆ. Legerunt, si quid video, וַיְמֹעֵר, *et commota est*, pro וַיְמֹדֶד, *et mensus est.* Caeterum ibi duae versiones coaluerunt. Alii vero statuunt, eos legisse יְנוֹדֵד a rad. נוּד, *moveri, huc et illuc agitari.* – מוּג, *liquefio.* Ps. XLV, 6. Amos. IX, 5. Nah. I, 5. Sc. terra et montes, si commoventur et concutiuntur, liquefieri videntur et dicuntur. – מוֹט: נָמוֹט: הִתְמוֹטֵט, Kal, Niph. et Hithp. 1 Par. XVI, 30. Iob. XLI, 15. Ps. X, 6. ubi, ut hoc obiter moneam, post οὐ μὴ σαλευθῶ est comma ponendum, ita ut verba sequentia ἀπὸ γενεᾶς – – κακοῦ, sc. ἔσομαι, tanquam sententia separata spectentur. Ps. XII, 5. XXXVII, 17. ἐν τῷ σαλευθῆναι πόδας μου, cum *titubent* pedes mei. Vide et Ps. XVI, 6. XCIII, 18. Ies. XXIV, 20. σάλῳ σαλευθήσεται ἡ γῆ, *commotione* (h. e. *vehementer*) *commovebitur* terra. *Ed. Quinta* Ps. XLV, 2. *Symm. Theod.* Prov. X, 30. – מָעַד, *vacillo.* 2 Sam. XXII, 37. οὐκ ἐσαλεύθησαν τὰ σκέλη μου, non *vacillabant* crura mea. – נוּד: הֵנִיד, Kal et Hiph. 2 Reg. XXI, 8. Ps. XXXV, 12. Dan. IV, 11. – נוּט, *nuto.* Psalm. XCVIII, 1. – נוּעַ: הֵנִיעַ, Kal et Hiph. Ps. CVI, 27. ἐσαλεύθησαν ὡς ὁ μεθύων, *titubarunt* tanquam ebrius. Ps. CVIII, 24. ἐσάλευσαν κεφαλὰς αὐτῶν, *moverunt* capita sua. Ies. VII, 2. ἐξέστη ἡ ψυχὴ τοῦ λαοῦ αὐτοῦ, ὃν τρόπον ἐν δρυμῷ ξύλον ὑπὸ πνεύματος σαλευθῇ, commovebatur anima populi eius, quemadmodum in sylva arbores *commoventur* a vento. Amos. VIII, 12. σαλευθήσονται τὰ ὕδατα, *fluctuabant* aquae. *Hebr. et Syr.* Gen. IV, 12. σαλευόμενος, h. e. interprete *Hieronymo Quaest. in Genes. fluctuans et instabilis ac sedis incertae.* Adde *Theod.* Ies. XXIV, 20. *Aqu.* sec. marg. cod. 130. *Holmes.* Num. XXXII, 13. ἐσάλευσαν. Fortasse ἐσάλευσεν. Sed dubito, an haec versio *Aquilae* vindicanda sit. *Theod.* 1 Sam. I, 13. sec. marg. 108. ubi loco σαλευομένου reponendum σαλευομένων. – נָזַל, *fluo.* Iud. V, 5. ὄρη ἐσαλεύθησαν ἀπὸ προσώπου κυρίου, ubi vel legerunt נָזֹלּוּ, a rad. זָלַל, e significatione rad. arab. زلّ, *tremefacio, loco suo moveo*, ac زلزل, vel, quod mihi adhuc probabilius est, sensum expresserunt. Vide supra s. מוּג. – נָטָה, *declino.* Ps. LXXII, 2. Σαλεύεσθαι h. l. de *pedibus* adhibetur sensu metaphorico, ut sit *aberrare a recta via.* – נָמַס Niph. a מָסַס, *liquefio.* Mich. I, 4. Vide supra s. מוּג. – עִנָּה Pih. *affligo.* 2 Reg. XVII, 20. ἐσάλευσεν αὐτοὺς, *afflixit* illos. – *עָרֵל, *praeputiatum* h. e. *profanum* et *impurum habeo.* Hab. II, 16. καρδία σαλεύθητι, pro הֵעָרֵל, *praeputiatus habetor* vel *agnoscitor.*

Legerunt literis transpositis הָרַעַל seu רַעַל. Vide infra s. v. *σείω*. - רָגַן. *Symm.* Ies. XIV, 19. *ἐσαλεύθη*. - רָחַף, *tremo.* Ierem. XXIII, 9. - רַעַל, *tremor.* Zach. XII, 2. - רָעַם, *perstrepo*, *tono*. Ps. XCV, 11. et XCVII, 8. *σαλευθήτω ἡ θάλασσα*, *fluctuet* mare. Non legerunt יִרְעַם, et hoc acceperunt pro יִרְעַשׁ, ut plerique Intt. opinati sunt, sed sensum expresserunt. Nam mare fluctuans magnum strepitum edit. Immo melius hic quadrat significatio *commovendi*, quam *tonandi*. Praeterea *Buxtorfius* in *Anticrit.* p. 670. observavit, רָעַם ex Hebr. sententia idem esse quod רָעַשׁ. - רעשׁ. *Theod.* Ierem. X, 10. *σαλευθήσεται*, *concutietur*. Iudith. XII, 15. *ἐσαλεύθη ἡ ψυχὴ αὐτοῦ*, *commovebatur* animus eius, qui nempe amore Iudithae captus erat. Sap. IV, 19. *σαλεύσει αὐτοὺς ἐκ θεμελίων*, *dimovebit* illos e fundamentis. Ita Matth. XXIV, 29. *Sirac. XIII*, 23. *πλούσιος σαλευόμενος στηρίζεται ὑπὸ φίλων*, diviti *in periculo versanti* succurritur ab amicis consilio et auxilio. Sirac. XXIX, 24. *ἐγγύη πολλοὺς ἀπώλεσε κατευθύνοντας, καὶ ἐσάλευσεν αὐτοὺς, ὡς κῦμα θαλάσσης*: ubi *σαλεύειν* est *turbare rem familiarem*. Simili sensu *Isocrates in Oratione de Pace πολιτείαν σαλευθῆναι* dixit. Sir. XXVI, 8. *βοοζύγιον σαλευόμενον, γυνὴ πονηρὰ*, iugum boum, qui moventur, seu sicut boves, qui iuga *iactant*, ita est uxor mala. Conf. ad h. l. *Bocharti Hieroz.* P. I. Lib. II. c. 41. p. 408. Sir. XXVIII, 15. *γλῶσσα τρίτη πολλοὺς ἐσάλευσε*, lingua tertia multos *concitavit*, aut *infelices reddidit*. 1 Macc. VI, 8. *ἐθαμβήθη καὶ ἐσαλεύθη σφόδρα*, obstupescebat et valde *commovebatur animo*. Vide et 1 Macc. IX, 13. *Hesych. σαλεύειν, ῥιπτάζεσθαι*. *Moschopulus: σαλεύειν κυρίως ἐπὶ νηὸς λέγεται, ὅταν ἐπ' ἀγκύρας κινῆται, καὶ ἀσταθὴς ὑπὸ τῶν κυμάτων ταραττομένη*. Inde autem verbum translatum est ad *quemvis motum* et *agitationem*, etiam ad *commotionem animi*. Vide omnino *L. Bosium* ad Hebr. XII, 27. p. 259. sequ. et *Elsnerum* ad Act. XVII, 15. p. 445. sequ. ac *Lexicon N. T.* s. h. v.

ΣΑΛΙΣΙ'Α. Vide *ΣΕΛΙΣΙ'Α.*

ΣΑ'ΛΟΣ, *salum*, *fluctus*, *fluctus agitatio*, *aestus maris*, *commotio*, *titubatio*, *perturbatio*. זַעַף, *aestus*. Ion. I, 15. *ἔστη ἡ θάλασσα ἐκ τῆς σάλου αὐτῆς*, stabat mare ab *aestu* suo, s. *sedatum est mare*. *Gloss. MS. in Proph. σάλου, κλύδωνος, ταραχῆς*. Conf. Luc. XXI, 25. - מוֹט, nomen. Ps. LIV, 25. *οὐ δώσεις εἰς τὸν αἰῶνα σάλον τῷ δικαίῳ*, non dabis in aeternum *animi perturbationem* (potius: *infelicitatem*, *miseriam*) iusto. *Theod.* et LXX Ps. CXX, 3. *μὴ δῴης εἰς σάλον τὸν πόδα σου*, ne des ad *titubationem* pedem tuum. Vide et Ps. LXV, 8. Sic verbum *σαλεύεσθαι* etiam aliquando *titubare* significat apud LXX. Vide supra s. v. *σαλεύω*. - מוֹט, *infin.* Ies. XXIV, 20. *σάλῳ σαλευθήσεται ἡ γῆ*, *commotione* (h. e.

vehementer) *commovebitur* terra. – נוּעַ. *Theod.* Ies. XXIV, 20. – בִּירָה, *agitatio.* Thren. I, 9. εἰς σάλον ἐγένετο, in *perturbationem* venit. – סְעָרָה, *turbo.* Zach. IX, 14. πορεύεται ἐν σάλῳ ἀπειλῆς αὐτοῦ, ambulat in *turbine* minarum suarum. – רַעַשׁ. *Symm.* Iob. XXXIX, 24. ubi σάλος *impetum* notat. – שׂוֹא infin. a נָשָׂא. Ps. LXXXVIII, 10. τὸν δὲ σάλον τῶν κυμάτων αὐτοῦ σὺ καταπραΰνεις, *agitationem* autem fluctuum eius tu compescis. – תַּרְעֵלָה, *horror.* Ps. LIX, 3. οἶνος σάλου, *vinum, quod fluctuare* seu *titubare cogit ebrium, atque in orbem rotare.* Conf. Sir. XL, 6. *Hesych.* σάλος, φροντὶς, ταραχὴ, κλύδων, καὶ ἡ τῆς θαλάσσης κλύδωνος κίνησις. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* σάλον, μετακίνησιν, ταραχήν.

ΣΑ'ΛΠΙΓΞ, tuba. חֲצֹצְרָה, idem. Num. X, 8. οἱ ἱερεῖς σαλπιοῦσιν ἐν ταῖς σάλπιγξι, sacerdotes *tubis* canent. Vide et 1 Par. XV, 24. XVI, 6. 2 Par. V, 11. Inde *Suidas:* σάλπιγξ, ἱερατικὸν τοῦτο ὄργανον. Ἱερεῖς γὰρ ἐχρῶντο τῇ σάλπιγγι. – קֶרֶן, *cornu,* per metonymiam *vasculum corneum,* spec. ut lat. *cornu, buccina* s. *tuba.* Ios. VI, 5. – קַרְנָא, idem. Chald. Dan. II, 5. 7. 10. 15. – שׁוֹפָר. Exod. XVI, 19. φωναὶ τῆς σάλπιγγος, voces tubae. Vide et Exod. XX, 18. Lev. XXV, 9. Ps. XLVI, 5. – תָּקוֹעַ, *classicum.* Ezech. VII, 14. – תְּרוּעָה, *clangor.* Levit. XXIII, 24. σαλπίγγων, ubi *Schol.* ἡ τῆς σκηνοπηγίας. 2 Par. XV, 14. *Symm.* Iob. XXXIX, 25. Σάλπιγξ quandoque est i. q. σάλπισμα, ut docuit *Schaeferus* ad *Dionys. Halic. de compos. verb.* p. 252.

**ΣΑ'ΛΠΙΓΓΕΣ ΑἹ ΚΕΡΑ'ΤΙΝΑΙ, buccinae arietinae.* שׁוֹפָרוֹת. *Inc.* Ios. VI, 16. sec. cod. *Basil.* apud *Montf.* Sed ibi verba ταῖς σάλπιγξι ταῖς κερατίναις seiungenda sunt, utpote diversae interpretationes eiusdem vocis hebraicae, ut recte monuit *Scharfenbergius.*

ΣΗΜΑΙ'ΝΩ Ε'Ν ΣΑ'ΛΠΙΓΞΙ, signum do tubis. הִשְׁמִיעַ וְהֶעֱבִיר קוֹל, *audire et transire facio vocem.* Nehem. VIII, 17. Conf. 1 Macc. VI, 33.

ΦΩΝΗ' ΚΑΙ' ΣΑ'ΛΠΙΓΞ, vox et tuba. יוֹבֵל, *aries,* h. e. *cornu arietinum.* Exod. XIX, 13.

ΣΑΛΠΙ'ΖΩ, tuba clango s. cano, buccino. הֵרִיעַ Hiph. a רִיעַ *clango.* Ies. XLIV, 23. Num. X, 9. ubi vid. *Scharfenbergius.* – חִצֵּר: הֶחֱצִיר, Pih. et Hiph. 2 Par. V, 11. 12. VII, 6. XIII, 14. – מָשַׁךְ, *protraho.* Ios. VI, 5. Sc. sermo ibi est de tubae genere, quae prolongatur s. protrahitur, dum canitur. – תָּקַע. Num. X, 3. 4. 5. 6. et alibi saepius.

ΣΑΛΠΙΣΜΟ'Σ, tubae clangor. תְּרוּעָה, idem. *Inc.* Lev. XXIII, 24. *Theod.* sec. *Procopium Cat. Niceph.* p. 1335. Num. XXIII, 21.

ΣΑΜΒΥ'ΚΗ, aut σαμβύκης, *sambuca, instrumentum musicum. Ruellus* lib. I. de *natura stirpium* cap. 20. ita dici existimat ab auctore, cuius nomen fuerit *Sambyx,* cuius tamen veterum nemo meminit. Hinc *Politianus* cap.

14. *Miscellan.* et *Canin.* in *Hellenismi Alphabeto* malunt derivare a Syriaco s. Chaldaico סבכא. Vide *Martinii Lexic. Philolog.* s. v. *sambuca.* סַבְּכָא: שַׂבְּכָא. Dan. III, 5. 7. 10. 15. *Hesych.* σαμβύκη, οὐ μόνον τὸ μουσικὸν ὄργανον, οὗ μέμνηται Ἰόβας, ἀλλὰ καὶ πολιορκητικὸν, οὗ Βίτων. *Suidas:* σαμβύκαι, ὄργανα μουσικὰ τρίγωνα, ἐν οἷς τοὺς ἰάμβους ᾖδον. οἱ δὲ ἰαμβύκαι. ταύτην τὴν ἰαμβύκην πρῶτος Ἴβυκος ἐφεῦρεν. ἔστι δὲ εἶδος κιθάρας τριγώνου. Conf. *Hesychium* in v. ἰαμβύκαι (sic enim scribendum pro ἰαμβυκαὶ), *Suidam* in v. Ἰβύκινον et Ἴβυκος, *Bochart. Chanaan* lib. II. c. 7. p. 808. et *Sal. van Til.* de *musica vett. Hebr.* sect. V. §. 14. p. 96. sequ.

ΣΑΝΔΑ'ΛΙΟΝ, *solea, calceamenti genus.* נַעַל, idem. Ies. XX, 2. Vide et Iudith. X, 4. XVI, 7. Conf. de *sandaliis* auctores citatos *Wolfio* ad Act. VI, 9. p. 463. ac *Lexicon* N. T. s. h. v.

*ΣΑΝΙ'ΔΩΜΑ, *tabulatum.* 3 Macc. IV, 8. ἔτι καὶ τῷ καθύπερθε πυκνῷ σανιδώματι διακειμένῳ τὸ φέγγος ἀποκλειόμενοι, praeterea vero desuper densis *tabulis* positis a lumine exclusi erant. Adde *Etymol. M.* 470, 33. *Gloss. Philox.* σανίδωμα, ἐπίπεδον, *pulpitum, tabulatum, laqueare.*

ΣΑΝΙΔΩΤΟ'Σ, *tabulatus, contabulatus, asseribus tectus*, a σανιδόω, *tabulo, contabulo.* לוּחַ, *tabula.* Exod. XXVII, 8. XXXVIII, 7.

ΣΑΝΙ'Σ, *tabula, asser, ianua, ostium.* *בְּרִיחַ, *vectis.* Ἄλλος sec. cod. *Basil.* Exod. XXXV, 11. τὰς σανίδας. Ita *Montfauconius.* Sed *Scharfenbergio* iudice verba haec pertinent ad praecedens vocabulum קְרָשָׁיו, *tabulas eius.* — *בַּת־אֲשֻׁרִים, *filia Assurim. Aqu.* Ezech. XXVII, 6. σανίσι κεκαλυμμένας, *tabulis contectas.* Sic legitur in *Hexaplis Montf.* Versio haec hac tantum ratione cum textu hebr. conciliari potest, si statuamus, eum per אֲשֻׁרִים *arbores* adeoque per בַּת־אֲשֻׁרִים *tabulas ligneas* intellexisse, aut vocem בַּת idiotismo l. hebr. convenienter explicare voluisse, quod autem ab ingenio *Aquilae* admodum alienum esset. Pertinere mihi potius haec verba videntur ad antecedentia קַרְשֵׁךְ עָשׂוּ, *asserem tuum fecerunt.* Nam עָשָׂה quoque *tegere* notat. — דֶּלֶת, *ianua.* 2 Reg. XII, 9. ἔτρησε τρώγλην ἐπὶ τῆς σανίδος αὐτῆς, perforabat foramen in *ostio* eius. — לוּחַ, *tabula. Symm.* et LXX Cant. VIII, 9. εἰ θύρα ἐστὶ, διαγράψωμεν ἐπ' αὐτὴν σανίδα κεδρίνην, si ostium est, describamus super illud *tabulam* cedrinam. Conf. ad h. l. *Lampii Diss. Philol. Theol.* Vol. I. p. 467. sequ. Ezech. XXVII, 5. — עַמּוּד, *columna. Aquila, Symm. Theod.* Exod. XXVII, 10. Sed recte monuit *Scharfenbergius*, verba *Theodoreti* (e quo solo haec hausit *Drusius*) *Quaestt.* 60. in Exod. p. 164. pertinere ad c. XXVI, 15. adeoque ad קְרָשִׁים. — קֶרֶשׁ. *Aqu. Symm. Theod.* Ezech. XXVI, 15. Praeterea legitur apud *Incertum*, qui Iud. V, 8. pro אִם יֵרָאֶה, *si con-*

spicietur, σανίδων posuit, si fides habenda est *Montfauconio*. Cod. *Alex.* habet ibi νεανίδων. *Semlerus* (in *Apparatu ad V. T.* p. 304.) mutavit in ἀσπίδων, nullo prorsus sensu: *Doederleinius* autem (*Repertor. Eichhorn.* T. I. p. 224.) coniicit, legendum esse ἐὰν ἴδω. *Hesych.* σανὶς, θύρα, λεύκωμα, ἐν ᾧ αἱ γραφαὶ Ἀθήνησιν ἐγράφοντο πρὸς τοὺς κακούργους. *Scholiastes Apollonii:* σανίδες· οὕτω λέγονται τὰ ὑπερμήκη ξύλα καὶ πλατέα. Conf. *Wichmannshausen* Diss. de *navi Tyria* §. 3. p. 22.

*ΣΑΠΡΕ'Ω, *putresco.* בוש, *erubesco.* *Inc.* 2 Reg. VIII, 11. ἕως οὗ ἐσάπρησαν, donec *putruerunt*. Permutavit sine dubio בוש vel בוש cum בָּאַשׁ, ac loco ἐσάπρησαν fortasse legendum ἐσάπρισαν.

ΣΑΠΡΙ'Α, *putredo*, *putor*, *foetor*, *rancor.* בְּאשׁ, idem. Ioel. II, 20. ἀναβήσεται ἡ σαπρία αὐτοῦ, ascendet *foetor* eius. - *בָּאְשָׁה, *foetor.* *Aqu.* Amos. IV, 10. ubi *Symm.* δυσοσμίαν posuit. LXX Ioel. II, 20. per δυσωδίαν interpretati sunt. - *בְּאֻשִׁים plur. masc. *napelli*, *aconitum.* *Aqu.* Ies. V, 2. σαπρίας, quam vocem *Clericus* in Comment. ad h. l. in ἀγρίας mutandam esse coniecit, ut subaudiatur σταφυλάς. Sed *Aquila* sine dubio etymologiam vocis exprimere voluit. Nam בָּאַשׁ, ut arab. بأس, significat *foetuit*, *putuit.* *Vulgatus* habet *labruscas.* *Hieron.* *fructus pessimos* interpretatus est. Apud *Athen.* lib. I. c. 29. σαπρίας est nomen cuiusdam vini, quod conditur herbis in eo putrescentibus aut marcescentibus, odorem illarum ex marcore isto concipiens. - גַּנָּה, *hortus.* Iob. VIII, 16. Videntur sensum divinando assequi voluisse, aut fortasse respexerunt notionem *tegendi*, quam habet גָּנַן, quia, quae foetorem exhalant, diligenter tegi solent. - עֲבֹדָה, *opus.* Ies. XXVIII, 12. ἡ σαπρία αὐτοῦ ἀλλοτρία. *Semlerus* in *Ep. Crit.* ad h. l. p. 33. putat, h. l. duas diversas translationes coaluisse, ac alios legisse עבר per Resch. Equidem statuere mallem, auctorem huius versionis vocem hebr. de *idolorum cultu* accepisse, ac voci σαπρία notionem *impietatis* subiecisse, de qua vide *Lex. N. T.* s. v. σαπρός. - רִמָּה, *vermis.* Iob. XVII, 14. XXI, 26. XXV, 6. In omnibus his locis *Vulgatus* quoque *putredinem* habet. Arab. رم notat *cariosum esse*, *putrescere.* 2 Macc. IX, 9. Praeterea quoque legitur Iob. II, 9. ἐν σαπρίᾳ σκωλήκων καθῆσαι (qui locus omissus in *Trommii Concord. Gr.* Conf. Iob. VII, 5.), quibus verbis nihil respondet in textu hebraico. *Hesych.* σαπρία, σῆψις, σάθρωμα, τυθράκιν. *Scaliger* legit: ψυδράκιον. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* σαπρία, ἀφανισμὸς, δυσωδία.

ΣΑΠΡΙ'ΖΩ, *putrefacio*, *corrumpo*, *foetere facio.* הִבְאִישׁ, *foetere facio.* Cohel. X, 1. Huc pertinet glossa *Hesychii:* σαπριοῦσι, σήπουσι. *Aqu.* *Symm.* Exod. V, 21.

ΣΑΠΡΟ'Σ, *putridus, antiquus, vetustate corruptus.* רִקָּבוֹן, *putredo.* Iob. XLI, 19. ξύλον σαπρὸν, *lignum putridum.* *Hesych.* σαπρὸν, παλαιόν. - רַע, *malum. Samarit.* Lev. XXVII, 14. σαπρά. Confer *Suiceri Thes.* T. II. p. 931. et *Lex. N. T. s. h. v.*

ΣΑΠΡΟ'Ω, *putresco.* בָּלָה, *consumor.* Iob. XXXIII, 21. ubi pro σαπρῶσιν alii habent σαπῶσι. *Thomas Mag.* p. 790. *Schol. Aristoph. Plut.* v. 1087. Conf. quoque *Schaeferum* ad *Gregor. Cor.* p. 555.

ΣΑΠΦΕΙ'Ρ. Vox hebr. אוֹפִיר, *Ophir*, nomen regionis. Ies. XIII, 12. Sed reponendum ibi est ex commentario *Hieronymi* Σουφεὶρ, pro quo in Cod. *Vat.* Σουφὲρ scriptum reperitur, nisi Οὐφεὶρ aut Ὠφεὶρ reponere malis. Conf. *Drusii Obss.* lib. XI. cap. 9.

ΣΑ'ΠΦΕΙΡΟΣ, *sapphirus, nomen gemmae caerulei ac coelestis coloris. Subinde tamen haec gemma aureis punctis collucet, vel etiam purpurascit.* V. *Plin. H. N.* XXVII, 9. *Isidor. Origg.* XVI, 9. *Francisc. Rueum* lib. II. c. 2. סַפִּיר. Exod. XXIV, 10. Ies. LIV, 11. Thren. IV, 7. *Theod.* Iob. XXVIII, 16. - *סֹפֵר, *scriba.* Ezech. IX, 2. Legerunt hic סַפִּיר, sed admodum inepte. Secundum alios vocem hebraicam expresserunt graecis literis. - שֹׁהַם, *sardonyx.* Ezech. XXVIII, 13. Conf. *Braunium* de *Vestitu Sacerd. Hebr.* lib. II. c. 12. et *Vitringam Comm.* in Ies. LIV, 11. p. 695. *Gloss. in Octat.* Σάπφειρος, λίθος τίμιος.

ΛΙ'ΘΟΣ ΣΑ'ΠΦΕΙΡΟΣ, *lapis sapphirus.* מְעֻלֶּפֶת סַפִּירִים, part. Pyh. foem. *obtecta sapphiris.* Cant. V, 14. ἐπὶ λίθου σαπφείρου.

ΣΑΠΦΩ'Θ. Vide in Ἀμφώθ.

ΣΑΡΑ'ΒΑΡΑ, ΤΑ', vel, ut *Aqu.* et *Theod.*, σαράβαλλα, *vestis Medica seu Babylonica, ad genua pertingens.* Est ipsa vox Chald. סַרְבָּלִין, *chlamydes, pallia*, cum terminatione graeca. Dan. III, 21. 28. Conf. *Drusium* in *Quaestt. Ebr.* lib. II. *Quaest.* 60. qui lectionem σαράβαρα defendit contra *Hieronymum* (vide *Montfauc. ad h. l.*), qui σαράβαλα legendum putavit. *Hesych.* σαράβαρα, τὰ περὶ τὰς κνημίδας (*Stephanus* bene corrigit κνήμας.) ἐνδύματα, ubi vide *Intt. Etymologicum ineditum:* Σαράβαρα, ἐσθὴς Περσική· ἔνιοι δὲ λέγουσι βρακία, ἄλλοι δὲ περὶ τὰ σκέλη ἐνδύματα. Priora etiam *Suidas* habet, et *Lex. Cyrilli MS. Brem.* Idem *Lex.* Σαράβαρα, τῶν σκελῶν σκεπάσματα. *Gloss. MS. in Proph.* Σαράβαρα, βρακία ἢ ἐπεινοφόρια. Num ἐπωμοφόρια legendum est? *Schol.* ad Dan. III, 21. (ubi ed. *Compl.* σαραβάλοις habet) ed. *Rom.* τινὲς σαράβαρα εἰρήκασι τὰ μὲν παρὰ τῶν πολλῶν λεγόμενα μωκία (Pro ridicula voce μωκία lege βρακία. Conf. *Ed. Bernard.* ad *Ioseph. A. I.* III, 7, 1. p. 171.), παρὰ δὲ τοῖς Ἕλλησιν ἀναξυρίδες προσαγορευόμενα. De vocis origine notat *Relandus Diss. Mi-*

seell. Part. II. p. 229., eam Persice *Schalwar* dici, et significare *subligaculum*, *femoralia ad pedes demissa.* Conf. *Bynaeum* de *Calceis Hebr.* lib. II. §. 4. *Brissonium de regn. Pers.* lib. I. §. 63. *Braunium de Vestitu Sacerd. Hebr.* lib. II. c. 1. §. 333. *Ed. Bernardum* ad *Iosephum* p. 139. *Scharfenbergium ad Dan.* p. 55. et *notas edit. Roman.* ad *vers. Alex. Danielis* p. 24.

ΣΑ'ΡΔΙΟΝ, *lapis sardius*, *nomen gemmae. Plinius* Lib. XXXVII, 7. *Sardam* vocat. Sic dicta est a Sardibus, Lydiae urbe, ubi primum inventa. *Lapidem rubeum* esse, ex hebr. voce אֹדֶם facile colligi potest, ab arab. אָדַם, *rubescere.* Chald. Exod. XXVIII, 17. סַמְקָן, a סְמַק, *rubere.* Adde *Isidor.* lib. XVI. *Origg.* c. 8. אֹדֶם, *pyropus.* Exod. XXVIII, 17. XXXIX, 8. Ezech. XXVIII, 13. - חֲלִי, *monile.* Prov. XXV, 12. - כֶּסֶף, *argentum.* Prov. XXV, 11. *ἐν ὁρμίσκῳ σαρδίῳ*, in monili ex Sardio, aut ut cum inauribus aureis *σάρδιον πολυτελὲς δέδεται*, Sarda magni pretii alligatur, h. e. inseritur. Sed videtur ibi *σάρδιον* per compendium scribendi e voce *ἀργυρίου* ortum ac positum esse a librario, decepto illo sequenti commate, ubi vox *σάρδιος* occurrit. - שֹׁהַם, *sardonyx. Al.* Exod. XXXV, 8. Conf. *Braunium* de *Vestitu Sacerd. Hebr.* lib. II. c. 8. §. 478. p. 504. *Hilleri* tr. *de gemmis duodecim* etc. p. 1. sequ. et *Bocharti Hieroz.* Tom. II. p. 569.

ΣΑ'ΡΔΙΟΣ, adiect. *Sardius.* שֹׁהַם, *sardonyx.* Exod. XXXV, 8. *λίθους σαρδίους.*

ΣΑΡΔΟ'ΝΥΞ, *Sardonyx*, *gemma affinis Sardae s. Sardio* et *onychi*, *quarum etiam colores miscet.* שֹׁהַם. *Aqu.* Gen. XII, 2. Conf. *Plinii H. N.* lib. XXXVII. c. 12.

ΣΑΡΔΟΝΥ'ΧΙΟΝ, idem quod *σαρδόνυξ*, nomen gemmae. שֹׁהַם. *Scholion* vel potius *Inc. Int.* Iob. XXVIII, 16. ubi in textu *ὄνυξ* legitur. Videntur duo lapides pretiosi, qui Onyx et Sardonyx vocari solent, haud raro sive pro una eademque gemma habiti (Vide *Olympiodor.* in *Cat. Nicetae* p. 432.), seu certe inter se eorum nomina permixta fuisse. Vide *Braun.* de *Vestit. Sacerd. Hebr.* p. 731.

ΣΑΡΚΙΚΟ'Σ, *carneus.* בָּשָׂר, *caro. Al.* 2 Par. XXXII, 8.

ΣΑ'ΡΚΙΝΟΣ, idem. בָּשָׂר. 2 Par. XXXII, 8. Ezech. XI, 19. XXXVI, 26. Vide et Addit. Esth. XIV, 10. *βασιλέα σαρκίνων*, ubi tamen loco *σαρκίνων* reponendum est *σάρκινον. Vulg. regem carnalem* seu *carneum.* De idolis ibi sermo est. Sir. XVII, 13. sec. *Compl.* omnes homines inde a tenera aetate proni sunt ad vitiositatem, *καὶ οὐκ ἴσχυσαν τὰς καρδίας αὐτῶν ἀντὶ λιθίνων ποιῆσαι σαρκίνας*, et sibi relicti non valent *animum* suum contumacem erga praecepta divina mutare in *obsequiosum et morigerum. Καρδία σαρκίνη* h. l. ei tribuitur, *cui est animus mollis*, *tractabilis*, *qui facile movetur*, *ut obediat praeceptis divinis.* Vide supra s. *λίθινος.*

*ΣΑΡΚΟΦΑΓΕ'Ω, *carnem edo, carne vescor.* 4 Macc. V, 26. *Diodor. Sic.* V, 39. σαρκοφαγοῦσι σάρκας. *Philoxen. Gloss.* σαρκοφαγῶ, *excarnifico.*

*ΣΑΡΚΟΦΑΓΙ'Α, *carnium esus.* 4 Macc. V, 7. 14. *Suidas:* σαρκοφαγία, ἡ κρεωφαγία. In sequentibus adducitur locus e *Damascio.* Adiectivum σαρκοφάγος legitur in *Etymol. Gudiano* 474, 44.

ΣΑ'ΡΞ, *caro, corpus,* it. *animal, homo, homo corruptus, vitiosus, imbecillis,* etiam *ipsa vitiositas,* speciatim *libido venerea.* *בַּאֲשֶׁר, *in quo. Symm.* Iob. XXXIX, 30. σάρκες τετρωμένων, carnes seu cadavera occisorum. Legit בָּשָׂר, aut literis transpositis שְׁאֵר. - *בֵּן, *filius. Inc.* Lev. XVIII, 15. Non male quoad sensum. - בָּשָׂר. Gen. VI, 3. διὰ τὸ εἶναι αὐτοὺς σάρκας, ideo quod carnes sint, h. e. *vitiosi, corrupti et ad mala proclives.* Vide et Psalm. LXXVII, 44. Sic et apud gentiles non plane insuetum est vocem σὰρξ de homine *vitioso, et qui se sana ratione duci non patitur,* usurpare. *Euripides Electr.* v. 387. αἱ δὲ σάρκες αἱ κεναὶ φρενῶν ἀγάλματ' ἀγορᾶς εἰσιν. Sic κρέας pro *homine guloso* sumi probavit *Casaubonus* in *Aristoph. Equit.* v. 419. Vide *Lampium* in Ioh. III, 6. p. 569. et *Lex. N. T. s. h. v.* Rationes autem, cur apud scriptores sacros vitiositas et proclivitas ad mala ea voce significetur, edisserunt auctores laudati *Wolfio* ad Ioh. l. c. p. 813. Gen. VI, 12. κατέφθειρε πᾶσα σὰρξ τὴν ὁδὸν αὐτοῦ, corrupit omnis caro, h. e. *homo,* vitam suam. Vide et v. 17. Ies. XL, 5. 7. Ezech. XX, 48. Ioel. II, 28. Zach. II, 13. Sic passim in N. T. Vide *Vorstii Philol. Sacr.* c. 4. p. 125. sq. Sic etiam Sibylla vocem eo sensu usurpavit apud *Clementem Alex.* lib. V. *Stromat.* p. 601. Gen. VI, 17. καταφθεῖραι πᾶσαν σάρκα, ἐν ᾗ ἐστὶ πνεῦμα ζωῆς, ut perdam omne *animal,* in quo est spiritus vitae. Vide et Gen. VII, 15. 16. 21. VIII, 17. IX, 11. Ps. CXXXV, 25. Gen. XXIX, 14. ἐκ τῶν ὀστῶν μου καὶ ἐκ τῆς σαρκός μου εἶ σὺ, ex ossibus meis et ex carne mea es tu, h. e. ex *cognatione mea* es, seu *consanguineus* meus. Gen. XXXVII, 26. ὅτι ἀδελφὸς ἡμῶν καὶ σὰρξ ἡμῶν ἐστὶν, quia frater noster et caro nostra, h. e. *consanguineus* noster est. Vide et 2 Sam. V, 1. XIX, 12. 13. et conf. Rom. XI, 4. 14. 2 Reg. IV, 34. διεθερμάνθη ἡ σὰρξ τοῦ παιδαρίου, calefiebat *corpus* pueri. Vide et 2 Sam. VI, 30. Ps. XV, 9. XXXVII, 3. 7. et conf. Coloss. II, 5. Philipp. I, 22. 24. Eph. V, 29. 1 Petr. IV, 6. et *Vorstii Philol. Sacr.* cap. 4. p. 126. ac *Iacobs.* in *Anthol. Gr.* Tom. X. p. 198. Ps. LV, 4, τί ποιήσει μοι σάρξ; quid faciet mihi caro, h. e. *homo imbecillis?* Conf. Sir. XXVIII, 5. Ezech. XXXII, 5. δώσω τὰς σάρκας σου ἐπὶ τὰ ὄρη, dabo carnes tuas super montes s. carnem tuam per montes dispergam. In *Gloss. MSS. in Ezech.* legitur καὶ δώσω τὰς σάρκας ἐπὶ τὰ ὄρη, et exponitur: καὶ πληρώσω τὰ

θέλημά σου ἐπὶ τοὺς βουνούς σου. Ezech. XXIII, 20. ὧν ὡς ὄνων αἱ σάρκες αὐτῶν, ubi σάρκες est i. q. αἰδοῖα, ut apud *Diog. Laert.* IV, 19. κρέας μέγα. - בָּשָׂר: בְּשַׂרָא chald. Dan. II, 11. IV, 9. VII, 5. - *כַּאֲשֶׁר, *ac si.* Mich. III, 3. ὡς σάρκας. Legerunt כִּשְׁאֵר, nam שְׁאֵר *carnem* notat, etiam in hoc ipso versiculo. Lectio haec praeferenda videtur. Sequitur enim וּכְבָשָׂר וגו׳. Vide *Cappelli Crit. Sacr.* p. 632. *Buxtorfio* in *Anticrit.* p. 675. LXX σάρκας de suo addidisse videntur, defectum sententiae imperfectae et ellipticae supplendi causa. - לֵב, *cor.* Ps. XXVII, 7. - לְחוּם, *cibus.* Sophon. I, 17. - מַפְּלֵי, *distinctiones*, *decidua.* *Symm.* et LXX Iob. XLI, 14. σάρκες. - פָּרַשׂ, *expando.* Mich. III, 3. Forte legerunt בָּשָׂר. Ita *Bielius Trommium* secutus. Sed vide supra s. v. כַּאֲשֶׁר. - שְׁאֵר. Psalm. LXXII, 25. LXXVII, 51. Mich. III, 2. 3. - *שׁוּר, *recedo*, pro סוּר. *Theod.* Hos. IX, 12. Legerunt בְּשָׂרִי. Vide ad h. l. *Montfauconium.* - *שִׁיר, *canticum.* Ps. XXVIII, 7. Hic quoque legerunt בְּשָׂרִי ex sententia *Cappelli.* Sed *Buxtorfius* in *Anticrit.* p. 621. contra statuit, eos reddidisse sensum, quem sibi conceperant, et verba graeca ἡ σάρξ μου secundum ordinem verborum potius hebr. לִבִּי respondere. - שָׂכַר, *mercede conduco.* Prov. XXVI, 20. πᾶσα σὰρξ ἀφρόνων. Legerunt בָּשָׂר, et σὰρξ ἀφρόνων est i. q. ἄφρονες, ut 2 Cor. VII, 5. ἡ σὰρξ ἡμῶν, h. e. *ego.* - Legitur praeterea Ezech. XXI, 7. ubi σὰρξ πᾶσα non est in textu hebr., sed forte ex glossemate irrepsit. Sir. XIII, 17. σὰρξ, *animal.* Sir. XIV, 19. γενεὰ σαρκὸς καὶ αἵματος, h. e. generatio *hominum.* Conf. *Vorstii Philol. Sacr.* c. 4. p. 124. sequ. et auctores citatos *Wolfio* ad Matth. XVI, 17. p. 252. et ad 1 Cor. XV, 50. p. 553. sequ. Sir. XXIII, 23. σῶμα σαρκὸς, corpus *vitiosis cupiditatibus* (h. l. *scortationi*) *deditum.*

ΣΑΡΣΕΡΩ'Θ. Vide in Σερσερώθ.

**ΣΑΡΩ'N.* Est ipsa vox hebr. שָׁרוֹן, *Saron*, nomen proprium regionis campestris pecuosissimae. *Al.* Ies. LXV, 9.

ΣΑΤΑ'Ν. Est ipsa vox hebraica שָׂטָן, *adversarius.* 1 Reg. XI, 14. 23. 25. ubi de *hominibus* usurpatur. *Aqu.* Num. XXII, 22. Iob. I, 6. ad quem locum vide *Schultensii Comment.* p. 15. *Incert.* 2 Sam. XIX, 22. *Reliqui* Zach. III, 1. 1 Sam. XXIX, 4. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* σατᾶν, ἀντικείμενος.

ΣΑΤΑΝΑ͂Σ, *Satanas, spiritus ille malignus.* Sir. XXI, 29. ἐν τῷ καταρᾶσθαι ἀσεβῆ τὸν σατανᾶν.

ΣΑ'ΤΟΝ, *satum*, *mensura Hebraica*, et quidem *aridorum.* סְאָה. *Aqu. Symm.* Gen. XVIII, 6. (ubi pro τρία μέτρα σεμιδάλεως *Aqu.* et *Symm.* τρία σάτα habet.) et *Aqu.* 1 Sam. XXV, 18. σάτα. Conf. Matth. XIII, 33. - בְּסַאסְּאָה, *in mensura.* *Aqu. Symm.* Ies. XXVII, 8. ἐν σάτῳ σάτον. *Hesych.* σάτον, σιτικὸν μέτρον. Idem (post v. Σαυκρόν): Σάτων (scr. σάτον), μόδιος γέμων ἤγουν ἓν ἥμισυ μόδιον Ἰταλικόν. *Suidas* ex

emendatione *Küsteri*: *Σάτον*, *μέτρον Ἑβραϊκόν. δηλοῖ δὲ μόδιον ὑπερπληρωμένον, ὡς εἶναι μόδιον ἕνα καὶ ἥμισυν*. *Hieronymus* in Matth. l. c. *Satum genus est mensurae iuxta morem Palaestinae provinciae, unum et dimidium capiens modium*. Conf. *Waserum* de *mensur. hebr.* cap. 4.

ΣΑΤΡΑΠΕΙ'Α, *praefectura*, *provincia*, *cui praeest satrapa*. סְרָנִים plur. *satrapae*. Ios. XIII, 3. Iud. III, 3. 1 Sam. VI, 4. 18. *Inc*. Iud. XVI, 18. Vide et 3 Esdr. III, 2. 2 Macc. IX, 25. *Suidas*: *σατραπεία*, *ἐπαρχία*. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* *σατραπίαις* (scrib. *σατραπείαις*), *ἐπαρχίαις*. Conf. *Brissonium de regno vett Pers.* lib. I. §. 168. p. 234.

ΣΑΤΡΑ'ΠΗΣ, *satrapa*, *provinciae praefectus*, proprie: *provinciae Persicae* vel *Parthicae praefectus*. Vid. *Fulleri Miscell. Sacr.* lib. II. cap. 19. אֲחַשְׁדַּרְפְּנַיָּא Chald. plur. Dan. III, 28. VI, 1. 2. 4. 7. Dan. III, 2. sec. *Chis*. - מְדִינָה, *provincia*. Esth. I, 3. VIII, 9. IX, 3. Sed in omnibus his locis, certe in primo loco *σατράπης* in *σατραπεία* mutandum videtur. - סְגַן, in plur. chald. סִגְנִים. Dan. II, 48. - סְרָנִים plur. hebr. Iud. XVI, 8. 19. 28. 31. 1 Sam. V, 8. 11. - פֶּחָה, *praefectus*, *princeps*. 1 Reg. X, 15. XX, 24. 2 Par. IX, 14. - רוֹזְנִים, *principes*. Iud. V, 3. - שַׂר. 1 Sam. XXIX, 3. 4. 9. *Hesych.* *σατράπαι*, *ἀρχηγοὶ*, *στρατηλάται*. *Περσικὴ δὲ ἡ λέξις*: *Lex. Cyrilli MS. Brem.* *σατράπαι*, *ἀρχηγοὶ παρὰ Πέρσαις*. Conf. *Brissonium de regn. Persarum* lib. I. §. 168. p. 111. et *Relandum Diss. Misc.* P. II. p. 232. sequ.

*ΣΑΤΤΙ'Ν. Ipsa vox hebraica שִׁטִּים, *Sittim*, nomen proprium. Ios. II, 1. pro quo *Σαττείν* Num. XXV, 1. coll. XXXIII, 49. *Lex. MS. Octateuchi*: *Σαττὶν*, *τόπος οὕτως καλούμενος*. *Hesych.* *σαττὶν*, *ὄνομα τόπου*.

ΣΑ'ΤΤΩ, *onero*, *onus impono*. *Inc*. 2 Sam. XVI, 2. *σεσαγμένοι*, *instrati*, ubi nihil in textu hebr. respondet. *Gloss. Vett. Labb.* *σεσαγμένος*, *saginatus*. Lege: *sagmatus*. Conf. *Salmasium* in *Fl. Vopiscum* p. 354.

ΣΑΥ~ΡΑ, *lacerta*, *lacertus*, *serpentis genus*. חֹמֶט, *limax*, *lacertae venenatae species*. Lev. XI, 30. *Hesych.* *σαῦρα*, *τὸ ἑρπετὸν ζῶον*. *Suidas*: *Σαῦρα καὶ σαῦρος*, *ἑρπυστικὸν ζῶον*.

Σαύρῳ δὲ λοιπὸν ἐμφερὴς ἐγίνετο.
Ἑρπυστικὸν δὲ τοῦτο τὸ ζώων γένος,
Ὃν εἰ τέμοι τις καὶ διασπάσαι μέσον,
Ἕλκει μὲν αὐτοῦ σὺν κλόνῳ τὰ τμήματα,
Συνέρχεται δὲ καὶ πάλιν τὰ λείψανα.

Sauro lacerto vero deinceps similis evasit. Quod serpentis genus si quis dissecet et medium dividat, trahit sua cum strepitu segmenta, reliquiaeque eius rursum coeunt.

ΣΑΦΗ'Σ, *manifestus*, *perspicuus*, *clarus*, *verus*. *נָכוֹן part. Niph. a כּוּן, *firmus*, *certus*. Deut. XIII, 14. sec.

Oxon. Sap. VII, 22. Susann. v. 48. τὸ σαφὲς, *verum.* 2 Macc. XII, 40. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* σαφὲς, φανερὸν, γνώριμον, ἀσφαλές.

ΣΑΦΩ'Θ. Est ipsa vox hebr. שְׁפוֹת plur. 2 Sam. XVII, 29. Unde *Gloss. in Lib.* 2 *Regum:* Σαφὼθ βοῶν, γάλα βοῶν. Sic enim distincte legendum pro γαλαβοῶν, quod ex codice suo edidit *Fabricius.* In *Cod. MS. Barocc.* pro Σαφὼθ βοῶν male legitur Σαβοὺς, pariter autem exponitur βοῶν γάλα.

ΣΑΦΩ͂Σ, manifeste, perspicue, clare, certe. בֵּאֵר Pih. *declaro.* Deut. XXVII, 8. Hab. II, 2. – נָכוֹן part. Niph. a כּוּן, *firmum, certum.* Deut. XIII, 14. *Phavorinus:* σαφῶς, ἀληθῶς, εὐκόλως, φανερῶς. Pro *vere* legitur 3 Macc. IV, 9. συνέβη σαφῶς αὐτὸν περὶ τούτου πεισθῆναι. *Lucian. Saltat.* T. II. p. 515. ἐδήλωσεν τοῦτο σαφῶς. *Dionys. Halic.* T. V. p. 450. ed. *Reisk.* σαφῶς εἰδώς.

ΣΑΧΩ'Ν, vox corrupta ex Hebr. שֶׂכֶל, quae *intellectum* significat. Esdr. VIII, 18.

ΣΑΩ', vel iuxta Al. *ΣΑΩ'Ν.* Ipsa vox hebr. שָׁאוֹן, *tumultus.* Ierem. XLVI, 17. Huc pertinet fortasse glossa *Hesychii:* Σαὼς, ἥλιος. Βαβυλώνιοι. Vox سوز Persice *urens,* quo nomine *solem* appellant. Vide *Reland.* Tom. I. *Diss.* VIII. p. 228. Adde *Plutarch.* de *Is.* et *Osiride* p. 357. B. qui reginam quandam commemorat, aliis Ἀστάρτην, aliis Σάωσιν dictam.

ΣΒΕ'ΝΝΥΜΙ, extinguo, compesco, sedo. דָּעַךְ, idem. Iob. XVIII, 5. 6. XXI, 17. Prov. XIII, 9. et alibi. – הִכְנִיעַ Hiph. *deprimo.* Iob. XL, 7. ὑπερήφανον δὲ σβέσον, superbum autem *compesce.* – כָּבָה, *exstinctus sum.* Lev. VI, 12. 13. 2 Sam. XIV, 7. XXI, 17. et alibi saepius. 2 Par. XXXIV, 25. καὶ οὐ σβεσθήσεται, sc. ὁ θυμός μου. *Homerus* quoque σβέσαι χόλον dixit, et *Cicero* de *Nat. Deor.* lib. II. c. 59. *restinguere iracundias.* Adde *Aqu. Symm.* 1 Sam. II, 3. – *כָּפָה, *subigo. Symm.* Prov. XXI, 14. Secundum *Cappellum in Crit. S.* p. 830. legit יְכַבֶּה fut. Piel. Sed etiam Hebraei quidam Intt. כָּפָה notione *exstinguendi* exponunt, ut docuit *Buxtorfius* in *Anticritica* p. 694. *Chald.* מְרַבְּכָא, *extinguit.* Arab. كفى cum accus. *sufficit iram,* i. e. *contra iram,* sive *ad sedandam, placandam iram.* Caeterum σβεννύειν h. l. notat *finem imponere* s. *facere.* – נִכָּא (א pro ה) Niph. a נָכָה, *percutior.* Iob. XXX, 8. ὄνομα καὶ κλέος ἐσβεσμένον ἀπὸ γῆς, nomen et gloria *extincta* de terra. Confuderunt נִכְאוּ cum נִכְהוּ, nam כָּהָה est *exstinguere,* σβέσαι. – נִתַּע contr. ex נִלְתַּע Niph. a לָתַע, *commolior.* Iob. IV, 10. γαυρίαμα δὲ δρακόντων ἐσβέσθη, insolentia autem draconum *sedata* est. Sc. metaphorice interpretatus est, quae de *dentibus leonum excussis* in textu hebr. legun-

tur. - סָפַק, *complodo*, it. *percutio*. Iob. XXXIV, 26. ἔσβεσε δὲ ἀσεβεῖς, *compescuit* autem impios. - רָקַב, *putresco*. Prov. X, 8. ὄνομα δὲ ἀσεβῶν σβέννυται, nomen autem impiorum *extinguitur*, seu: *deletur*. Bene quoad sensum. *Hesych.* σβέννυται, κατασβέννυται. Idem: σβέσαι, παῦσαι, κατασβέσαι.

ΣΒΕΣΤΙΚΟ'Σ, *extinctivus*, *extinguendi vim habens*, *aptus ad extinguendum*. Sap. XIX, 19. ὕδωρ τῆς σβεστικῆς δυνάμεως ἐπελανθάνετο.

ΣΕΑΥΤΟΥ˜, τῷ, τῇ, *tui ipsius*, *tibi ipsi*. Huc referuntur haec pauca:

ΣΕΑΥΤΟΥ˜ ΓΕΝΟΥ˜, *tui ipsius sis*. יִטַב לִבְּךָ, *bonum sit cor tuum*. 1 Reg. XXI, 7.

ΣΕΑΥΤΩ˜Ι, *tibi ipsi*. בְּיָדְךָ, *in manu tua*. Ierem. XLIII, 9. - *מִפָּנָיו. Exod. XXIII, 21. *Iustin. M. Dial. c. Tryph.* p. 172. αὐτῷ. Lectio σεαυτῷ sine dubio orta est ex altera σὺ αὐτῷ, quae in Cod. *Vat.* reperitur. Fortasse tamen LXX scripserant: πρόσεχε σεαυτῷ ἀπ' αὐτοῦ.

'*ΕΝ ΣΕΑΥΤΩ˜Ι*, *in te ipso*. בִּלְבָבְךָ, *in corde tuo*. Iob. X, 13.

ΠΑΡΑ' ΣΕΑΥΤΩ˜Ι, *apud te ipsum*. אִתָּךְ, *tecum*. Prov. II, 2. - בְּעֵינֶיךָ, *in oculis tuis*. Prov. III, 7.

ΣΕΑΥΤΗ˜Ι, *tibi ipsi*, foem. *לָךְ, *tibi*. *Aqu.* Cant. I, 8. - בְנַפְשֵׁךְ, *in anima tua*. Esth. IV, 12.

'*ΕΝ ΣΕΑΥΤΗ˜Ι*, *in te ipsa*. פֹּא, *hic*. Iob. XXXVIII, 11.

**ΣΕΒΑ'ΖΟΜΑΙ*, *colo*, *veneror*, *revereor*. גּוּר, *timeo*, item *religiose colo*, ex Arabismo جار. *Aqu.* Hos. X, 5. ἐσεβάσθησαν. Sic enim in *Hexaplis* legendum loco vitiosi ἐσεβάστησαν.

**ΣΕΒΑΜΑ'*. Ipsa vox hebr. שְׂבָמָה. Ies. XVI, 8. ubi *Procopius* p. 240. ἐπιστροφὴ δὲ ἑρμηνεύεται. *Hesych.* σεβαμά, ἐπιστροφὴ πονηρά. Vide *Wesselingii Probabil.* p. 290.

ΣΕ'ΒΑΣΜΑ, *numen*, *quod religiose colitur*. Sap. XIV, 20. τὸν πρὸ ὀλίγου τιμηθέντα ἄνθρωπον νῦν σέβασμα ἐλογίσαντο, qui paulo ante ut homo honorabatur, eum nunc pro *numine* habent. Vide et Sap. XV, 17. et Drac. v. 32. et conf. Act. XVII, 23. 2 Thess. II, 4. et *Lud. de Dieu* ad Act. l. c. Adde *Suiceri Thes.* T. I. p. 942.

**ΣΕ'ΒΗΜΑ*, i. q. σέβασμα. Sap. XV, 17. σεβημάτων sec. *Alex.* ubi alii libri σεβασμάτων habent. Sic quoque deest in Lexicis σέβησις, quod legitur apud *Plutarchum* T. VIII. p. 671, 3. *Reisk.*

ΣΕ'ΒΟΜΑΙ, *religiose colo*, *veneror*. יָרֵא, *timeo*. Ios. IV, 24. XXII, 25. Iob. I, 9. - יָרֵא, verbale. Ion. I, 9. - יִרְאָה, *timor*. Ies. XXIX, 13. Vide et Sap. XV, 6. 18. 2 Macc. I, 3. *Hesych.* σέβεσθαι, αἰδεῖσθαι, ἐντρέπεσθαι, προσκυνεῖν, αἰσχύνεσθαι. Idem: σέβηται, λατρεύηται, ἢ αἰδῆται.

*ΣΕ'Θ. Ios. XVI, 7. τοῖς κατοικοῦσι δὲ σέθ. Vide *Intt.* ad *Hesychium* s. v. σεδὲκ, ac *Valckenaer. Gloss. Sacr. ex Hesychio* T. I. *Opusc. Philol.* p. 201.

ΣΕΙ'Μ. Ipsa vox hebr. צִים, *naves. Aqu. Theod.* Ezech. XXX, 9. ἐν σεὶμ. *Hieronymus: et pervenerunt nuncii iuxta Aquilam et Theodotionem in Sim, quos Symmachus transtulit:* festinantes: *nos intueres* (*Marc. Meibomius de Fabric. trirem.* hic pro *intueres* legit *in trieribus*) *vertimus. Ita enim ab Ebraeis accepimus. Theodoretus* ἐν σεὶμ ait graeca lingua significare ἐν ἰσχύϊ. Quo vero fundamento, alii dispiciant.

ΣΕΙΡΑ', *quidquid implicatur et contorquetur, funis, laqueus, vinculum,* it. *plexura capillorum.* חֶבֶל, *funis.* Prov. V, 22. σειραῖς δὲ τῶν ἑαυτοῦ ἁμαρτιῶν ἕκαστος σφίγγεται, laqueis autem peccatorum suorum unusquisque constringitur. Ita *Pausanias* in *Attic.* c. 21. p. 50. σειραῖς περιβαλόντες τῶν πολεμίων ὁπόσοις καὶ τύχοιεν τοὺς ἵππους ἀποστρέψαντες, ἀνατρέπουσι τοὺς ἐναχθέντας ταῖς σειραῖς. Et *Suidas* de Parthis quibusdam, qui σειροφόροι dicebantur: Μάχονται δὲ ἀπὸ τῶν ἵππων σειρὰς ἱμάντων ἑλίσσοντες. πελάσαντες δὲ τοῖς πολεμίοις, ἐφιᾶσι τοὺς ἀπὸ τῶν ἱμάντων βρόχους, ἀποστρέψαντές τε τοὺς ἵππους ὀπίσω βιαίως ἐλαύνουσι. τοὺς δὲ ἁλόντας τοῖς βρόχοις τῇ ῥύμῃ τοῦ ἵππου ἀποθανόντας ἢ ζῶντας ἕλκουσι. In his verbis, e scriptore quodam antiquo procul dubio desumtis, σειρὰς etiam βρόχους appellari videmus, quemadmodum et alias gentes laqueis olim usos esse ad capiendos hostes, ad illa notat *Küsterus.* – מַחְלְפוֹת plur. *cincinni,* Iud. XVI, 13. ἐὰν ὑφάνῃς τὰς ἑπτὰ σειρὰς τῆς κεφαλῆς μου σὺν τῷ διάσματι, si septem *plexuras* capillorum meorum cum licio plexueris. *Al.* Iud. XVI, 20. σειρὰς pro βοστρύχους habent. *Hesych.* σειραὶ, πλέγματα, ἡνίαι, ἢ πλεκτοὶ ἱμάντες. Conf. *Pollucem Onom.* lib. II. c. 30. segm. 50. ubi σειρὰ τριχῶν i. q. πλοχμὸς, *plexura* capillorum. Conf. et *Bonfrerium* ad *Iud.* l. c. p. 369. et *Spencerum* de *Leg. Hebr. ritual.* lib. III. c. 6. sect. I. p. 695. – *מוֹטוֹת, *vectes, vincula.* LXX sec. ed. *Compl.* aut potius *Inc. Int.* Ezech. XXXIV, 27.

ΣΕΙΡΗ'Ν, in plur. ΣΕΙΡΗ'ΝΕΣ, *Siren, Sirenes,* apud profanos scriptores monstri marini genus, a Phoenicum שִׁיר, *cantio,* nomen habens, quod navigantes λιγυρῇ θέλγουσιν ἀοιδῇ, h. e. *blando cantu demulcent,* aut quod, uti fabulantur, suavitate cantus tanquam σειρᾷ, catena, attrahunt, et in naufragium pelliciunt. *Hesych.* σειρῆνες, οἱ μὲν ἔξω γυναῖκας φασὶ μελῳδούσας· ὁ δὲ Ἀκύλας στρουθοκάμηλον. quae verba sumta sunt e *Basilii M. Comment. in Ies.* c. 13. p. 588. A. Vide *Obss. Miscell. Belgg.* Vol. IV. p. 129. Sed aliud quid significant Graecis Intt. V. T. Nam LXX בְּנוֹת יַעֲנָה, *filiae ululae,* Ies. XIII, 21. Ierem. L, 39. Mich. I, 8. et

תַּנִּין, in plur. תַּנִּים, *dracones*, Iob. XXX, 29. Ies. XXXIV, 13. XLIII, 20. nomine illo reddiderunt. Sic et *Inc.* Ps. XLIII, 20. *Symm.* Thren. IV, 3. *Aqu. Symm. Theod.* Ies. XIII, 22. et XLIII, 20. Item *Symm.* Ierem. X, 22. *Aqu. Symm.* Mich. I, 8. et תַּנּוֹת *Aqu.* Mal. I, 3. *Symmachus* etiam Ierem. X, 21. שְׁמוּעָה, quae vox *auditum* notat, per *σειρήνων* exponit. Cur autem Graeci interpretes בְּנוֹת יַעֲנָה et תַּנִּים Sirenas interpretati sint, rationem reddere conatur *Bochartus Hier.* P. II. lib. VI. c. 8. qui etiam lib. II. c. 14. p. 218. quaedam de Sirenibus ex *Cyrillo* affert. Equidem arbitror, eos per *σειρῆνας* intellexisse aves quasdam clamosas, quaeque sibi mutuo respondent, ut sunt bubones, noctuae, onocrotali, et יַעֲנָה deduxisse ab עָנָה, quod *canere* et *clamare* significat. Conf. *Cappelli Nott. Crit.* p. 78. *Schol.* ad Ies. XXXIV, 13. *σειρῆνας καλεῖ τὰ ἐν νυκτὶ θρηνώδη φωνὴν ἱέντα τῶν πτηνῶν, μονονουχὶ κατολολύζοντα, οἷον ἡ γλαὺξ καὶ τὰ ἐοικότα. Chrysost.* ad Iob. XXX, 29. *σειρῆνας λέγει ᾠδικούς τινὰς ὄρνιθας, ἀλκυόνας, ἢ γλαῦκας. ἄμφω γὰρ θρηνητικά.* Iam quia hae aves in locis solis ac desertis et tectis dirutis fere habitare solent; quae etiam sunt sedes et quasi domicilia draconum aligerorum, factum est, ut etiam pro תַּנִּים *σειρῆνες* posuerint. *Olympiodorus* ad Ier. L, 39. in *Catena Ghislerii* p. 895. ita: *τὴν δὲ τούτων ἐρημίαν σημαίνει διὰ τῶν σειρήνων, ὡς ἀνθρωπομόρφων λοιπὸν δαιμονίων, ἢ καὶ ᾠδικῶν ὀρνέων, διὰ τὴν ἐρημίαν οἰκούντων τοὺς τόπους. Suidas* in v. *Σειρῆνας*, postquam Sirenas in Graecorum fabulis mulieres quasdam dici dulce canentes, et a pectore quidem et superne foemineam formam habentes, inferne vero struthionum, imo aliis quasdam aviculas, foeminea facie praeditas et praeternavigantes canticis decipientes, ita dici memoraverat, haec addit: *αἱ δὲ παρὰ τῷ Ἡσαΐᾳ εἰρημέναι σειρῆνες, καὶ ὀνοκένταυροι, δαίμονές τινές εἰσιν, οὕτω χρηματιζόμενοι ἐπ' ἐρημίᾳ πόλεως, ἥτις χόλῳ θεοῦ γίνεται. Οἱ δὲ Σύροι τοὺς κύκνους φασὶν εἶναι. Καὶ γὰρ οὗτοι λουσάμενοι καὶ ἀναπτάντες ἐκ τοῦ ὕδατος καὶ τοῦ ἀέρος ἡδύ τι μέλος ᾄδουσιν. Ὁ οὖν Ἰὼβ λέγει· Ἀδελφὸς γέγονα σειρήνων, ἑταῖρος δὲ στρουθῶν, τουτέστιν· ᾄδω τὰς ἐμαυτοῦ συμφορὰς ὥσπερ σειρῆνες.* Caeterum imaginem Sirenum (quibus monstris alae dantur a poetis et in monumentis priscis) ex *Catena MS. in Iobum* affert *Montfauconus Diar. Ital.* p. 191. optime convenientem descriptioni Sirenum apud veteres scriptores, iudice *Fabricio Bibl. Gr.* lib. V. c. 17. p. 736. ubi etiam de Sirenibus vult conferri *Laur. Begeri* Ulyssem Sirenes praetervectum, et notas ad *Tabulam Iliacam* num. LXIX. *Ez. Spanhemium* de *usu numism.* p. 251. ed. *Lond. Dionysii Diss.* Paris. 1691. editam et *Ian. Broukhusium* ad *Tibull.* p. 362. Adde *Zornii Opusc. Sacr.* T. II. p. 184. sequ. ac *Tychsenium* ad *Physiologum Syrum* p. 144.

*ΣΕΙΡΗ'ΝΙΟΣ, *qui a Sirenibus proficiscitur*, s. *qui est Sirenum.* 4 Macc. XV, 21. σειρήνιοι μελῳδίαι, *dulcissimi Sirenum cantus.* Addatur haec vox Lexicis. *Zonaras Lex.* col. 1636. σειρήνια μέλη, γλυκύτατα. Σειρήνιον *Suidas* sine interpretatione.

*ΣΕΙΡΟΚΟΝΤΟΔΟΡΥΜΑ'ΣΤΗΣ. Vox haec monstrosa legitur in Cod. *Oxon.* Num. XXV, 7. pro hebr. רֹמַח, ubi, ut iam recte observavit *Montfauconius* ad h. l., tres versiones in una voce concluduntur. Sc. רֹמַח LXX per σειρομάστην, *Symmachus* per δόρυ, *Aquila* per κόντον transtulerunt.

ΣΕΙΡΟΜΑ'ΣΤΗΣ (scribitur et σιρομάστης), *iaculi genus, hasta, lancea. Bonfrerio* in *commentario* ad h. l. p. 857. videtur esse *pugionis species e catena ad mammam* vel *pectus dependentis*, a σειρά, *catena*, et μαστός, *mamma.* חֲנִית, *hasta.* 2 Reg. XI, 10. – רֹמַח, *lancea, hasta.* Num. XV, 7. (Vide s. σειροκοντοδορυμάστης.) Iud. V, 8. Posteriori loco alii pro σειρομάστης habent λόγχη. Vide et 1 Reg. XVIII, 28. Ioel. III, 10. ac *Ioseph.* A. I. VIII, 10, 1. et 12, 1. *Suidas* et *Lex. Cyrilli MS. Brem.* σειρομάστης, εἶδος ἀκοντίου, λόγχη. *Hesychius* (post v. Σερίς): Σειρομάστης, εἶδος κοντάριον, ubi vide *Intt. Gloss.* in *Octateuch.* σιρομάστης, ὀγκινόλογχον. *Hesych.* σειρομάστης, λόγχη, δόρυ, ῥομφαία, ubi conf. *Intt.* Plura de hac voce vide apud *Lydium* de *re militari* p. 109. et *Dufresnium* in *Glossario Graeco* voce σειρομάστης.

quidquid erectum stat. Symm. Ies. VI, 13. Vide infra s. v. עַמּוּד. – מָקוֹם, *locus. Inc.* Iob. XVI, 18. – *מַרְאֶה, *facies, aspectus.* Ezech. I, 28. ubi tamen pro στάσις omnino legendum est φάσις, *aspectus.* – מַתְכֹּנֶת, *proportio, dispositio mensurae.* 2 Par. XXIV, 13. ἀνέστησαν τὸν οἶκον κυρίου ἐπὶ τὴν στάσιν αὐτοῦ. *Latinus* vertit: *suscitaverunt domum Domini in statum pristinum.* Conf. Hebr. IX, 8. – *עֹמֶד infin. *stare.* 2 Par. XXX, 16. XXXV, 10. Neh. VIII, 9. et alibi. Adde Dan. VIII, 17. sec. cod. *Chis.* – *עַמּוּד, *columna.* 2 Par. XXIII, 13. Apud *Achillem Tat.* lib. III. c. 2. τῶν κυμάτων ἡ στάσις sunt *fluctus erecti, alti.* Vide supra s. v. מַצֶּבֶת. – צָבָא, *exercitus.* Nehem. IX, 6. ubi tamen suspicor pro στάσιν reponendum esse στρατιάν. Vide tamen ad sequens צְבִי notata. – צְבִי, *ornamentum. Symm.* Ezech. XX, 6. 15. Deduxit sine dubio צְבִי a יָצַב, *stare, consistere, subsistere.* Caeterum vide ad h. l. *Montfauconium.* – *קוּם, *sto. Aqu. Theod.* Ierem. XLIV, 29. στάσει. *Vulg. vere.* Recte. Nam στάσις verbis tribuitur, quando *eventu comprobantur.* Sic ibid. ἵσταμαι a *Vulgato* recte per *compleri* explicatur. – *קוֹמָה, *statura.* 1 Sam. XXVIII, 20. ἀπὸ τῆς στάσεως αὐτοῦ, *prouti stabat,* h. e. *secundum plenitudinem staturae:* et ita bene convenit cum textu hebr. Caeterum legerunt מְקוֹמָהוּ. – קְיָם chald. *statutum.* Dan. VI, 7. στάσει βασιλικῇ, *statuto* regio. Vide et v. 15. – רִיב, *lis.* Prov. XVII, 14. προηγεῖται δὲ τῆς ἐνδείας στάσις καὶ μάχη, praecedit autem inopiam *seditio* et pugna. Vide supra s. v. μάχη. 1 Macc. VII, 18. παρέβησαν γὰρ τὴν στάσιν καὶ τὸν ὅρκον, transgressi enim sunt *pactum* (id quod ἔστησαν, h. e. constituerant et pepigerant inter se) et iuramentum. 3 Macc. I, 23. ubi στάσις τῆς δεήσεως est *locus, ubi stantes preces faciebant.* Conf. *Spicil.* II. p. 164. *Hesych.* στάσις, θέσις, χορὸς (fortasse ad Neh. IX, 6.), συνέδρα, ἐργαστήριον: ubi vid. *Ernesti* in notis ad *Suidae gloss. sacr.* p. 135.

ΣΤΑΤΗ'Ρ, *stater, nummus tetradrachmus, valens quatuor drachmas.* *בַּרְזֶל, *ferrum. Aqu.* 1 Sam. XVII, 7. σίκλων στατήρων. Sed, ut bene monuit *Semlerus* in *App. in V. T.* p. 302., vitium hic latet. Debebat notari, *Aquilam* loco σίκλων, quod est in LXX Int., reddidisse στατήρων. Certe בַּרְזֶל huc ad *Aquilam* non pertinet. – שְׁלֹשׁ קִלְּשׁוֹן, *tridens, furca. Aqu.* 1 Sam. XIII, 21. Ita *Bielius.* Sed in *Hexaplis* legitur τὸν δὲ σίκλον στατῆρα ἐκάλεσαν, quae verba, ab h. l. prorsus aliena ac desumta ex *Theodoreto Quaest.* 29. p. 374., prorsus delenda censeo. Pertinent autem ad LXX, qui וְלִשְׁלֹשׁ קִלְּשׁוֹן reddiderunt ἦν τρεῖς σίκλοι εἰς τὸν ὀδόντα, quasi legissent שְׁלֹשׁ שֶׁקֶל לְהַשֵּׁן. Hinc *Theodoretus* monet, aliis locis, ubi LXX usi sint voce σίκλος, reliquos interpretes dixisse στατῆρα. – שֶׁקֶל, *siclus. Inc.* Gen. XXIII, 15. ubi loco στατήρων

sine dubio reponendum erit *στατῆρος*. *Aqu. Symm.* Exod. XXXVIII, 24. et Num. III, 47. *Hesych.* *στατὴρ, τετράγραμμος*. Ad quem locum *Sopingius*: *Vocat stateram τετράγραμμον, quod quatuor punctis, γράμμαις, distinctam habuerint. Unde Persius Sat.* V. v. 100.: Diluis helleborum certo compescere puncto examen. *Ad quae vetus Gloss.*: *Non ad trutinam, sed ad stateram retulit, quae punctis et unciis signatur. Puncta igitur haec in ea fuere quatuor, ut hinc discere est. Nisi forte legendum fuerit τετράδραχμον, quod discitur ex* Matth. XVII, 27. *Nam didrachmam singuli pendebant. Τετράδραχμος* etiam pro *τετράγραμμος* apud Grammaticum legendum censent *Scaliger*, *Salmasius* et *Hammondus* ad *Matth.* l. c. Quorum emendationi favet *Lex. Cyrilli MS. Brem.* ubi ita: *στατὴρ, τετράδραχμον, κεράτια οβ*. Sed apud *Hesychium* etiam post v. *Σταθμοῦχος* legitur: *Στατὴρ, τετράγραμμον, ἤγουν ἥμισυ οὐγγίας*. Apud *Suidam* autem *στατὴρ* exponitur *τετράγωνον νόμισμα*. Plura de *statere* vide apud auctores *Wolfio* ad Matth. l. c. p. 270. laudatos, ac in *Lexico N. T.* s. h. v.

ΣΤΑΥΡΟ'Ω, crucifigo, suspendo. תָּלָה, *idem.* Esth. VII, 10. *σταυρωθήτω ἐπ' αὐτὸ, suspendatur* in illo.

ΣΤΑΦΙ'Σ, uva passa, a *στάζω*, quia stillat liquorem. יָבֵשׁ, *siccus*. Num. VI, 3. Uva sicca est passa. – עֵנָב, *uva*, Hos. III, 1. *πέμματα μετὰ σταφίδος*: ubi *μετὰ*, quod sine dubio ex antecedente *πέμματα* ortum est, expungendum videtur. – צִמּוּקִים, plur. *uvae arefactae sive siccatae ad solem*. 1 Sam. XXV, 18. XXX, 12. 2 Sam. XVI, 1. – *קַיִץ, *aestas. Inc.* 2 Sam. XVI, 2. Sc. vox קַיִץ, quam LXX *φοίνικες, palmulae*, ac *Incertus* (quem *Vulgatus* sequitur, qui habet: *palathas*) *παλάθαι, massae ficuum*, transtulerunt, latissime patet, ac *omnes fruges aestivas* complectitur. Hinc orta est haec versionum diversitas.

ΣΤΑΦΥΛΗ', uva. חַרְצַנִּים, *acini.* Num. VI, 4. sec. Bar. – עֵנָב, *uva*. Gen. XL, 10. 11. XLIX, 11. Levit. XXV, 5. et alibi. – עָנָף, *ramus*. Ezech. XXXVI, 8. Forte legerunt עֵנָב. Praeterea legitur apud *Aqu.* et *Theod.* Deut. XXXII, 10. *ὡς σταφυλὴν*, quae verba, quibus nihil respondet in textu hebr., fortasse ex alio loco desumta sunt.

ΣΤΑ'ΧΥΣ, spica. מְלִילֹת, plur. *spicae, aristae.* Deut. XXIII, 25. – קָמָה, *seges*. Exod. XXII, 6. Iud. XV, 5. segetes adhuc in culmo stantes. Nam opponuntur segetibus demessis ac manipulatim coacervatis. – שִׁבֹּלֶת, in plur. שִׁבֳּלִים, *spica, spicae*. Gen. XLI, 6. 7. Ruth. II, 1. Iob. XXIV, 24. *Al.* Iud. XII, 6. *Syr.* ܫܒܠܐ, et arab. سنبل, *arista.* Caeterum Graeci *στάχυας* appellant *ὅλους τοὺς σιτηροὺς καρποὺς*, ut *Galenus* de *facult. aliment.* lib. I. c. 28. recte observat.

ΣΤΑ'ΧΥΣ 'ΟΡΘΟ'Σ, *spica recta*, i. e. *erecta*. קָמָה, *seges*; a קוּם, *surgere*, et *erectum stare*. Iud. XV, 5.

ΣΤΕΑ'ΖΩ, *impinguo*, *pinguefacio*. דִּשֵּׁן Pih. *Theodot.* Ps. XIX, 3. στεασάτω, *impinguet*.

ΣΤΕ'ΑΡ, *adeps*, *sebum* vel *sevum*, *oleosa et pinguis substantia adipe siccior et concrescens*, it. *farina subacta*. בָּצֵק, *massa farinacea*, *farina subacta*, *fermento intumescens*. *Inc.* 2 Sam. XIII, 8. *Al.* Hos. VII, 4. ἀπὸ φυράσεως στέατος, a commixtione *farinae*. Pro στέατος emendandum videtur σταιτὸς, ut etiam *Trommius* locum laudat. LXX τὸ בָּצֵק vertunt omnibus locis per σταῖς, quod vide supra. *Gloss. MS. in Proph.* στέατος, ζύμης. *Hesych.* στέατα, ἄλευρα, ζύμη. Vide et *Suidam* in v. στέατα, ubi *Eunapii* locum produxit, in quo στέαρ *farinam subactam* significat. – *חֵלֶב, *lac*. Ies. LV, 1. Legerunt חֵלֶב aut חָלָב. – חֵלֶב. Gen. IV, 4. ἀπὸ τῶν στεάτων αὐτῶν, de pinguedinibus, h. e. pinguissimis illorum. *Iosephus A. I.* I, 2, 1. loco στέαρ posuit γάλα. *Symm.* et LXX Ps. XVI, 11. τὸ στέαρ αὐτῶν συνέκλεισαν. Ad quem locum respiciens *Suidas* ex *Theodoreto* ita: στέαρ. παρὰ Δαβίδ. εὔνοια καὶ φιλαδελφία. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* τὸ στέαρ αὐτῶν συνέκλεισαν, τὸ ἐν καρδίᾳ ἐπέκτεινον, τὰ κακὰ, ὡς στέατι ἢ ζύμῃ φυσᾷ. Deut. XXXII, 14. μετὰ στέατος νεφρῶν πυροῦ, h. e. *cum tritico optimo*. *Adeps* enim dicitur, quod *in quaque re est electissimum et praestantissimum*, sicut hebr. *medulla* dicitur. Ps. CXLVII, 3. στέαρ πυροῦ, pinguedo frumenti, h. e. iuxta *Suidam* (qui sua ex *Theodoreto* hausit) ὁ κάλλιστος σῖτος καὶ ἄρτος. Ies. XXXIV, 7. ἀπὸ τοῦ στέατος αὐτῶν ἐμπλησθήσεται, pinguedine illorum implebitur. *Theod.* Iob. XV, 26. *Al.* Ps. LXXII, 7. Ad quem locum oculum intendens *Suidas*: Καὶ στέαρ παρὰ τῇ θείᾳ γραφῇ ἡ εὐπάθεια καὶ ἡ εὐκληρία λέγεται. Ἐξελεύσεται ὡς ἐκ στέατος ἡ ἀδικία αὐτῶν. ἀντὶ τοῦ, μετὰ πάσης ἀδείας τὴν ἀδικίαν λαλοῦσι. Ezech. XXXIX, 19. φάγεσθε στέαρ εἰς πλησμονὴν, comedetis adipem in satietatem. *Gloss. MS. in Ezech.* στέαρ, πυρός. – בָּרִיר, *adeps*, ex unanimi veterum consensu. Lev. I, 8. 12. VIII, 19. *Hesych.* στέαρ, λίπος, ζύμη. Adde Sirac. XLVII, 2. et Drac. v. 31.

ΣΤΕΑΤΟ'ΟΜΑΙ, *pinguesco*, *saginor*, a στεατόω, *in sevum seu adipem converto*. מְרִיא, *pinguis*, *saginatus*. Ezech. XXXIX. v. 18. ἐστεατωμένοι, *saginati*. Ita *Bielius* ex *Trommio*. Sed potius ibi respondet τῷ בָּשָׁן apud *Inc.* et מְרִיאֵי בָשָׁן apud LXX Intt.

ΣΤΕΓΑ'ΖΩ, *tego*, *operio*, *sustineo*, *fulcio*. הֶעֱמִיד Hiph. *constituo*. Nehem. III, 5. ἐστέγασαν. Non male quoad sensum. – טִלֵּל Pih. *tego*, *contego*, *obtego*. Nehem. III, 15. – קֵרָה Pih. *contigno*. 2 Par. XXXIV, 11. Nehem. II, 8. III, 3.

ΣΤΕ'ΓΗ, *tectum*, *tegmen*. מִכְסֶה, *tegmen*, *tectum*, *operimentum*. Gen. VIII, 13. – צֵל, *umbra*. Gen. XIX, 8. sec.

cod. *Alex.* et *Ald.* στέγην, ubi reliqui libri σκέπην habent. Vide et 3 Esdr. VI, 4. ubi chald. אֻשַּׁרְנָא, *murus*, Esdr. V, 3. respondet. In utroque loco est pars pro toto.

ΣΤΕΓΝΟ'Σ, *creber*, *continuus*. צוֹפִיָּה part. foem. *speculans*. *Al.* Prov. XXXI, 27. στεγναὶ διατριβαὶ οἴκων αὐτῆς, *continuae* conversationes in aedibus eius. Ed. *Ald.* habet στεναὶ, *angustae*, quod vide supra. Sensum expressit. Nam de muliere, quae attendit ad omnia, quae domi suae geruntur, commode dici potest στεγναὶ κ. τ. λ. *Hesych.* et *Suidas*: στεγναὶ, στεῤῥαί. Ad *Hesychium* notat *Sopingius*, Graecos dicere στεγνοὺς πυρετοὺς, quos *Plinius* L. XXIII. c. 7. *febres contractas* interpretetur. Sic et *Hesychius* in v. στεγανὸν, στεγνὸν (sic enim bene legit *Guietus* pro στενὸν) exponit πυκνὸν, σφιγκτὸν, ἢ συνεχές.

ΣΤΕ'ΓΟΣ, *tectum*. Ep. Ierem. v. 8. ταῖς ἐπὶ τοῦ στέγους πόρναις, quae sunt sub eodem cum diis tecto, meretricibus.

ΣΤΕ'ΓΩ, i. q. στεγάζω, *tego*, etiam *celo*, *silentio premo*. Sir. VIII, 22. στέξαι λόγον, h. e. *servare secretum* s. *celare*, ubi alii libri στέρξαι habent. *Hesych.* στέγει, κρύπτει.

ΣΤΕΙ'ΡΟΣ, *sterilis*. Στεῖρα, sc. γυνὴ, *sterilis*, scil. *foemina*. עֲקָרָה : עֲקֶרֶת, *idem*. Gen. XI, 30. XXV, 21. XXIX, 30. et alibi. - עָקָר, *infoecundus*. *Aqu.* Deut. VII, 14. Sap. III, 13. *virgo continens* στεῖρα dicitur. Vide *Cappelli nott. crit.* p. 560.

ΣΤΕΙ'ΡΑΝ ΠΟΙΕ'Ω, *sterilem facio*. עָצַר, *claudo*, sc. *uterum*. Ies. LXVI, 9.

ΣΤΕΙΡΟ'Ω, *sterilis sum*. Sirac. XLII, 15.

ΣΤΕΛΕ'ΧΗ et ΣΤΕ'ΛΕΧΟΣ, *truncus*, *stirps*, *caudex*, *ramus*. Est vocabulum generis, quod etiam de arbore primulum velut e terra enascente dicitur, ita ut truncus eius sit veluti virgula quaedam duntaxat. Conf. *Philonem* L. de *Vit. Mos.* p. 638. A. אַיָּלָה, *cerva*. Gen. XLIX, 21. Νεφθαλὶ στέλεχος ἀνειμένον, Nephthali truncus emissus, h. e. arbor s. truncus, ex quo τὰ βλαστήματα s. virgulta prodeunt. Legerunt fortasse עָלֶה, coll. Ierem. XVII, 8. *Hieronymus* male reddidit: *virgultum*. Conf. *Pearsonii Praef. in LXX Intt.* - גֶּזַע, *truncus* arboris succisae. Iob. XIV, 8. - עֲבֹת, singul: *contortum*. Ezech. XIX, 11. *Perplexitates* sunt h. l. de *ramis perplexis* explicandae. - עָלֶה, *folium*. Ierem. XVII, 8. Pro *foliis* posuerunt *ramos*, sensu eodem. - פֹּארָה, *ramus*. Ezech. XXXI, 12. 13. - תִּמֲרוֹת plur. *columnae*. Cant. III, 6. ὡς στελέχη καπνοῦ, i. e. tanquam fumus, qui instar arboris truncatis foliis et ramis in altum erigitur. Vide ad h. l. *Cappellum*, qui recte monuit, *fumum*, cum assurgit, arboris seu palmae speciem quodammodo referre; inferius enim angustus est, quasi truncus palmae, mox deinde superne dilatatur ac sese

diffundit, ut rami e trunco. Sir. L, 14. *ὡς στελέχη φοινίκων*, tanquam *rami* palmarum. *Phavorinus*: *στελέχη, οἱ κλάδοι. καὶ στέλεχος ὁ κορμὸς τοῦ δένδρου*. *Hesych.* *στέλεχος, κορμὸς ξύλου, κλάδος*. Idem: *Στελέχεα, πρέμνα*. Sic enim bene *Gronovius* pro *Στελεχία, πρέμια*. *Suidas*: *στέλεχος, εἰ μὲν ὁ κορμὸς, ἤγουν ἡ ῥίζα, παρὰ τὸ τέλος ἔχειν, ἢ παρὰ τὸ στερεόν· εἰ δὲ οἱ ἄνω τῆς κορυφῆς κλάδοι, παρὰ τὸ εἰς τέλος ἔρχεσθαι*. — Vide alibi *φοίνιξ*.

ΣΤΕ'ΛΛΩ, *mitto*. *ΣΤΕ'ΛΛΟΜΑΙ*, *timeo*, *subduco me*, *recedo*, *paro me*, *vestior*. נִחַת Niph. a חָתַת, *consternor*. Mal. II, 5. *ἀπὸ προσώπου ὀνόματός μου στέλλεσθαι αὐτὸν*, ut me *metueret*. Apud *Hesychium* in *στέλλει* legitur: *φοβεῖται, στέλλεται*. Sed inverso ordine legendum videtur: *στέλλεται, φοβεῖται*, et statuendum, quod nova glossa inde incipiat. Conf. *Alberti* ad 2 Thess. III, 6. p. 591. et quae inde repetit *Wolfius* ad eundem locum p. 400. — פִּלֵּג Pih. *divido*. *Aqu. Theod.* Iob. XXXVIII, 25. ubi pro *τίς δὲ ἔστειλεν*; fortasse legendum est *τίς διέστειλεν*; *quis divisit?* ut habet *Aquila* ex altera eius versione. Sed recepta lectio quoque defendi potest, ut nempe *mittere* h. l. sit i. q. *dare*. Vide *Hexapla*. — שָׁכַךְ, *pono me*. *Aqu.* Gen. VIII, 1. ubi *στέλλεσθαι*, de *aquis* usurpatum, notat *discedere*, *deserere terram*, *defluere*. *Montfauconius* *ἰστάλησαν* male transtulit: *coercitae sunt*. *Gloss. Graec.* in *V. T.* ab *Albertio* editum p. 149. *στέλλεσθαι, ἀφίστασθαι, ἀναχωρεῖν*. *Drusius* in *Fragm. Vett. Intt. GG.* p. 18. *ἐστάλησαν* vertit *constiterunt*, et idem esse putat, quod *στήλης τρόπον ἔστησαν*. Sed an hoc significatu reperiatur *σταλάω*, unde *ἐστάλησαν* deducit, se nescire fatetur. Ex illis autem difficultatibus se facile potuisset extricare, si a *στέλλεσθαι* vocem *ἐστάλησαν* deduxisset. Praeterea legitur Prov. XXXI, 26. *τάξιν ἐστείλατο* pro חֶסֶד, quae verba *Iaegerus* suspicatur pertinere ad v. 25., idemque significare, quod *εὐπρέπειαν ἐνεδύσατο*, a *στέλλεσθαι*, *ornari*, *indui*, unde *στολὴ* et *καταστολὴ*, *vestitus*. Conf. *Perizon.* ad *Aelian.* III, 24, 1. *Hoogeveen.* ad *Viger.* V, 12, 6. Sap. VII, 15. *πρὸς θεὸν ἐστείλαντο φιλίαν*, ad Deum *miserunt* amicitiam, h. e. ut *Latinus* sensum expressit: *participes facti sunt amicitiae Dei*. *Hesych.* *ἐστείλαντο, συνέστειλαν, ἢ ἀπέστειλαν*. Sap. XIV, 1. *πλοῦν τις πάλιν στελλόμενος*, ad navigandum quispiam iterum *se parans*. Sic *Polyb.* IX, 24, 4. *στέλλεσθαι τὴν πορείαν*, *parare iter*. Sir. XXXV, 1. 2. *στέλλεσθαι τὴν ἐπὶ τῆς Ἑλλάδος*, sc. *στολὴν*, in Graeciam *navigare*. 2 Macc. V, 1. *τὴν δευτέραν ἔφοδον Ἀντίοχος εἰς Αἴγυπτον ἐστείλατο*. *Latinus* vertit: *Antiochus secundam profectionem paravit in Aegyptum*. 3 Macc. I, 19. *προσαρτίως ἐσταλμέναι*, modo *amictae*. *Hesych.* *ἐσταλμέναι* (Sic enim legendum pro *ἐσταμέναι*), *ἐστολισμέναι*. Conf. *Aelian. V. H.* XII, 1.

ΣΤΕ'ΜΜΑ, *sertum*, *corona*. עֲטָרָה, idem. *Al.* Zach. VI, 11. στέμματα. *Hesych.* στέμμα, στεφάνωμα. Στέμματα pr. dici *coronas*, *quae sacris adhibentur*, aut sane *eas*, *quae gestantur a sacerdotibus*, docet *Paschalius* de *coronis* lib. I. c. 2. p. 7.

ΣΤΕ'ΜΦΥΛΑ, plur. *uvarum* vel *olivarum expressarum retrimenta*, *vinacea*, *nuclei uvarum*. חַרְצַנִּים, plur. *acini*. Num. VI, 4. - סִיג, *scoria*. *Aqu.* Ps. CXVIII, 16. Ies. I, 25. Ezech. XXII, 18. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* στέμφυλα, τὰ πιάσματα τῆς σταφυλῆς. *Hesych.* στέμφυλα, τὰ πταίσματα (lege τὰ πιάσματα) τῶν ἐλαιῶν, οἱ δὲ τὰς ἀπυρήνους ἐλαίας, καὶ τῶν σταφυλῶν τὰ ἐκπιέσματα. Ad quem locum *Schrevelius* in not. citat *Athen.* p. 56. *Nunnes. Phrynich.* p. 78. *Casaub. ad Athen.* lib. II. c. 15. *Henr. Steph. Schediasm.* lib. VI. c. 10. *Suidas*: στέμφυλον, τὸ ἔκδυμα τῆς σταφυλῆς, ἢ τῶν ἐλαιῶν, οἷς ἀντὶ ὄψων ἐχρῶντο.

ΣΤΕΝΑΓΜΟ'Σ, *gemitus*, etiam *rugitus*. אֲנָחָה, idem. Iob. III, 24. XXIII, 2. Ps. VI, 6. et alibi. - אֶנְקָה. Ps. XI, 5. LXXVIII, 11. Mal. II, 13. - הֵאָנֵק infin. Niph. *gemendo*. Ezech. XXIV, 17. - הֵרוֹן, *conceptus*. Gen. III, 16. Videntur loco ה legisse ח, et per στεναγμοὺς intellexisse *dolores gemitus exprimentes*, aut הֵרוֹן de *doloribus partus*, et *quos gravidae post conceptionem sentiunt*, intellexisse. *Bauerus* contra indicat, eos legisse הגני, ab הָגָה. - נְאָקָה, *clamor*, *gemitus*. Exod. II, 25. VI, 5. Iud. II, 18. - נַהֲמָה, *rugitus*. Ps. XXXVII, 18. De *rugitu leonis* legitur apud *Ino. Int.* Prov. XIX, 11. ubi LXX βρυγμὸς habent. - צָרָה, *angustia*. Ierem. IV, 31. στεναγμοῦ σου, ubi per metonymiam effectum pro causa posuerunt. Vide supra s. v. הֵרוֹן. *Hesych.* στεναγμὸς, λύπη. *Philo Allegor.* Lib. II. p. 67. ἔστι στεναγμὸς σφόδρα καὶ ἐπιτεταμένη λύπη. πολλάκις γὰρ ἀλγοῦμεν, οὐχὶ στένοντες. ὅταν δὲ ἐπιστένωμεν, ἀνιαρῶς καὶ πάνυ ὀμβρηρῶς χρώμεθα ταῖς λύπαις.

ΣΤΕΝΑ'ΖΩ, *gemo*, *ingemisco*. אָבַל, *lugeo*. Ies. XIX, 8. - אָנָה, *moestus sum*. Ies. XIX, 8. - אֲנָחָה, *gemitus*. Ies. XXI, 2. - אָנַק. Ezech. XXVI, 15. - *דָּלַף, *stillo*, *perstillo*. Cohel. X, 18. sec. cod. *Alex.* ubi tamen loco στενάζει legendum est στάζει. - הִבְלִיג Hiph. *recreo me*. Iob. IX, 27. στενάξω. Ut haec versio cum textu hebraico conciliari possit, στενάξω vertendum erit *clam ingemiscam*, *simulabo hilaritatem*. - הָמָה, *perstrepo*. Ies. LIX, 11. στενάξουσιν, ὡς ἄρκτος, καὶ ὡς περιστερὰ ἅμα, *gement*, ut ursus, et ut columba simul. Confer ad h. l. *Bochartum Hier.* lib. III. c. 9. p. 810. ubi ursorum vocem videri aliquid habere gemebundum, atque inde etiam *Horatium* atque *Ovidium gemitum* ursis tribuere observat. Conf. v. Στόνος. De columbis etiam verbum *gemere* passim usurpari pariter observat *Bochartus Hier.* P. II. lib. I. c. 2. p. 12. - הִתְאַשֵּׁשׁ *Hithp. fortem me gero.* Ies.

XLVI, 8. *στενάξατε.* Deduxerunt fortasse ab אָנַשׁ, arab. أيس, *desperare. Vulgatus* habet *confundamini*, quasi legerit הִתְבּשְׁשׁוּ. Hanc quoque lectionem LXX exprimere potuerunt hoc sensu: *dolore ob peccata commissa compuncti ingemiscite*, ubi certe sensus non mutatur. Ex *Houbigantii* sententia LXX legerunt התאנחו. – זָעַק, *clamo.* Iob. XXXI, 38. – *כָּרַע, *incurvo me*, speciatim *prae dolore. Inc.* 1 Sam. IV, 19. ubi *στενάζειν* de *gemitu parturientium prae doloribus gravissimis* adhibetur. Vide supra s. v. *κλαίω*, ac *Simonis Lex. hebr.* s. h. v. – נֶאֱנַח Niph. Ies. XXIV, 7. Thren. I, 9. 22. Ez. XXI, 6. – נָהַם. *Aqu. Symm. Theod.* Prov. V, 11. *στενάξεις.* – נוּד, *condoleo.* Nah. III, 7. – נַחַת, *quies.* Ies. XXX, 15. *στενάξῃς.* Non dubito, eos legisse נִחַם, quod in l. arab. نخم hanc notionem habet. – סָפַק, *plaudo.* Ierem. XXXI, 19. *Plaudere* h. l. est plangentis et dolentis. – עָגַם, *contristor.* Iob. XXX, 25. Scil. عجم notat *barbara lingua loqui*, respondetque τῷ לָעַן Hebraeorum. – שִׁוַּע Pih. *vociferor.* Iob. XXIV, 12. – שָׁמַם: נָשַׁם, Kal et Niph. *obstupesco.* Iob. XVIII, 21. Ezech. XXVI, 16. Sap. V, 3. Sir. XXX, 19.

ΣΤΕΝΑΚΤΟ'Σ, *gemebundus.* חֶרְפָּה, *probrum.* Ezech. V, 15. *στενακτὴ καὶ δηλαϊστὴ*, gemebunda et miserabilis. Sed *στενακτὸς* ibi potius *miserandum*, *commiserandum* notat.

ΣΤΕΝΕ'Ω, *angusto, arcto.* מָעַד, *vacillo. Al.* 2 Sam. XXII, 37. *ἐστένησα.* Ita *Bielius.* Sed legendum est *ἠσθένησα*, quod habet ed. *Compl.*

ΣΤΕΝΟ'Σ, *angustus, arctus.* און, *robur.* LXX ac duo Incerti Intt. Iob. XVIII, 11. *ἐν λιμῷ στενῷ.* Nisi adiectivo *στενὸς* notio transitiva h. l. tribuatur, ut sit i. q. *στενοῦντι*, *in angustias redigente*, omni sensu destituitur haec versio. Mallem hic legere *σθενῷ*, *robusto, valido*, unde *σθενόω*, quemadmodum *στενόω* a *στενός.* Qua voce augeri fortasse Lexica possent. – *חֹרֶשׁ, *sylva.* 1 Sam. XXIII, 19. ubi *τὰ στενὰ* sunt *loca angusta, ad quae aditus non facile patet.* Quia haec loca sunt maxime tuta, *Vulgatus* non male transtulit: *in locis tutissimis sylvae.* – לַחַץ, *oppressio.* Ies. XXX, 20. *ὕδωρ στενὸν*, parum aquae. Fortasse autem *στενὸν* ibi ad vocem *στενόω* potius referendum est. Vide supra s. און. – מְצָדָה, *munitio.* 1 Sam. XXIII, 14. (*Vulg. in locis firmissimis:* qualia sunt *pylae.*) 19. XXIV, 1. – מְצוּדָה, idem. 1 Sam. XXIV, 23. *εἰς τὴν μεσσαρὰν τὴν στενὴν*, ubi duae versiones coaluerunt, et *τὴν στενὴν* est merum glossema ad vocem praecedentem, qua מְצוּדָה literis graecis expressa est, ex qua simul apparet, cur *τὴν στενὴν* positum sit, quia scil. pro Daleth legit Resch, et a צור aut צָרַר derivavit. – צִיָּה

part. foem. *speculans*. Prov. XXXI, 27. *στεναὶ διατριβαὶ οἴκων αὐτῆς*, h. e. domo circumscribitur commoratio aut conversatio aut occupatio eius: ubi alii libri *στεγναὶ* habent eodem sensu. Vide supra s. v. *στεγνός*. - צַר: צָר. Num. XXII, 26. 2 Sam. XXIV, 14. 2 Reg. VI, 1. et alibi. Adde *Aqu. Symm.* 1 Sam. XXVIII, 15. et *Aqu.* Ps. XXX, 10. - שׁוּר, *murus*. Iob. XXIV, 11. Baruch. III, 1. *ψυχὴ ἐν στενοῖς*. Susann. 22. *στενά μοι πάντοθεν*, *pericula* omni ex parte proposita.

ΣΤΕΝΟΤΗΣ, *angustia*. 2 Macc. XII, 21.

ΣΤΕΝΟΧΩΡΕΩ, *angusto*, *coarcto*, *angustus alicui sum*. *אלץ Pih. *moleste urgeo*, *coarcto*. Iud. XVI, 16. sec. cod. *Vat.* *ἐστενοχώρησεν αὐτόν*: ubi reliqui libri habent *παρηνώχλησεν*, ut adeo verosimile sit, *ἐστενοχώρησεν* esse alius interpretis, et ad antecedens הֵצִיק potius pertinere. - אוּץ, *angustus*. Ios. XVII, 15. *εἰ στενοχωρεῖ σε τὸ ὄρος Ἐφραΐμ*, si angustus tibi est mons Ephraim. - מָצוֹק, *angustia*. *Symm.* 1 Sam. XXII, 2. *στενοχωρούμενος*. Conf. 2 Cor. IV, 8. et ad h. l. *Wolfium* p. 595. ac *Lex. N. T.* s. h. v. - צוּר. Ies. XLIX, 19. - קָצַר מַצָּע, *curtum est stratum*. Ies. XXVIII, 20. *στενοχωρούμενοι οὐ δυνάμεθα μάχεσθαι*, coarctati non possumus pugnare.

ΣΤΕΝΟΧΩΡΙΑ, *angustia*, *coarctatio*. מָצוֹר, *obsidio*. Deut. XXVIII, 53. 55. 57. - צוּקָה. Ies. VIII, 22. *θλίψις καὶ στενοχωρία*, afflictio et angustia. Vide et Ies. XXX, 6. ac conf. Rom. II, 9. ubi eaedem voces coniunguntur. Vox *στενοχωρία* vero legitur etiam Sap. V, 3. Sir. X, 29. 1 Macc. II, 53. et XIII, 3. Esth. XIV, 2. sec. *vet. Arund.* *ἐνεδύσατο στενοχωρίαν*, h. e. *ἱμάτια στενοχωρίας*, h. e. vestimenta angustiae apta, ut in altera versione legitur.

ἘΝ ΣΤΕΝΟΧΩΡΙᾼ ὮΝ, *in angustia existens*. אֲשֶׁר מוּצָק part. Hoph. a צוּק, *angustatus*. Ies. VIII, 22.

ΣΤΕΝΟΩ, *angusto*, *arcto*. *כָּרַע, *incurvo me*, speciatim *prae dolore*. 1 Sam. IV, 19. sec. *Compl.* *ἐστένωσε*, sc. *ἑαυτόν*, h. e. *ἐστενώθη*, quasi coarctata et constricta est doloribus partus, s. sensit dolores partus, qui in sequ. צִרִים dicuntur, cuius vocis originem sine dubio respexit auctor huius versionis. Suspicari tamen aliquis posset, eum scripsisse *ἐστέναξε*, quod habet alius incertus interpres. Secundum *Tychsenium* auctor huius versionis legit הקרא. - צוּר, *arcto*. *Al.* Prov. IV, 12.

ΣΤΕΝΩ, *gemo*. אֲנָקָה, *gemitus*. *Theod.* Mal. II, 13. *στένοντες*. - *בְּחַיָּי, *in vita mea*. Iob. X, 1. *στένων*. Legisse videntur בכה. - נֶאֱנַח Niph. Prov. XXIX, 2. - נוּעַ, *vagor*. Gen. IV, 11. 14. *στένων καὶ τρέμων*. A rad. נָהָה, *lamentari*, auxilia petierunt. - נִסְתַּר Niph. *abscondor*. Prov. XXVIII, 28. *στένουσι*. Ita fortasse transtulerunt, quia vocem hebr. de iis intellexerunt, qui sese occultant lugendi causa, quum

in tyrannorum dominatione lugendi libertas non sit satis integra, sed periculosa. Fieri tamen potuit, ut *στένουσι* e simili c. XXIX, 2. sententia hunc in locum transferretur. Vide ad h. l. *Iaegerum.* Non tamen admodum repugnarem, si quis *στέγουσι* legere mallet. - קָדַר, *atratus incedo.* Iob. XXX, 28. *Hesych.* *στένων, στενάζων.*

ΣΤΕ'ΝΩ ΛΙΜΩ~ι, gemo fame. נָהַק, *rudo. Symm.* Iob. VI, 5. *στένει.*

ΣΤΕΝΩ~Σ, anguste, arcte. צַר. 1 Sam. XIII, 6. *ὅτι στενῶς αὐτῷ μὴ προσάγειν αὐτῷ.* Reponendum hic esse indico *στενὸν*, sc. *ἐστὶ*, nihil enim habet adverbium *στενῶς*, a quo regatur. *Vulg. se in arcto positos.*

ΣΤΕ'ΝΩΣΙΣ, angustatio, coarctatio. צָרָה, idem. *Al.* Ierem. XLIX, 24.

ΣΤΕ'ΡΓΩ, amo, diligo. Sir. VIII, 22. *οὐ γὰρ δυνήσονται λόγον στέρξαι.* Non enim poterunt diligere, nisi quae eis placent. Hoc additamentum pernecessarium est. Sed pro *στέρξαι* alii libri habent *στέξαι.* Ib. XXVII, 17. *Hesych.* *στέργει, φιλεῖ, ἀγαπᾷ.*

ΣΤΕΡΕ'ΜΝΙΟΣ, firmus, solidus, robustus. בָּרִיא, *pinguis. Aqu.* Gen. XLI, 2. *στερέμνιοι κρέει, corpulentae*, de bubus torosis et toris luxuriantibus. Vide ad h. l. *Montf.* in *Append.* p. 669. *Aretaeus* p. 62. l. 45. *στερέμνιοι ὠτειλαί.* *Hesych.* *στερέμνιον, στερεὸν, ἰσχυρόν.* *Lex. Cyrilli MS. Brem.* *στερέμνιον, τὸ πυκνὸν καὶ στερεόν.* Adverbium *στερεμνίως* legitur apud *Hippocratem* de *alimento* p. 380. 15.

ΣΤΕΡΕΟΚΑ'ΡΔΙΟΣ, durus corde. חֲזַק לֵב. Ezech. II, 4.

ΣΤΕΡΕΟ'Σ, firmus, robustus, validus, rigidus, crudelis. אַדִּיר. *Al.* 1 Sam. IV, 8. *στερεῶν.* Legerunt אַבִּירִים. - אֵיתָן, *robur. Aqu.* Ier. XLIX, 19. *στερεά.* Ibid. X, 44. Idem Ps. LXXIII, 15. *ποταμοὶ στερεοὶ*, fluvii *perennes.* אֵיתָן est a وتن *perennis fuit.* *Symmachus ἀρχαίοις*, qui a mundo condito fluxerunt. - אַכְזָר, *crudelis.* Ierem. XXX, 12. *παιδείαν στερεάν.* - אָנוּשׁ, *mortiferus.* Ierem. XV, 18. *ἡ πληγή μου στερεά.* - בָּרִיא, *pinguis. Symm.* Ps. LXXII, 4. *στερεά.* Videri quidem posset, *Symmachum* ita vertisse, quia in sequentibus אוּלָם per *πρόπυλα* expressit, sed quia etiam LXX voce *στερέωμα* ibi pro eodem usi sunt, potius tenendum erit, vocabula, quae *carnositatem* ac *pinguedinem* significant, apud Graecos pariter ac Hebraeos ad *robur* et *firmitatem* referri. Vide quoque *Simonis Lex. hebr.* s. v. אול p. 55. - חָזָק, *robustus.* Ps. XXXIV, 12. Ierem. XXXI, 11. - *חַלָּמִישׁ, *silex.* Deut. XXXII, 13. *ἐκ στερεᾶς πέτρας.* - מִקְשֶׁה, *firmitas.* Num. VIII, 5. - צוּר, *rupes. Aqu.* Deut. XXXII, 31. *στερεός.* Idem Ps. LXI, 8. Ies. VIII, 14. Idem sec. edit. primam Ierem. XXI, 13. *Symm.* Ps. LX, 3. - צָרִים, nomen

propr. *Aqu. Symm.* 2 Sam. II, 16. Respexerunt etymologiam a צור, quod vide supra.

ΣΤΕΡΕΩ'ΤΕΡΟΣ comp. *firmior.* אַדִּיר, *magnificus, validus.* 1 Sam. IV, 8. - מֵרֵעַ, *maleficus.* Ierem. XX, 13. στερεωτέρων αὐτοῦ. Ita *Alex. Ald.* et *Compl.* Sc. per *impios* h. l. *potentes oppressores* intellegendi sunt.

ΣΤΕΡΕΩ'ΤΑΤΟΣ superlat. *firmissimus.* שָׁתַל, *planto.* *Aqu. Symm. Theod.* Hos. IX, 13. στερεωτάτην.

ΣΤΕΡΕΟ'Ω, *firmo*, *roboro.* אָמֵץ, *firmo.* Ps. XVII, 203 *Inc.* 2 Sam. XIV, 12. - הַצִּיב infin. Hiph. a יָצַב. *Aqu.* 1 Sam. XIII, 21. τοῦ στερεώσαντος. Mallem legere στερεῶσαι. - חָזַק: חִזֵּק, Kal et Niph. Ierem. V, 3. X, 4. LII, 4. Adde *Inc.* et LXX sec. cod. *Oxon.* Exod. XIV, 15. ubi est i. q. σκληρύνω. - חָשַׂף, *denudo.* Ezech. IV, 7. στερεώσεις, *firmiter extendes.* Sed suspicor legendum στερήσεις, *privabis, tegumentis* sc. - טִפַּח Pih. *palmo metior.* Ies. XLVIII, 13. Vox hebr., quae *expandere* etiam notat, h. l. de *creatione* explicanda est, quam notionem quoque voci στερεοῦν subiecerunt. - יָצַר, *formo.* Amos. IV, 13. στερεῶν βροντήν. - מִבְצָר, *munitio.* 1 Sam. VI, 18. πόλεως ἐστερεωμένης, urbis *bene munitae.* - נָטָה, *extendo.* Ies. XLV, 12. ἐστερέωσας τὸν οὐρανόν. - נִמְלַח Niph. *evanesco.* Ies. LI, 6. ὁ οὐρανὸς ὡς καπνὸς ἐστερεώθη. *Paulus* in *Obss. critt. philol. ad Iesaiae oracula* p. 17., offensus voce ἐστερεώθη, quae praecedenti καπνὸς minime convenire ei videbatur, coniecit, legendum esse ἐστρεώθη, hoc sensu: *nebulae instar fumi delabentur.* Equidem ἐκενώθη, *evanuit*, legere, mallem. - נָכוֹן Niph. a כּוּן. 1 Reg. III, 1. ἡ βασιλεία ἐστερεώθη, regnum confirmatum est. Ps. XCII, 2. Prov. XX, 21. - נִצַּב Niph. a יָצַב. Thren. II, 4. - סָמַךְ, *fulcio, sustento.* *Al.* Gen. XXII, 37. ἐστερέωσα. - עָלַץ, *exulto.* 1 Sam. II, 1. ἐστερεώθη ἡ καρδία μου ἐν κυρίῳ. Pro עָלַץ legerunt עָרַץ, quod habet notionem *roboris* et *fortitudinis.* - *עָצַם, *roboror.* Dan. VIII, 24. sec. cod. *Chis.* - *עָצָה, *claudo.* *Aqu. Theod.* Prov. XVI, 30. non male per στερεοῦν transtulerunt, quia sermo ibi est de oculis, quos qui claudit, etiam firmare, h. e. impedire, ne vagentur, dici potest. Vide quoque infra s. v. στηρίζω. - עָשָׂה, *facio.* Ps. XXXII, 6. - *עָשָׂה. *Aqu. Symm. Theod.* Ierem. V, 28. - רָקַע, *expando.* *Aqu.* et LXX Iob. XXXVII, 18. *Vulg. fabricatus es.* Ps. CXXXV, 6. Ies. XLII, 5. - תִּכֵּן Pih. *apto.* Ps. LXXIV, 3. Ita quoque *Theod. Quinta* et *Sexta Editio.* Sir. III, 3. στερεοῦν notat *velle, ut aliquid firmum sit et maneat, seu iustam auctoritatem habeat, sancire, confirmare, attribuere auctoritatem.* Conf. *Vers. Syr.* et *Arab.* Sir. XXIX, 3. στερεοῦν λόγον, *fideliter stare* promissis.

*ΠΟ'ΛΕΙΣ 'ΕΣΤΕΡΕΩΜΕ'ΝΑΙ, *urbes bene munitae.* מִבְצָר, *munitio.* 2 Reg. VIII, 12. ubi alii ὀχυρώματα. Ita quoque στερεοῦν legitur 1 Macc. IX, 62.

ΣΤΕΡΕ'Ω, *privo*, *orbo*. *גָּרַס, *confringo*. *Syrus* Thren. III, 16. – נָפַח. *Symm.* Iob. XXXI, 39. ἐστέρησα ἐλπίδος, spe *frustravi*. Bene quoad sensum: nam *sufflare animam alicuius* significat apud Hebraeos *spem alicuius frustrare*, quia נֶפֶשׁ de *quovis affectu vehementiore*, inprimis *cupiditate ac desiderio* adhiberi solet. – *הַצִּיב infin. Hiph. a יָצַב, *infigere*. *Inc.* sec. *Cat. Nicephori* p. 359. 1 Sam. XIII, 21. ubi iudice *Scharfenbergio* στερῆσαι mutandum est in στῆσαι. Mallem equidem legere στερεῶσαι. – זוּר, *alienor*. Ps. LXXVII, 33. οὐκ ἐστερέθησαν ἀπὸ τῆς ἐπιθυμίας αὐτοῦ, non *privati sunt* concupiscentia sua. – חָסֵר, *deficio*. Cohel. IX, 8. ἔλαιον ἐπὶ κεφαλῆς σου μὴ στερησάτω, non *desit* oleum capiti tuo. Alii habent ὑστερησάτω. – מָנַע, *cohibeo*, Gen. XXX, 2. ἐστέρησέ σε καρπὸν κοιλίας, *privavit* te fructu ventris. Vide et Ps. XX, 2. Iob. XXII, 7. πεινώντων ἐστέρησας ψωμὸν, esurientes *privasti* pane. – פִּלֵּל Pih. *iudico*. Gen. XLVIII, 11. Praeterea legitur Thren. III, 16. ubi tamen verba καὶ ἐστέρησέ με, quae ad שִׁנַּי, *dentes meos*, *Montfauconus* protulit, delenda sunt, quippe desumta e loco *Theodoreti* male intellecto, ut docuit *Doederleinius* in *Repert. Bibl. et Orient. Liter.* T. VI. p. 200. sequ. Sap. XVIII. στερεθῆναι φωτὸς, *orbari* luce. Vide et Sirac. VII, 22. XXVIII, 16. XXXVII, 24.

ΣΤΕΡΕ'ΩΜΑ, *firmamentum*, *fulcimentum*, *confirmatio*. בָּרִיא, *pinguis*. Ps. LXXII, 4. ubi στερέωμα dicitur de *plagis validis et fortiter inflictis*. *Aqu.* Gen. XLI, 2. ubi v. Montf. in Append. Vide quoque supra s. v. στερεός. – הַצִּיב infin. Hiph. a יָצַב, *constituere*. *Aqu.* 1 Sam. XIII, 21. – חֵל contracte pro חֵיל. *Symm.* Ies. XXVI, 1. ubi στερέωμα, *firmamentum*, teste *Hieronymo* est *antemurale*. – מַטֵּה, *virga*, *baculus*. *Aqu.* sec. *edit. secundam*, *Symm.* ac *Theod.* Ezech. IV, 16. στερέωμα ἄρτου, panis, quo vita hominis fulcitur quasi, *reficitur et sustentatur*. Conf. *Glassii Philol. S.* p. 1210. – סֶלַע, *petra*. Ps. XVII, 1. – עֶצֶם, *os*, *corpus*. Exod. XXIV, 10. – פֶּרֶץ, *ruptura*. Ezech. XIII, 5. ubi etiam στερέωμα *antemurale* esse videtur. Vide supra s. v. חֵל. – צְבִי. *Symm. Aquila sec. ed. primam* Ezech. XX, 6. Deduxit sine dubio a יָצַב, *stare*, *consistere*, *subsistere*. Vide supra s. v. στάσις. – קַיֵּם infin. Pih. a קוּם. Esth. IX, 29. τό τε στερέωμα τῆς ἐπιστολῆς, *confirmationem* epistolae. – רָקִיעַ, *expansum*, etiam *firmamentum*. Syr. ܪܩܥ, *firmare*, *solidum et firmum facere*. Eandem notionem habet quoque رقع. Gen. I, 6. Ps. XVIII, 1. Dan. XII, 3. *Is. Vossius Auctar. Castigatt. ad scriptt. de aetat. mundi* p. 15. docet, LXX recte רָקִיעַ vertisse στερέωμα, h. e. *firmamentum* aut *fulcimentum*, et per hoc nubes intellegendas esse, quae tanquam fulcra,

vehicula et στερεώματα sint humorum. Cum vero sol et luna in firmamento esse dicantur, latius accipi *firmamenti* nomen, nempe pro *toto eo spatio, quod supra nos est.* Sic et *Bonfrerius* in Gen. l. c. p. 100. per στερέωμα *coelos astriferos* intellegit, quibus profani auctores etiam firmitatem adstruunt, siquidem, eodem observante, *Homerus* Il. ε'. v. 504. οὐρανὸν πολύχαλκον vocat, h. e. *solidum et quasi multo ac denso aere firmatum.* *Hesychius* στερεὸν interpretatur. Idem poeta *Odyss.* ο'. v. 328. σιδήρεον οὐρανόν: *Pindarus* οὐρανὸν χάλκεον ob firmitatem et perennitatem appellat. *Orpheus* in *Hymno* ad *coelum* vocat illud ἀδάμαστον, *adamantinum et indomabile.* *Fulleri* sententiam, cur LXX רָקִיעַ per στερέωμα interpretati sint, vide in Ei. *Miscell. Sacr.* lib. I. c. 6. p. 51. sequ. – *שַׁחַק, *nubes superior.* Deut. XXXIII, 26. Cant. tr. puer. 26. 1 Macc. IX, 14. στερέωμα τῆς παρεμβολῆς, h. e. *firmior pars exercitus,* ut recte transtulit *Vulgatus.* Sir. XLIII, 1. στερέωμα τῆς καθαριότητος, firmamentum serenum, aether purus. 3 Esdr. VIII, 81. ubi in textu hebr. Esdr. IX, 9. est גָּדֵר, *murus s. locus muro obfirmatus,* quod LXX verterunt φραγμός.

ΣΤΕΡΕ'ΩΣΙΣ, *firmatio, consolidatio, firmitas.* עֲצֻמוֹת. *Aqu.* Ies. XLI, 21. ubi στερεώσεις notat *argumenta firma, quibus assertioni robur additur.* Vide tamen notata supra a me s. v. ὀστέωσις. Sir. XXVIII, 10. στερέωσις τῆς μάχης, rixae *vehementia.*

ΣΤΕΡΙ'ΣΚΩ, i. q. στερέω, *privo, orbo.* חִסֵּר Pih. *destituo.* Cohel. IV, 8. *Hesych.* στερίσκω, ἀποστερῶ.

ΣΤΕ'ΡΝΟΝ, *pectus.* Sir. XXVI, 20. ἐπὶ στέρνοις, *in pectoribus.* *Suidas:* στέρνοις, στήθεσι. *Grotius* Sir. l. c. pro στέρνοις ex *Vulgato* (qui habet: *super plantas stabiles*) legendum censet στερεοῖς, et τὰ στερεὰ *firmamenta pedum,* h. e. *plantas,* interpretatur. Sed *Grabius Proleg. in LXX* T. IV. c. 4. §. 6. nullus dubitat, πτέρναις reponendum esse.

ΣΤΕΦΑ'ΝΗ, *corona, lorica.* *זֵר, *limbus,* it. *cinctura,* ex verbi significatione *cingendi.* Exod. XXX, 3. 4. XXXVII, 31. – מִסְגֶּרֶת, *taenia.* Exod. XXV, 25. 26. XXXVII, 12. 13. – מַעֲקֶה, *lorica illa, qua tecta aedium s. solaria veterum cingi solebant et debebant.* Vide *Michaelis Synt. commentatt.* p. 55. sequ. Deut. XXII, 8. ποιήσεις στεφάνην τῷ δώματί σου, facies *loricam* tecto tuo. Latinis *corona* eodem sensu usurpatur. *Paschalius* de *Corona* lib. I. c. 2. p. 7.: *Nec solum Graecis* στεφάνη *est summitas, sed et* corona *est pars muri totiusque lapideae structurae, quam* loricam *dicimus, ut apud Vitruvium* (lib. II. c. 8.) *legimus* proiectura coronarum: *id est porrectiores coronae. Et apud Qu. Curtium* (Lib. IX. 4, 30.) angusta muri corona *est contractior proiectura coronae.* Idem hoc ipso sensu vocem usurpari a *Plinio* lib. XXXVI. c. 24. observat. Adde *Iul. Caes. B. Gall.*

VIII, 9, 3. - סִיר, *olla.* Exod. XXVII, 3. XXXVIII, 3. Ierem. LII, 14. Ad postremum locum *Chrysostomus* in *Catena Ghislerii* p. 929. στεφάνην λέγει τὰ καγκελωτὸν σχῆμα, τὸ περὶ τοὺς κίονας. - Vide alibi στρεπτός.

ΣΤΕΦΑΝΗΦΟΡΕ'Ω, *coronam fero.* Sap. IV, 2.

ΣΤΕ'ΦΑΝΟΣ, *corona*, i. q. στεφάνη, item *omne quod formam habet coronae, circulus.* אַבְנֵט, *balteus.* Ies. XXII, 21. - זֵר, *limbus*, it. *cinctura. Samarit.* Exod. XXXVII, 2. - כָּלִיל, *perfectus.* Thren. II, 15. Ezech. XXVIII, 12. Habet כְּלִיל notionem *coronae* in l. *Syriaca* et *Chaldaica.* - לִוְיָה, *adiectio.* Prov. IV, 9. ἵνα δῷ τῇ σῇ κεφαλῇ στέφανον χαρίτων, ut det capiti tuo coronam gratiarum. Vide et Prov. I, 9. Arab. لوى, *flexit, plicuit, contorsit*, unde לִוְיָה ad *omnes res multo flexu plexuque sese innectentes et complicantes* transfertur. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* στέφανος χαρίτων, στέφανος τῶν πνευματικῶν χαρισμάτων. Inde et apud *Hesychium* pro στέφανος τῶν κ. τ. λ. legendum: στέφανος χαρίτων, τῶν πνευματικῶν χαρισμάτων ὁ στέφανος. - עָטַר, *corono.* Ps. LXIV, 12. ubi pro עִטַּרְתָּ, *coronasti*, legerunt substantivum עֲטֶרֶת. - עֲטָרָה. 2 Sam. XII; 30. 1 Par. XX, 2. Iob. XIX, 9. et alibi saepius. - פְּאֵר, *ornamentum. Aqu. Symm. Theod.* Ies. LXI, 10. - צָנוֹף infin. *volutando.* Ies. XXII, 18. ubi legerunt צָנִיף, *cidaris.* Sir. I, 22. στέφανος σοφίας φοβεῖσθαι τὸν κύριον, *summa* sapientia est timere Deum. Στέφανος hic notat *omne quod primum* seu *summum est in aliqua re.* Sir. I, 11. 16. στέφανος ἀγαλλιάματος, *summa laetitia*, coll. v. 18. Sir. XXV, 8. στέφανος γερόντων πολυπειρία, *corona* i. e. *ornamentum* senum multa experientia. Sic *Homerus Epigr.* in *Palat. Curial.* ἀνδρὸς μὲν στέφανος παῖδες, πύργοι δὲ πόληος. Sir. L, 12. κυκλόθεν αὐτοῦ στέφανος ἀδελφῶν, ubi est i. q. κύκλος, adiuncta notione *praestantiae* et *decoris.* Eadem vox in singulari pariter ac plurali numero interdum notat *coronas aureas*, seu *aurum coronarium* (στεφανίτην φόρον, στεφανικὸν τέλεσμα), *genus tributi aut muneris, quod Iudaei quotannis soliti erant regibus offerre honoris causa, non tanquam tributum dominis, sed ut coronam amicis.* 1 Macc. X, 29. ἀφίημι πάντας τοὺς Ἰουδαίους ἀπὸ τῶν στεφάνων. Ib. XI, 35. τοὺς ἀνήκοντας ἡμῖν στεφάνους. Ib. XIII, 39. τὸν στέφανον, ὃν ὀφείλετε. Sic etiam *Polybio* XXII, 17, 4. στέφανος est *pecuniae summa loco coronae honoris et officii causa oblata victoribus et rerum dominis.* Vide ibi *Schweighaeuserum*, et quae loca laudavit in *Lex. Polyb.* De *auro coronario* confer quoque *Titul. Cod. Theodos. de auro coronario*, et ibid. *Iac. Gothofredum*, *Petavium* ad *Synes.* p. 7. *Valesium* ad *Ammian.* lib. XXV. p. 301. etiam *Suidam* s. στεφανικὸν τέλεσμα.

ΣΤΕΦΑΝΟ'Ω, *corono, orno, cingo, (Homer. Il. ο', 153.) protego.* הִכְתִּיר Hiph. *cingo. Symm.* Ps. CXLI, 8. στεφανώσονται. – עָטַר, *corono. Aqu.* et *LXX.* Ps. V, 15. ὡς ὅπλῳ εὐδοκίας ἐστεφάνωσας ἡμᾶς, tanquam scuto beneplaciti *cinxisti*, h. e. *protexisti nos.* Cf. Ps. XC, 5. ubi, quod hic est στεφανοῦν, est κυκλοῦν. Sic *Orpheo* (*Argon.* v. 895.) στέφανοι sunt *muri, quibus urbes coronae ad instar cinctae et munitae sunt.* Vide *Lexic. Stephani.* Et στέφανοι πύργων *Euripidi Hecub.* v. 910. sunt *turres, quibus Ilium eodem modo septum et munitum fuit.* Sic et *urbes bene munitae* εὐστέφανοι Graecis vocantur. Vide quae ex *Hesiodi Scut. Herc.* v. 80. et *Theogon.* v. 978. et *Phlegonte Tralliano Mirabil.* c. 3. (Adde *Eustath. de Ismen.* lib. I. init. urbs Eurycomis θαλάσσῃ στεφανοῦται.) observat *I. H. Maius filius Obss. SS.* lib. II. p. 25. Unde *Suidas* εὐστέφανον interpretatur εὐτείχιστον, et *Hesychio* εὐστέφανος est εὔπυργος, εὔτειχος. Nam verba haec, εὔπυργος, εὔτειχος, cum sequentibus, καλὸν στέφανον ἔχων, quae vulgo ab εὐστέφανος tanquam nova glossa separantur, illam adhuc exponere manifestum est. Confer et Ies. XXIII, 8. ubi Tyrus ob muros et turres, quibus munita fuit iuxta Ezech. XXVI, 4. et XXVII, 12., dicitur הַמַּעֲטִירָה, *coronata*, et *Spanhemium* in *Callimach.* p. 346. – פֵּאֵר, *orno. Inc.* Deut. XXIV, 20. στεφανώσεις. Sirac. XIX, 5. sec. *Complut.* ὁ ἀντοφθαλμῶν ἡδοναῖς στεφανοῖ τὴν ζωὴν αὐτοῦ, qui pravis cupiditatibus resistit, *felicem se reddit*, aut: *vitam agit tranquillam et beatam.* Sic quoque στέφανος 1 Petr. V, 4. de *felicitate aeterna* adhibetur.

ΣΤΕ'ΦΟΣ, *corona.* 3 Macc. IV, 8.

ΣΤΕ'ΦΩ, i. q. στεφανόω, *corono.* הִכְתִּיר Hiph. *cingo. Theod.* Prov. XIV, 8. στεφθήσονται. – עָטַר. *Aqu.* et *Inc.* Ps. VIII, 6. στέψεις. Sap. II, 8. στεψώμεθα ῥόδων κάλυξιν, coronemus nos rosarum calicibus. *Hesych.* στέφεται, στεφανοῦται, κοσμεῖται. Idem: Στέφαι (lege στέψαι e *Phavorino*), πληρῶσαι, στεφανῶσαι, κεράσαι, κυκλῶσαι.

ΣΤΗΘΟΔΕΣΜΙ'Σ, *fascia pectoralis.* פְּתִיגִיל, *fascia mulierum pectoralis rotunda. Symm.* Ies. III, 24. τῆς στηθοδεσμίδος. – קִשֻּׁרִים plur. *redimicula.* Ierem. II, 32. Atticis dicitur ταινία. *Moeris*: Ταινία, Ἀττικῶς. στηθοδεσμὶς, Ἑλληνικῶς. *Pollux* lib. VII. c. 14. segm. 69. p. 734. στηθόδεσμον vocat, et *Aristophanem* ἀπόδεσμον dixisse testatur. En verba: ἀντικρὺς δὲ τὸ νῦν καλούμενον στηθόδεσμον, εὕροις δ' ἂν ὀνομαζόμενον ἀπόδεσμον ἐν Θεσμοφοριαζούσαις Ἀριστοφάνους· Τὴν πτέρυγα παραλύσασαν τοῦ χιτωνίου, καὶ τῶν ἀποδέσμων, οἷς ἐνῆν τιτθίδια. Graecis alias etiam appellatur ἀμπεχόνη aut ἀμπεχόνιον, Latinis *strophium* vel *strophiolum.* Vide *Ez. Spanhemium Obss.* in *Callimachum* p. 135. *Postel.* in not. ad *Callidam Iunon. Homeri* carmine vernaculo redditam p. 229. sequ.

et *Schlaegeri* Diss. de *Diana* *λυσιζώνῳ* p. 32. sequ. ubi etiam hebr. כּוּמָן Num. XXXI, 50. cum Targumista de *strophio mamillas coercente* interpretatur.

ΣΤΗ῀ΘΟΣ, *pectus*. גָּחוֹן. *Aqu.* Lev. XI, 42. Vox hebr. *partem inferiorem corporis reptilium, qua terram tangunt*, denotat. - חֲדִי chald. Dan. II, 32. - לֵב, *cor.* Exod. XXVIII, 23. 26. Adde *Theodot.* Ierem. XXXI, 33. - לוּחַ לֵב, *tabula cordis.* *Symm.* Prov. III, 3. coll. VII, 3. - נַחַר, *rhonchus.* Iob. XXXIX, 20. Sc. نحر est *pars pectoris superior prope iugulum et claviculam.* Caeterum Iobi l. l. loco *δόξα δὲ στηθέων αὐτοῦ τόλμη* in cod. *Alex.* rectius legitur: *δόξῃ στηθέων αὐτοῦ τόλμην.*

ΣΤΗΘΥ'ΝΙΟΝ, *pectusculum.* חָזֶה, *pectus*, pars corporis anterior et exstantior, speciatim *pectus brutorum.* Vid. *Amralkeis Moall.* v. 63. Exod. XXIX, 26. 27. Levit. VII, 20. 21. et alibi saepius. Reperitur quoque apud *Inc.* Levit. VII, 13. ubi nihil in textu hebr. legitur. Videtur autem e sequentibus huc translatum esse, ubi *τοῦ* חָזֶה mentio fit. A *Polluce* II, 162. explicatur *τῶν στηθῶν τὸ μέσον.* Conf. *Sturz.* de *dial. Maced.* p. 194.

**ΣΤΗ'ΚΩ*, *firmiter sto.* הִתְיַצֵּב Hithp. a יָצַב. Sec. cod. *Alex.* et ed. *Compl.* Exod. XIV, 13. *στήκετε*, *fortes*, *animosi estote.* Reliqui libri habent *στῆτε.* Confer *Lexicon N. T.* s. h. v.

ΣΤΗ'ΛΗ, *lapis e terra exstans, qui vel munitionis gratia, vel in signum erectus est*, deinde *quidquid ad rei monumentum ac memoriam erigitur*, s. *statua sit*, s. *pyramis s. columna s. sepulcrum s. altare s. lapis impolitus*, i. q. *titulus.* Conf. *Cuperum* in notis ad *Lactantium* p. 176. אוֹב, *pytho.* *Al.* 2 Reg. XXI, 6. *στήλην.* Vide infra s. *τέμενος.* - בָּמָה, *excelsum.* Levit. XXVI, 30. Num. XXII, 41. XXXIII, 52. - בַּעֲלֵי בָּמוֹת, *domini excelsorum.* Num. XXI, 28. Sed ibi *στήλας* tantum hebr. בָּמוֹת respondet, ac ad בַּעֲלֵי pertinet *κατέπιε*, quod vide supra. - מִזְבֵּחַ, *altare.* 2 Par. XXXIII, 3. - מוֹשָׁב, *sedes.* Ezech. VIII, 3. - מַצֵּבָה : מַצֶּבֶת, *titulus*, *monumentum.* Gen. XXVIII, 18. 22. XXXI, 13. XXXV, 14. et alibi saepius. - נְצִיב. Gen. XIX, 26. - עַמּוּד. Ierem. XXVII, 19. - *קָדֵשׁ, *scortum masculum*, *cinaedus.* *Inc.* 1 Sam. XV, 12. *τὰς στήλας.* Forte legit קְרָשִׁים, a קֶרֶשׁ, *asser*, *tabula*, *trabs secta.* Coniici quoque posset *κύνας*, quae vox apud Graecos eodem modo de *cinaedis s. scortis masculis* adhibetur, ut hebr. קָדֵשׁ. Conf. *Lex. N. T. s. h. v.* Sed nihil mutandum videtur, modo *στῆλαι* h. l. explicentur de *columnis in honorem idolorum exstructis*, ut adeo partem pro toto, seu speciem pro genere posuerit. Nam קְדָשִׁים in universum *omnes res sanctas*, *cultui divino s. religioso destinatas* significat.

ΣΤΗΛΟΓΡΑΦΙ'Α, *tituli inscriptio*, *inscriptio in columnam vel cippum*. מִכְתָּם, *aureolum*, *aureum* κειμήλιον. Ps. XV, 1. LV, 1. LVI, 1. et alibi in inscriptionibus Psalmorum. *Cappellus* in *Crit. S.* p. 574. vult, eos legisse מִכְתָּב, *inscriptio lapidaris*, sed rationem huius interpretationis ex usu verbi כָּתַם apud *Syros* reddit *I. D. Michaelis Colleg. Crit. in Ps.* XVI. p. 44. et in *Supplem.* ad *Lex. hebr.* n. 1242. Conf. quoque *Vriemoet Obss. Miscell.* p. 204. et *Iablonski Pantheon Aegypt.* V. c. 5. §. 15. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* στηλογραφία, φανέρωσις ἐσομένων.

ΣΤΗΛΟ'Ω, *cippum*, *columnam erigo*, *statuo*, *stabilio*, et Στηλόομαι, *affigor alicui rei*, *ita ut ab ea non discedam*, *immotus sto instar cippi*, vel simpliciter *sto*. Metaphorice: *affigor alicui rei*. נִצַּב, הִצִּיב et הִתְיַצֵּב, Niph. Hiph. et Hithp. a יָצַב. Iud. XVIII, 16. ἐστηλωμένοι παρὰ τὴν θύραν τοῦ πυλῶνος, *firmiter stantes* ad ostium portae. Vide et v. 17. 1 Sam. XVII, 16. ἐστηλώθη ἐνώπιον Ἰσραὴλ, *stabat* coram Israel. *Aqu.* Psalm. XLIV, 11. ἐστηλώθη ἡ βασίλισσα ἐκ δεξιῶν σου, *stat* regina a dexteris eius. Usus est his verbis, ut *proceritatem et maiestatem corporis* indicaret. *Hesych.* ἐστήλωτο, εἱστήκει. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* ἐστηλώθη, ἐπάγη, ἡδράσθη. 2 Sam. XVIII, 17. ἐστήλωσεν ἐπ' αὐτὸν σωρὸν λίθων μέγαν, *erigebat* super illum acervum lapidum magnum. Vide et 2 Reg. XVII, 10. 2 Sam. I, 18. *Aqu.* Ps. XXXVIII, 6. *Aqu. Theod.* Ps. LXXII, 17. - *נְצִיב, *praefectus*, *princeps s. praeses provinciae*. *Inc.* sec. *Cod. Coisl.* 2. 2 Sam. VIII, 14. καὶ ἔθηκεν ἐστηλωμένην. Cum iam praecesserit versio alia, ad eadem verba hebraica pertinens, nempe καὶ ἔθηκε φρουρὰς, sponte apparet, continere haec verba versionem alius interpretis, sine dubio *Aquilae*, qui supra v. 6. eandem vocem per ἐστηλωμένους reddidit, respiciens nempe propriam verbi נָצַב notionem. Conf. *Simonis Lex. hebr.* s. v. נְצִיב p. 1045. Post ἐστηλωμένην autem supplendum erit φρουρὰν, nisi quis ἐστηλωμένους reponere malit. *Montfauconius* autem ἐστηλωμένην transtulit *praesidium*, nempe *fixum*, *quod in certo ac constituto loco semper manet*. *Vulgatus* נְצִיבִים h. l. per *custodes* interpretatus est. - עָמַד, *sto*. 2 Sam. XVIII, 30. ubi στηλοῦσθαι non simpliciter *stare*, sed *immotum stare*, *de loco suo non moveri* notat. - צְבִי, *decus*, *gloria*. 2 Sam. I, 19. στήλωσον ἰσραὴλ, erige Israeli columnam, h. e. monumentum s. pyramidem in eorum memoriam perpetuumque monumentum. Hoc nempe honore sunt dignissimi. Legerunt הַצִּיב (imp. Hiph. a נָצַב, *posuit*, *statuit*, unde מַצֵּבָה, *statua*.), sive הַצֵּב, sive adeo in foeminino הַצְבִי. Conf. *Grabii Proleg. in LXX* T. II. c. 4. §. 2.

ΣΤΗ'ΛΩΜΑ, *columna*. מַצֵּבָה, idem. 2 Sam. XVIII, 18. sec. *Alex. Theod.* Ies. VI, 15. - מַצָּב. *Aqu.* Iud. IX, 6.

ΣΤΗ'ΛΩΣΙΣ, *statio*, *erectio columnae*, etiam *columna ipsa*. מַצֶּבֶת. *Aqu.* Ies. VI, 13.

ΣΤΗ'ΜΩΝ, *stamen*, *filum tendens per longitudinem telae.* קָרַחַת, *calvities.* Levit. XIII, 55. ἡ ἐν τῷ στήμονι. Ita interpretati sunt ex aliis huius capitis locis. - שְׁתִי. Levit. XIII, 48. 49. 56. et alibi.

*ΣΤΗ˜Ρ, idem quod στέαρ. Hist. *Bel* et *Drac.* v. 27. sec. cod. *Alex.* Similis vox est κῆρ pro κέαρ.

ΣΤΗ'ΡΙΓΜΑ, *firmitas*, *firmamentum*, *fulcrum.* אַיִל, *superliminare. Aqu.* Ezech. XLI, 5. - אֱמוּנִים plur. ex אֵמוּן, *fidelitates*, *fideles.* 2 Sam. XX, 19. - הָמוֹן, *multitudo.* 2 Reg. XXIV, 31. τὸ λοιπὸν τοῦ στηρίγματος, ubi alii λαοῦ habent, qui h. l. στήριγμα dicitur, quia eo nititur salus ac potentia reipublicae. - יָתֵד, *paxillus.* Esdr. IX, 8. - מַטֶּה, *virga*, *baculus.* Ps. CIV, 16. στήριγμα ἄρτου, fulcrum panis. Vide et Ezech. IV, 16. et V, 16. *Theodoretus* ad Psalm. l. c. et ex eo *Suidas:* στήριγμα ἄρτου, οὐ μόνον σῖτος καὶ κριθὴ, ἀλλὰ πᾶν τὸ τρέφειν δυνάμενον. De *omnibus vitae adminiculis* στήριγμα quoque legitur Ezech. XIV, 13. De *potentia* s. *prospero rerum statu* ibid. VII, 11. - מִשְׁעָן, *scipio. Symm.* Ies. III, 1. - פִּסַּת בַּר, *particula frumenti.* Ps. LXXI, 16. ubi post στήριγμα fortasse excidit vox σίτου aut ἄρτου, ut στήριγμα σίτου aut ἄρτου sit i. q. Ps. CIV, 16. מַטֵּה לֶחֶם, ac στήριγμα positum sit pro ῥυμῷ s. *baculo crassiori.* Conf. *Casaub.* et *Iungermann.* ad *Pollucis Onom.* lib. X. segm. 157. *Grotius* coniicit, legendum esse σίτου δράγμα, h. e. *tritici tantum, quantum manu sumi potest. Meibomius* denique ad *Ps. Dav. Duodecim* p. 56. LXX σιτηρέσιον scripsisse iudicat. *Vulg.* habet *firmamentum*, pro quo nonnulli *frumentum* legere malunt. Sed *Chaldaeus* quoque *fulcimentum* habet, ut adeo στήριγμα sit *abundantia frumenti*, *vitae firmamentum et columen.* Chald. פַּן *certum reddere*, *firmare*, *fulcire* notat. *Suidas:* στήριγμα ἄρτου, οὐ μόνον σῖτος καὶ κριθὴ, ἀλλὰ πᾶν τὸ τρέφειν δυνάμενον. Vide *Opuscula Critica* p. 229. sequ. - תָּא, *thalamus*, *excubitorium. Aqu.* Ezech. XL, 7. 12. In notione *auxilii* ac *liberationis* legitur Sirac. III, 34. ἐν καιρῷ πτώσεως αὐτοῦ εὑρήσει στήριγμα. Tob. VIII, 8. Eva στήριγμα dicitur, h. e. *firmum ac fidele praesidium.* Videndum tamen est, annon ibi στήριγμα cum βοηθὸν coniungendum, ac per Hendiadyn explicandum sit de adiutrice, socia ac comite vitae, in qua summam animi fiduciam habere poterat ac debebat. *Syrus* aeque ac *Vulgatus* h. l. στήριγμα prorsus omisit. 1 Macc. II, 43. ubi sermo est de *copiis auxiliaribus.*

ΣΤΗΡΙΓΜΟ'Σ, *fulcimentum*, *stabilimentum.* מַשְׁעֵנָה, idem. *Symm.* Ies. III, 1. Conf. 2 Petr. III, 17. *Suidas:* στηριγμὸς, ἑδρασμός.

ΣΤΗΡΙ'ΖΩ, *firmo*, *obfirmo*, *stabilio*, *fulcio.* *אָמוֹן, *nutricius. Symm. Theod.* Prov. VIII, 30. ἐστηριγμένη. E notione *firmandi*, quam habet אָמַן. - אֱמוּנָה, *firmitas.* Exod. XVII, 12. ἐγένοντο αἱ χεῖρες μωϋσέως ἐστηριγμέναι, manus Mosis *fir-*

miter ac fideliter erectae stabant, nec demittebantur. Confer supra s. v. πίστις. - אֹמְנוֹת plur. *antae.* 2 Reg. XVIII, 16. - הִצִּיב: הֻצַּב, Hiph. et Hoph. a יָצַב. Gen. XXVIII, 12. κλίμαξ ἐστηριγμένη ἐν τῇ γῇ, scala *firmiter stans* in terra. *Hesych.* στηριγμένον, ἱστάμενον. Prov. XV, 26. ἐστήρισε ὅριον χήρας, *firmavit* fines viduae. Prov. XV, 26. - הִסְתַּפֵּחַ Hithp. a סָפַח, *adhaeresco.* 1 Sam. XXVI, 19. - הִפִּיל Hiph. a נָפַל, *cadere facio.* Ierem. III, 12. οὐ μὴ στηρίσω πρόσωπόν μου ἐφ' ὑμᾶς, non *obfirmabo* faciem meam adversus vos. - *הֵקִים Hiph. a קוּם. *Inc.* Levit. XXVI, 9. Vide infra s. v. στρῆξις. - *חָיָה. *Inc.* Hos. XIV, 8. στηριχθήσονται, vino se *recreabunt et confortabunt.* Vide supra s. v. μεθύομαι, ac στήριγμα. - *חֶבְיוֹן, *abscondo.* Hab. III, 3. στηρίξαι. Legerunt הָכִין, vel aliquid simile, a verbo כּוּן. - *חָקַק. *Symm.* Ies. XLIX, 16. ubi στηρίζειν *insculpere, firmiter inscribere* notare videtur. - *נְטַר, chald. *conservo.* Dan. VII, 28. sec. cod. *Chis.* τὸ ῥῆμα ἐν καρδίᾳ μου ἐστήριξα. - נָתַן, *do.* Ezech. XIV, 8. στηριῶ τὸ πρόσωπόν μου ἐπὶ τὸν ἄνθρωπον, *obfirmabo* faciem meam adversus hominem. Vide et Ezech. XV, 7. - סָמַךְ, *fulcio, sustento.* Gen. XXVII, 37. σίτῳ καὶ οἴνῳ ἐστήριξα (alii ἐστερέωσα) αὐτόν. Ps. L, 13. CX, 7. *Aqu.* et LXX Cant. II, 5. *Aqu.* Ies. XXVI, 2. - סָעַד, idem. Iud. XIX, 5. στήρισον τὴν καρδίαν σου κλάσματι ἄρτου, *suffulci* stomachum tuum frusto panis. Conf. notata in v. καρδία, et *Thucydidis* locum lib. II. p. 63. ed. *Steph.* Ps. CIII, 17. ἄρτος καρδίαν ἀνθρώπου στηρίζει, panis stomachum hominis *suffulcit.* - *עַל, *super.* *Theod.* et *LXX* Iud. XVI, 29. Conf. supra s. v. ἵστημι, et ἐπιστηρίζω. - *עָצָה, *claudo.* Prov. XVI, 30. Sermo ibi est de oculis, quos qui claudit, etiam firmare, h. e. impedire, quo minus vagentur, dici potest. Vide supra s. στερεόω. Praeterea عصى est *induruit*, unde עָצָה, *spina dorsi.* Conf. *Simonis Lex. hebr.* p. 1233. - פַּחַת, *corrosio.* Lev. XIII, 55. ἐστήρικται. Libere transtulerunt, sensu tamen eodem. - שׂוּם: הֵשִׂים, Kal et Hiph. *pono.* Ierem. XXI, 10. ἐστήριξα τὸ πρόσωπόν μου ἐπὶ τὴν πόλιν ταύτην, *obfirmavi* faciem meam adversus hanc urbem. Vide et Ezech. VI, 2. XIII, 17. (*Symm.*) XXI, 6. XXIX, 2. et conf. *Vorstium Philol. Sacr.* P. II. c. 39. p. 284. sequ. *Al.* Amos. IX, 4. στηριῶ ὀφθαλμούς μου ἐπ' αὐτοὺς εἰς κακά, *obfirmabo* oculos meos adversus illos ad mala, h. e. ad eos perdendos intentus ero. - תָּמַךְ, *sustento.* Exod. XVII, 2. - תָּקַע, *figo.* Ies. XXII, 25. 1 Macc. II, 17. ἐστηριγμένος ἐν υἱοῖς καὶ ἀδελφοῖς, *munitus* filiis et fratribus, h. e. *Drusio* interprete, *firmatus, stipatus.* Ibid. v. 49. ἐστηρίχθη, *invaluit, maximam vim obtinuit.* *Hesych.* στηρίξαι, στῆσαι, ἐνερεῖσαι, ἁρμόσαι, ἐγγίσαι, κρύψαι. Sir. XIII, 25. στηρίζεται, *confirmatur,* h. e. *succurritur ei consilio et auxilio.* Sir.

XXIV, 10. ἐστηρίχθην, *firmam sedem accepi s. fixi.* 1 Macc. XIV, 14. ἐστήριξεν, *sublevavit.*

ΣΤΙΒΑΡΟ'Σ, densus, spissus, crassus, it. *gravis, firmus, robustus, validus.* כָּבֵד, *gravis.* Ezech. III, 6. στιβαροὺς τῇ γλώσσῃ, *graves* lingua. *Hesych.* στιβαρὸν, εὔρωστον, βαρὺ, εὔτονον, στεῤῥὸν, ἰσχυρόν.

ΣΤΙΒΑΡΩ˜Σ, dense, spisse, graviter, firmiter. עַבְטִיט, *densum lutum.* Hab. II, 6. ubi στιβαρῶς de iis dicitur, quibus in luto eundum est, ita ut vix pedes extrahere possint. *Arabs* legisse videtur ὡς βαρέως, quasi in gravitate. Vide quoque supra s. βαρύνω.

ΣΤΙΒΑ'Σ, stibas, culcita, stratum. טור, *ordo, series,* etiam *septum, paries. Aqu.* Ezech. XLVI, 23. (Equidem coniicio legendum στιχάδες. Vide infra s. v. στίχος.) Conf. *Aelianum V. H.* IX, 24.

ΣΤΙ'ΒΗ, ros matutinus, frigore concretus et condensatus, secundum alios vero: *stibium, fucus, quo oculos nigros reddere solent,* quod tamen rectius στίβι scribi videtur. פוך, *fucus, stibium.* Ierem. IV, 30. ἐὰν ἐγχρίσῃς στίβῃ τοὺς ὀφθαλμούς σου, si unxeris stibio oculos tuos. *Hesych.* στίβη, ἀράχνη (legendum videtur ἡ τάχνη ex *Suida*), καὶ χρῶμα μεταλλικὸν μέλαν. Cod. *Alex.* Ierem. l. c. pro στίβῃ habet στίμῃ. *Rom.* στίβι. *Chrysostomus* autem legit στίβει. Sic enim in *Catena Ghislerii* in Ierem. p. 427. τὸ δὲ, ἐὰν χρίσῃς στίβει, τὸ μέλαν λέγει, ᾧ ἐπιχρωννύειν τοὺς ὀφθαλμοὺς εἰώθασιν αἱ γυναῖκες. Alexandrinos ει pro η scripsisse docuit *Sturzius* de *lingua Maced. et Alex.* p. 119. *Clemens Alex. Paed.* lib. III. c. 2. p. 220. στίμμι exhibet. *Dioscorides* lib. V. c. 99. τοῦτο οἱ μὲν στίβι, οἱ δὲ πλατυόφθαλμον, οἱ δὲ στίμμι ἐκάλεσαν. Hinc vox στιμμίζομαι, de qua vide infra. *Ionice* στίμμιν apud *Pollucem* lib. V. segm. 101. In *Lex. Cyrilli MS. Brem.* dicitur στίμις, et exponitur: τὸ μέλαν χρῶμα, ὃ βάλλουσιν αἱ γυναῖκες ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς, τὸ λεγόμενον χωλᾶν. Conf. v. στίμις infra, ac *Trilleri Obss. Critt.* p. 404. Plura vero de hoc oculorum fuco vide apud *Spanhemium* in *Hist. Iobi* c. 15. §. 11. *Casaubonum* in *Athenaeum* lib. XII. c. 2. et *Conr. Mel Epist. de lapide* פוך ad Ies. LIV, 11. in *Bibl. Brem.* Cl. VIII. p. 793. sequ. Scribitur quoque στίβει in *Cod. Syr. Hex. Mediol.* Ierem. IV, 30.

ΣΤΙΒΙ'ΖΟΜΑΙ, stibio lino, fuco. כָּחַל, *fuco.* Ezech. XXIII, 40. ἐστιβίζου. – הֵשִׂים בַּפּוּךְ, *pono in stibio.* 2 Reg. IX, 30. sec. ed. *Ald.* ἐστιβίσατο τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῆς, ubi Cod. *Vat.* ἐστιμμίσατο, *Alex.* ἐστιβείσατο, *Compl.* vitiose ἐστιβάσατο. Conf. ad h. l. *Grotium.* Adde *Euseb. H. E.* V, 18.

ΣΤΙ'ΓΜΑ, stigma, signum impressum, punctum. נְקֻדָּה, *punctum.* Cant. I, 10. μετὰ στιγμάτων τοῦ ἀργυρίου, *vermiculatos argento. Hesych.* στίγματα, πληγαὶ, ποικίλματα.

ΣΤΙΓΜΗ', *punctum*, it. *momentum*. פֶּתַע, *repente.* Ies. XXIX, 5. *καὶ ἔσται ὡς στιγμὴ παραχρῆμα*, eritque ut *momentum* confestim. 2 Macc. IX, 11. *κατὰ στιγμὴν* (sc. *ἑκάστην*) *ἐπιτεινόμενος ταῖς ἀλγηδόσι. Latinus* reddit: *per momenta singula doloribus suis augmenta capientibus.* Ita Luc. IV, 5. *ἐν στιγμῇ χρόνου*, in *momento* temporis.

ΣΤΙΚΤΟ'Σ, *punctatus*, *impressus*. קַעֲקַע, *stigma.* Lev. XIX, 28. *γράμματα στικτὰ οὐ ποιήσετε ἐν ὑμῖν*, literas *impressas* non facietis in vobis.

ΣΤΙΛΒΗ', *splendor.* צָהֹב, *flavus. Symm.* Lev. XIII, 36. Lapilli flavi etiam splendidi dici possunt.

ΣΤΙΛΒΟ'Σ, *splendidus*, *candidus*, *lucidus*. צַחַר, *candor*, *nitor*. Ezech. XXVII, 18. *ἔρια στιλβὰ*, lanas *candidas*.

ΣΤΙΛΒΟ'Ω, *lucere*, *coruscare facio*, *splendidum reddo.* לָטַשׁ, *acuo*, etiam *polio*. Ps. VII, 13. *τὴν ῥομφαίαν αὐτοῦ στιλβώσει*, gladium suum coruscare faciet. Sensum expresserunt: nam gladius, qui acuitur, splendorem accipit. *Hesych.* *στιλβῶσαι*, *ἀπαστράψαι*.

ΣΤΙ'ΛΒΩ, *splendeo*, *luceo*, *corusco*. בָּרָק, *fulgor*. Ezech. XXI, 28. - הִצְהִיל Hiph. *Symm.* Ps. CIII, 15. *τοῦ στίλβειν πρόσωπον ἐν ἐλαίῳ*, ut *fulgeat* facies oleo. Legit, ni fallor, הַצְהִיר aut הִצְהִיב. Sic *Paris Homero* Il. γ', v. 392. dicitur *κάλλεϊ* (h. e. exponente *Hesychio*, *τῷ μύρῳ τῷ τῆς Ἀφροδίτης*) *στίλβων*, unguento *fulgens*. Plura eiusmodi loca ad illustrandam *Symmachi* versionem attulit *Suicerus Thes.* T. I. p. 1079. - לַהַב, *flamma*. Nahum. III, 3. *στιλβούσης ῥομφαίας*, *coruscante* gladio. - מֻצְהָב part. Hoph. a צָהַב, *fulgens*. Esdr. VIII, 26. - צָחֹר, *candidus*. *Aqu.* Ind. V, 10. *στιλβουσῶν*. - קָלָל, *tersus*. Dan. X, 6. Adde Ezech. XL, 3. ubi nihil est in textu hebr. 3 Esdr. VIII, 57. coll. Esdr. VIII, 27. ubi hebr. מֻצְהָב respondet, quod *fulvum et aureum colorem* designat. Adde Ep. Ierem. v. 23. 1 Macc. VI, 39. *ὡς δὲ ἔστιλβεν ὁ ἥλιος*.

ΣΤΙ'ΛΒΩΣΙΣ, *politio*, *qua aliquid nitidum redditur et splendidum*, *nitor*, *splendor*, *fulgor*. בָּרָק, idem. Ezech. XXI, 10.

ΣΤΙΛΠΝΟ'ΤΗΣ, idem. יִצְהָר, *oleum*. *Aqu.* Deut. VII, 13. et Zach. IV, 14. Vox hebr. descendit a radice inusitata צָהַר, quae, ut זָהַר, habuit *splendendi* notionem.

ΣΤΙ'ΜΙΣ, *stibium*. פּוּךְ, *fucus*, *stibium*. *Aqu. Symm.* Ies. LIV, 11. *στίμει*, ubi vid. *Montf. Moeris*: *Στίμις*, *Ἀττικῶς*. *Στίμι Ἕλληνες*. Sic enim legendum pro *στιμὶς* et *στίμη*. Vide supra in *στίβη* ac *Sturz* de *dial. Maced.* p. 112.

ΣΤΙΜΜΙ'ΖΟΜΑΙ, *stibio me lino*, *fuco me*. כָּחַל, idem. *Al.* Ezech. XXIII, 40. *ἐστιμμίζου*. - הֵשִׂים בַּפּוּךְ, *pono in stibio*. LXX sec. cod. *Vat.* 2 Reg. IX, 30. *ἐστιμμίσατο*. Vide supra s. *στιβίζομαι*. *Suidas*: *ἐστιμμίσατο*, *τοὺς ὀφθαλμοὺς*

αὐτῆς ἐκαλλωπίσατο. De voce στίμμι vid. *Coray* ad *Heliodor.* p. 355. ac *H. Stephani Thes. l. gr.* (ed. *Lond.*) T. I. Vol. 2. p. 349. sequ.

ΣΤΙΠΠΥ'ΙΝΟΣ, *stupeus*, *ex stupa confectus.* פִּשְׁתָּה, *linum.* Lev. XIII, 47. 59.

ΣΤΙΠΠΥ'ΟΝ, *stupa*, *stipula.* פִּשְׁתִּים plur. *Incert.* Lev. XIII, 48. XXVI, 26. *Al. Cant. tr. puer.* v. 17. Unde *Gloss. MS. in Cantica Script.* Στιππύον, καλάμη.

ΣΤΙ'ΦΟΣ, *cohors militum*, *turma.* דָּגַל, *vexillum erigo. Symm.* Cant. VI, 9. μετὰ στίφους, hebr. כַּנִּדְגָּלוֹת, *ut vexillatae s. castra cum vexillis. Suidas:* στῖφος, τάξις πολεμικὴ ἢ φάλαγξ, συστροφὴ, πλῆθος, σύστασις. Ita bene *Küsterus* pro πλῆτος συστάσεων.

ΣΤΙΧΙ'ΖΩ, *ordino*, *in ordinem dispono.* אַתִּיק, *peristylium.* Ezech. XLII, 2. ἐστιχισμένοι.

ΣΤΙ'ΧΟΣ, in universum *ordo*, *series.* In re militari est *decuria*, in re rustica *ordo arborum et vitium*, in libris *versus*, *lineae*, *periodi* etc. a στείχω, *ordine eo.* אַתִּיק, *peristylium. Al.* Ezech. XLII, 2. κατὰ στίχον. - טוּר. Exod. XXVIII, 17. 18. XXXIX, 8. 1 Reg. VI, 35. - מְלוּאָה, *impletio.* Exod. XXVIII, 20. *Hesych.* στίχος, περίπατος. Idem: στίχους, τάξεις, πλήθη, ἢ τόποι τῶν στρατευμάτων. Conf. *Suiceri Thes.* T. II, p. 1025.

ΣΤΟΑ', *porticus.* אַתִּיק, *peristylium.* Ezech. XLII, 2. - בִּנְיָן, *aedificium magnum. Al.* Ezech. XLII, 5. στοαί. - *מְאַת, *ex.* 1 Reg. VI, 33. sec. cod. *Alex.* στοαὶ τετραπλῶς, porticus in quadratam formam. Legerunt מְזוּזוֹת vel מְזוּזַת, *angulorum. Hesych.* στοαὶ, τὰ ταμεῖα καὶ (forte legendum est ἃ) ἐπιμήκη εἰσίν.

ΣΤΟΙΒΑ'ΖΩ, *congero*, *coagmento*, *construo*, *stipo.* עָרַךְ, *dispono*, *ordino*, etiam *sterno. Inc.* et LXX Lev. I, 7. στοιβάσουσι ξύλα ἐπὶ τὸ πῦρ, *congerent* ligna ad ignem Vide et v. 8. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* στοιβάσουσι, σωρεύσουσι, βουνίσουσι. MS. vitiose βουσίσουσι. Unde apud *Hesychium* pro στοβάσουσι bene reponitur στοιβάσουσι, quod pariter ibi σωρεύσουσι exponitur. 1 Reg. XVIII, 33. ἐστοίβασε τὰς σχίδακας ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον, *congerebat* ligni assulas super altare. *Lat. interpr. composuit ligna.* Vide et Lev. VI, 12. *Al.* Ios. II, 6. ἔκρυψεν αὐτοὺς ἐν τῇ λινοκαλάμῃ τῇ ἐστοιβασμένῃ αὐτῇ ἐπὶ τοῦ δώματος, occultabat illos sub lini stipula, *coagmentata* ipsi in tecto. *Hesychius:* ἐστοιβασμένη, συγκειμένη, σύνθεσις. In *Gloss.* in *Octat.* sine distinctione legitur συγκειμένη σύνθεσις, *quae una iacet coagmentatio. Theod.* Prov. IX, 2. ἐστοίβασεν, *cumulabat.* Id. Ps. XLIX, 22. στοιβάζω, *certo quodam ordine dispono*, et metaphorice *convinco aliquem peccatorum*, scil. diligenti eorum enumeratione. - רָפַד Pih. *substerno.* Cant. II, 5. στοιβάσατέ με ἐν μήλοις, *stipate* me malis, ubi *Schol.* ed.

Rom. *περικυκλώσατέ με*, quae est ipsa versio *Symmachi*. – *רְתָמִים, *genistae*. *Symm*. Ps. CXIX, 4. *ἐστοιβασμένων*, *aggestorum*. Respexit etymologiam vocis רָתַם, quae notat ex usu l. arab. رتم, *ligare*, *colligare*, *iungere*. Mich. III, 1. Habuit itaque pro participio huius verbi. Doct. *Clarisse* in *Psalmis quindecim* Hammaaloth *philologice et critice illustratis* (L, B. 1819. 8.) p. 56. nescit, sensumne tantum expresserint, an vero de *στοιβῇ*, *herba quadam aculeata*, cogitaverint. *Suidas*: *στοιβάζω*, *συνάγω*.

ΣΤΟΙ'ΒΑΣΙΣ, *strues*. מַעֲרָכָה, *dispositio*, *strues*. *Inc*. Lev. XXIV, 6. *Scharfenbergio* ad h. l. *στοιβά* : ει videtur esse futurum verbi *στοιβάζειν*, h. l. *apponere*, *exstruere*, (*Cic*. *Quaest*. *Tusc*. V, 21. *mensae conquisitissimis epulis exstruebantur*) atque potius referendum ad שׂוּם. Est enim *στοίβασις* substantivum dubiae auctoritatis, de quo tacent Lexicographi veteres et recentiores. Caeterum pro *στοιβάσεις* reponendum esse *στοιβάσει* iubet verbum hebraicum.

ΣΤΟΙΒΗ', *acervus*, *strues*, *congeries*, item *genus herbae*, *qua in exstruendis stibadiis et toris utebantur*, *quaque tomenti loco culcitras farciebant*. גָּדִישׁ, *acervus*, vel *meta frugum in congeriem collectarum*. *Complut*. *Ed*. et *Theod*. Iud. XV, 5. *manipulus*. Conf. *Bocharti Hier*. P. I. lib. III. c. 13. p. 854. - נַעֲצוּץ, *vepretum*. *Symm*. et LXX Ies. LV, 13. *ἀντὶ τῆς στοιβῆς ἀναβήσεται κυπάρισσος*, pro *stoebe* crescet cupressus. *Plinius* lib. XXI. c. 15. *stoeben* inter herbas sponte nascentes et aculeatas refert, et haec de illa habet: *Quaedam in folio habent* (spinam) *et in caule*, *ut phleos*, *quod aliqui stoeben appellavere*. Vide quoque *Dioscoridem* IV, 12. - עֲרֵמָה, *acervus*. Ruth. III, 7. *ἦλθε κοιμηθῆναι ἐν μερίδι τῆς στοιβῆς*. *Bielius* transtulit: *venit*, *ut dormiret in parte acervi segetis*. *Cappello Crit*. *S*. p. 609. legisse videntur עֲרָשָׂה, nam עֶרֶשׂ est *stratum*, *sponda lecti*: ubi *Scharfenbergius* monet, *στοιβὴν* h. l. esse *acervum manipulorum*. *Vulg*. *iuxta acervum manipulorum*. Sed *στοιβή* potius notat *herbas idoneas ad culcitras et tomenta*, item: *compositionem talium herbarum*, *frondium aut similium pro strato vel lectulo*. *Gloss*. *Cyrilli*: *στοιβή*, *stipatio*, *stramentum*. Iam LXX, quia viderunt, sermonem esse de Boaso agente in messe, et in area cubitum se conferente, per עֲרֵמָה, *acervum*, *cumulum*, intellexerunt *huiusmodi stramentum* s. *stratum ex culmis frumenti aut stramine in eum finem*, *ut fieri solet a rusticantibus*, *coacervatum et compositum*. *Hesych*. *στοιβή*, *σύνθεσις*, *καὶ εἶδος χόρτου*.

ΣΤΟΙΧΕΙ'ΟΝ, *elementum*, *principium*. Sap. VII, 18. XIX, 17. 4 Macc. XII, 13. *Lex*. *Cyrilli MS*. *Brem*. *Στοιχεῖα*. *Ἀθηναῖοι μὲν γράμματα*. *γραμματικοὶ δὲ πῦρ*, *ὕδωρ*, *ἀέρα*,

γαῖαν, ἀφ' ὧν τὰ σώματα. Conf. *Lex. N. T. s. h. v.* ac *Sturz. de dial. Maced.* p. 195.

ΣΤΟΙΧΕΙ'ΩΣΙΣ, *primorum elementorum et rudimentorum traditio, formatio ex primis elementis.* 2 Macc. VII, 22. τοῦ ἑκάστου στοιχείωσιν οὐκ ἐγὼ διεῤῥύθμισα, *aptam uniuscuiusque ex principiis suis formationem* (seu *formationem in utero materno factam.*) non ego institui. *Suidas:* στοιχείωσις, ἀκριβεστάτη ἐπιτομὴ, ἡ πρώτη μάθησις, ἤτοι διάταξις. ubi vide *Ernestium. Hesych.* στοιχείωσις, διατύπωσις, ἡ πρώτη μάθησις. Conf. *Suidam Thes. Eccl.* T. II. p. 1040.

ΣΤΟΙΧΕ'Ω, *recte, bene procedo.* כָּשֵׁר, *rectus sum.* Cohel. XI, 6. οὐ γινώσκεις, ποῖον στοιχήσει, ἢ τοῦτο ἢ τοῦτο, non cognosces, quale *bene sit processurum,* num hoc vel illud. Conf. *Salmasium de modo usurarum* p. 519. et *Theophr. Hist. plant.* III, 6.

ΣΤΟΙΧΙ'ΖΩ, *ordine dispono.* אַתִּיק, *peristylium.* Al. Ezech. XLII, 2. ἐστοιχισμένοι, ubi alii ἐστιχισμένοι habent. Vide supra s. v. στίχος.

ΣΤΟΛΗ', *stola, toga, vestis oblonga ad pedes usque demissa* (v. c. *regalis, muliebris,* etc.), it. *vestis, habitus, ornatus in genere.* אַדֶּרֶת, *toga magnifica.* Ios. VII, 21. sec. cod. *Oxon.* στολὴν, quae est versio *Aquilae* sec. *Theodoretum,* ubi LXX ψιλὴν habent. Ion. III, 6. - אֵפוֹד, *amiculum humerale.* 2 Sam. VI, 14. 1 Par. XV, 27. - בֶּגֶד, *vestis.* Gen. XXVII, 15. XLI, 42. Exod. XXVIII, 2. et alibi saepius. - בַּד, in plur. בַּדִּים. Ezech. X, 2. 6. 7. - *בַּיִת, *domus.* 2 Reg. XXIII, 7. sec. *Compl.* Vox hebr. etiam *cortinas* notat. Sunt tamen, qui interpretem incertum בַּדִּים legisse putent. - *הוֹעִיל Hiph. a יָעַל, *prosum.* Iob. XXX, 13. ubi pro יֹעִילוּ legisse videntur מְעִילֵי, nam מְעִיל est *pallium.* - חֲלִיפָה, *mutatio, vestis mutatoria.* Iud. XIV, 12. 19. - חֲלִיפוֹת בְּגָדִים, *vestes mutatoriae.* Iud. XIV, 13. στολὰς ἱματίων. Quanquam non ignoro, coniunctione vocabulorum idem significantium *varietatem* ac *diversitatem rerum,* de quibus sermo est, in literis sacris haud raro indicari solere, ut adeo στολαὶ ἱματίων *varia vestimentorum genera* aut *varias stolas ad permutandum necessarias* bene significare possit, tamen me offendit illud στολὰς, et legere mallem διαστολάς. Certe *Inc. Int.* in *Cod. Basil.* habet ἀλλαγὰς στολῶν. Vide tamen infra s. v. עֵרֶךְ. - חֲלִיצָה, *extractio. Inc.* et LXX Iud. XIV, 19. Vox hebr. significat *exuvias,* adeoque de *vestibus hostibus exutis* bene explicari potuit. - כְּתֹנֶת, *tunica.* Ies. XXII, 21. - לְבוּשׁ, *vestis.* Gen. XLIX, 11. Esth. VI, 8. 11. Ies. LXIII, 1. - *מַעֲטֶה. Ies. LXI, 3. sec. *Vat.* et *Ald.* ubi tamen pro κατὰ στολὴν legendum videtur καταστολὴν, quod habent ed. *Compl. MS. Oxon. Cyrill. et Theodoretus.* - מְעִיל, *pallium.* 1 Par. XV, 27. Iob. II, 12. - סְאוֹן, *conflictatio.* Ies. IX, 5

στολήν. Legerunt שְׁאוֹן a נָשָׂא, et στολὴ accipiendum est de *eo ornatu et cultu corporis, qui unice in armis consistit.* Favet huic lectioni parallelismus sententiarum. – עֲטֹה infin. *operiendo.* Ies. XXII, 17. – עֵרֶךְ, *dispositio.* Al. Iud. XVII, 10. στολὴν ἱματίων. *Vulg. duplicem vestem s. par vestium.* Al. ζεῦγος. – שַׂלְמָה, *vestis.* Iob. IX, 31. – שִׂמְלָה, idem. Gen. XXXV, 2. XLI, 12. *Syrus* et LXX Gen. XLV, 22. Apud *Hesychium* στολὴ inter alia exponitur ἔνδυμα καὶ περιβόλαιον. Plura de hac voce vide apud *Perizonium not. ad Aelian. V. H.* l. III. c. 14. 1 Macc. X, 21. ἡ ἁγία στολή, *vestis talaris*, ornamentum summi sacerdotis proprium. Baruch. IV, 20. στολὴ εἰρήνης, vestis muliebris talaris pretiosa et honorifica, festa et solemnis. 1 Macc. XIV, 9. δόξας καὶ στολάς, h. e. per hendiadyn *vestes splendidas.* – Vide alibi ἐξαλλάσσω.

ΣΤΟΛΗΤΗ'Σ, vestiarius, praefectus vestium. מַלְבּוּשׁ, *vestis.* 2 Reg. X, 23. ubi alii στολιστής, et quidem rectius, ut mihi quidem videtur.

ΣΤΟΛΙ'ΖΩ, vestio, stolam induo. לְבוּשׁ, *vestis.* Esth. VIII, 15. ἐστολισμένος. Videntur legisse מְלֻבָּשׁ. – לָבַשׁ in Pyh. et Hiph. Esdr. III, 10. Esther. IV, 4. VI, 9. Dan. V, 7. sec. cod. Chis. 3 Esdr. I, 2. ἱερεῖς ἐστολισμένοι, *sacerdotes veste festiva instructi*, et sic iam parati et instructi ad sacra administranda, coll. 2 Paral. XXXV, 2. Nam στολὴ est *vestis ad pedes usque demissa*, qua in V. T. sacerdotes inprimis induti erant. Sic quoque legitur 3 Esdr. VII, 9. et V, 59. ἐστολισμένοι μετὰ μουσικῶν καὶ σαλπίγγων. *Iosephus A. I.* XI, 4. p. 556. *Haverc.* μετὰ σαλπίγγων οἱ ἱερεῖς ταῖς συνήθεσι στολαῖς κεκοσμημένοι. Vide et Iudith. X, 3. 2 Macc. III, 33.

ΣΤΟΛΙΣΜΟ'Σ, vestitus, amictus, i. e. *ipsa actio exornandi et amiciendi veste, vestimentum.* בֶּגֶד, idem. Ezech. XLII, 17. – מַלְבּוּשׁ 2 Par. IX, 4. Vide et Sir. XIX, 26. *Hesych.* στολισμός, ἱματισμός, κόσμος.

ΣΤΟΛΙΣΤΗ'Σ, vestiarius, praefectus vestium. מֶלְתָּחָה, *vestis.* Al. 2 Reg. X, 23. Στολιστὰς fuisse genus sacerdotum Aegyptiorum, multis docuit *Sturz* de *dial. Maced.* p. 112. sequ.

ΣΤΟ'ΛΟΣ, commeatus, profectio, iter. Dicitur et de *expeditione tam terrestri quam navali:* item *classis.* 1 Macc. I, 19. ἐν ἱππεῦσι καὶ ἐν στόλῳ μεγάλῳ. *Vulg. cum copiosa navium multitudine. Syrus* στόλον de *pompa* interpretatus est. Equidem exponere mallem de *exercitu terrestri*, qui στόλος dicitur παρὰ τὸ εἰς ὀξὺ συνεστάλθαι, teste *Schol. ad Prometh. Vinct.* 403. *Suidas:* στόλος καὶ τὸ πεζικὸν στράτευμα. Ἀῤῥιανὸς κ. τ. λ. κυρίως δὲ ὁ ναυτικός. *Phavorinus:* στόλος, ἡ διὰ θαλάσσης πορεία καὶ τὸ τῶν νεῶν πλῆθος, καὶ ἡ διὰ γῆς πορεία, καὶ αὐτὴ ἡ στρατεία. Idem docet *Thomas Mag.* p. 811. *Lex.*

Cyrilli MS. Brem. στόλος, πλοίων πολλῶν ἄθροισις. Vide quoque *I. D. Michaelis* not. ad *Macc.* l. c.

ΣΤΟ'ΜΑ, *os, oris, apertura, introitus, initium, facies, fauces,* it. *acies in gladio.* *אַחַת. Prov. XI, 2. ubi legeritne פִּי, an στόμα ab explicatione sua ultro addiderit, non decernit *Iaegerus.* - *בֶּטֶן, *venter.* Ezech. III, 3. τὸ στόμα σου φάγεται. Forte legendum est σῶμα. Στόμα et σῶμα saepe confusa reperiuntur in codd. versionis *Alex.* Sic Iob. XX, 25. *Ald.* et *Compl.* στόματος, pro quo *Rom.* et *Alex.* recte σώματος habent. Iud. XIV, 8. in Edit. *Alex.* emendatum σώματι pro στόματι. Adde *Theod.* in Cod. *Alex.* Dan. X, 5. ac conf. *Boissonade* ad *Philostrati Heroic.* p. 446. - בַּיִת, *domus.* 2 Sam. XV, 35. ubi non aliter legisse censendi sunt. - גֵּוָה, *corpus.* Iob. XX, 25. Vide supra s. v. בֶּטֶן. - גְּוִיָּה, idem. Iud. XIV, 8. ubi pro στόματι reponendum nonnullis videtur σώματι. Vide ad h. l. *Scharfenbergium, Bochartum Hier.* P. II. lib. IV. c. 12. p. 522. et *Grabii Proleg. in LXX Intt.* T. I. c. 4. §. 1. Sed mihi inanis videtur haec coniectura, ac persuasum potius est, continere lectionem στόματι interpretationem vocis גְּוִיָּה minime improbabilem, ut nempe per metonymiam גְּוִיָּה h. l. de *ore* cadaveris leonis exponendum sit. Partim enim probabilius est, examen apum in ore interfecti leonis fuisse, quam in inferiore parte cadaveris, (amant enim apes cavitates) partim v. 8. גְּוִיָּה a מַפֶּלֶת diserte distinguitur. Praeterea in priore parte v. 9. diserti apud *Inc.* legitur καὶ ἐξεῖλε αὐτὸ (sc. τὸ μέλι) ἐκ τοῦ στόματος τοῦ λέοντος, ubi verbis ἐκ τ. στ. nihil quidem in textu hebr. respondet, satis autem ex iisdem apparet, plurium olim interpretum de hac re fuisse eandem sententiam. - דַּבֵּר *infin. Pih. loqui.* 2 Sam. XIV, 15. De *sermone* στόμα legitur apud *Eurip. Orest.* 583. - חֵלֶב, *adeps.* Ps. LXXII, 7. ubi pro στόματος sine dubio legendum est στέατος. - *חֶרֶב, *gladius. Symm.* sec. marg. cod. 108. *Holmes.* Num. XXXI, 8. στόματι. Sed excidit hic ῥομφαίας aut μαχαίρας. - *יַד, *manus. Theod.* 1 Sam. XVII, 37. Ita fortasse transtulit, quia in antecedentibus mentio facta erat conviciorum, quibus Philistaeus prosciderat aciem Dei vivi. - כַּף, *manus.* Iud. XIV, 9. Libere verterunt. - לֵב, *cor.* Iob. XXIX, 13. στόμα δὲ χήρας με ηὐλόγησεν, os autem viduae me benedixit: ubi in textu hebr. legitur: *cor viduae canere faciebam.* Sensum liberius expresserunt. Nam qui animum alicuius exhilarat, is efficit, ut alter pro eo bona vota faciat, s. eum benedicat. - *מֹף. Nomen proprium urbis *Memphis* dictae. Hos. IX, 6. ἐκ στόματος. Legit מִפֶּה. Vide ad h. l. *Montfauconium.* - *נָוֶה, *habitaculum.* Prov. XXI, 20. *Fischerus Prol.* de *Verss. GG.* p. 189. interpretem suspicabatur reperisse לְפֶה, aut לְפִי, *Grabius* autem obsecutus hebr. בְּגֵוָה restituit σώματος. - *עֶצֶב,

dolor. Aquil. Ierem. XXII, 28. στόμα. Inter utramque vocem nulla prorsus est convenientia. Num fortasse cum *Grabio* legendum est σῶμα, ut hebr. עצם expresserit? aut σκεῦος, quod apud *Inc.* legitur? *Doederleinius* (*Repert. Eichhorn.* T. I. p. 241.) coniicit legendum ξύσμα, aut τόρνευμα, *quisquiliae, ramentum. Semlerus* legere mavult πόνημα aut διαπόνημα. – פה et constr. פי. Gen. XXIV, 57. ἐρωτήσομεν τὸ στόμα αὐτῆς, interrogabimus *ipsam*. Exod. IV, 16. αὐτὸς ἔσται σου στόμα, ille erit os tuum, h. e. ille tanquam propheta tuus erit, per quem, ut ego per prophetas loquor, loqueris, et voluntatem meam, tibi manifestatam, populo patefacies. Conf. notata supra in v. προφήτης, et Ierem. XV, 19. ubi Dominus ad Ieremiam: ὡς τὸ στόμα μου ἔσῃ. Ad quem locum *Victor* in *Catena Ghislerii*: στόμα δὲ γίγνεται Θεοῦ πᾶς ὁ τοὺς λόγους αὐτοῦ ἀπαγγέλλων. Οὐ γὰρ ὑμεῖς ἐστὲ, φησὶν, οἱ λαλοῦντες, ἀλλὰ τὸ πνεῦμα τοῦ Θεοῦ τὸ λαλοῦν ἐν ὑμῖν. Conf. et Hos. VI, 5. Similiter poetae gentilium στόματα Μουσῶν dicebantur. Sic enim *Theocritus Idyll.* ζ', v. 37. Μοισᾶν καπυρὸν στόμα, *Musarum facundum os*, se ipsum nuncupat. Et *Homerus* Καλλιόπας γλυκερὸν στόμα, *Calliopes dulce os*, audit *Moscho Idyll.* γ', v. 73. Et *Pindarus* Μουσάων ἱερὸν στόμα salutatur *Antipatro* in *Anthol. Epigr.* I, 66. p. 134. Nimirum et illi τὰ πάντα ἐκ Μουσῶν, ut loquitur *Eustathius* ad Il. α', p. 8., cognoscere, et Musae per illos loqui credebantur. Conf. *Platon. Ion.* p. 364. Inde frequentes in exordiis carminum poetarum ad Musas apostrophae, ut res, quas celebrandas sibi sumserant, eloquerentur. Immo etiam poetae *prophetae Musarum* dicti sunt. Vide notata supra in v. προφήτης. Num. XII, 8. στόμα κατὰ στόμα λαλήσω αὐτῷ, *ore ad os*, h. e. *coram*, loquar illi. Conf. 2 Ioh. v. 12. et 3 Ioh. v. 14. Num. XVI, 30. ἀνοίξασα ἡ γῆ τὸ στόμα αὐτῆς, aperiens terra os suum, h. e. *terra dehiscebat*. Vide et Num. XXVI, 10. Deut. XI, 6. et conf. Apoc. XII, 16. Num. XXII, 28. ἤνοιξεν ὁ Θεὸς τὸ στόμα τῆς ὄνου, aperiebat Deus os asinae, h. e. *facultatem loquendi ei dedit*. Conf. Luc. I, 64. et *Vorstii Philol. S.* P. II. c. 37. p. 262. Ios. VIII, 24. ἔπεσον πάντες ἐν στόματι ῥομφαίας, ceciderunt omnes ore, h. e. *acie*, gladii. Vide et Ios. X, 28. 29. 37. 39. Iud. I, 8. 25. *Al.* Deut. XIII, 15. et confer notata in v. προσβόλωσις, et Sir. XXVIII, 18. Luc. XXI, 24. et ad h. l. *Wolfium* p. 748. Hebr. XI, 34. et ad h. l. *Wolfium* p. 768. Sicuti vero Hebraei et iuxta illos Graeci Intt. στόμα ῥομφαίας, ξίφους, μαχαίρας, *aciem* s. *eam partem gladii* appellant, *quae tanquam os homines consumit* (conf. 2 Sam. XVIII, 8. 2 Reg. XI, 25.), ita *Homerus* bello μέγα στόμα tribuit, quod omnia consumat quasi et devoret. Vide Il. κ', v. 8. Unde *Hesychius*: πολέμου στόμα, τὸ ἀναλωτικὸν καὶ

φθαρτικὸν τοῦ πολέμου. Idem: στόμα, τὸ κατεργαστικώτατον μέρος τοῦ πολέμου. Conf. *Seberi not.* ad *Polluc.* lib. II. c. 4. p. 204. et *Eustathii* loca in *Homer. Kühnio* ibid. allegata. Ios. X, 18. κυλίσατε λίθους μεγάλους ἐπὶ τῷ στόματι τοῦ σπηλαίου, advolvite lapides grandes ad os, h. e. *introitum*, speluncae. Iud. XI, 35. ἤνοιξα τὸ στόμα μου περὶ σοῦ πρὸς κύριον, aperui os meum de te ad Dominum, h. e. *promisi aliquid*, *obstrinxi me voto.* Vide *Vorstii Philol. S.* P. II. c. 37. p. 263. 1 Sam. II, 1. ἐπλατύνθη ἐπ᾽ ἐχθροὺς μου τὸ στόμα μου, *dilatatum est os meum contra hostes meos*, h. e. *possum nunc παῤῥησιάζειν*, *et libere loqui.* Conf. *Vorstium* l. c. p. 264. 2 Sam. XIII, 32. ἐπὶ στόματος Ἀβεσσαλὼμ ἦν κείμενος, *ab ore Absolomi pendebat.* Ita *Bielius:* sed male, si quid video. Nam κεῖσθαι ἐπὶ τοῦ στόματός τινος ad imitationem formulae hebraeae: שׂוּמָה vel עַל־פִּי פְלֹנִי הָיָה שִׂימָה, quae ibidem legitur, *is* vel *id* dicitur, *de quo aliquis saepius aliquid dixit*; vel: *de quo et contra quem aliquis saepius aliquid declaravit ac professus est, sive boni s. mali.* Hinc verba LXX quoad sensum ita explicanda sunt: Absolom enim Amnoni necem ac interitum iureiurando interposito minatus fuerat, inde ab illo die, quo Thamarem sororem suam vitiaverat. Sic quoque *iacere s. positum esse in corde s. animo alicuius id* dicitur, *cuius aliquis semper memor est*, *seu quod semper alicuius menti obversatur.* Unde simul apparet, loco κείμενος 2 Sam. l. c. rectius fortasse legi κείμενον. 1 Reg. XXII, 13. πάντες οἱ προφῆται ἐν ἑνὶ στόματι λαλοῦσι καλὰ, omnes prophetae uno ore praedicunt bona. Vide et 2 Par. XVIII, 12. Sic *Cant. tr. puer.* v. 21. οἱ τρεῖς ὡς ἐξ ἑνὸς στόματος ὕμνουν, tres illi tanquam uno ore canebant. Et *Plato* lib. I. de *Leg.* dixit: μιᾷ φωνῇ καὶ ἐξ ἑνὸς στόματος. Et *Aristoph. Equit.* v. 667. οἱ δ᾽ ἐξ ἑνὸς στόματος ἅπαντες ἀνέκραγον. ubi *Scholiastes* ἐξ ἑνὸς στόματος interpretatur ὁμοθυμαδὸν, καὶ μιᾷ φωνῇ. Conf. Rom. XV, 6. et *Erasmi Adag. Chil.* I. *Cent.* VIII. n. 17. p. 298. *Seberi not.* ad *Polluc.* lib. II. c. 4. p. 206. et *Fesselii Advers. Sacr.* lib. X. c. 2. p. 538. 2 Reg. X, 22. ἐπλήσθη ὁ οἶκος τοῦ Βάαλ στόμα εἰς στόμα, implebatur domus Baal *ore ad os*, h. e. *ab una extremitate ad alteram.* Vide et 2 Reg. XXI, 16. Ps. LXXVII, 2. ἀνοίξω ἐν παραβολαῖς τὸ στόμα μου, *proferam* parabolas. Adde *Symm.* 2 Reg. XXI, 16. ubi στόμα est *orificium.* Vide supra s. v. ἀγγεῖον. *Aqu.* Ps. CXXXII, 2. ubi στόμα est *ora vestimenti*, s. *fimbria*, i. q. ὦα apud reliquos interpretes. – פּוּם: פֻּם chald. Dan. VI, 17. ἐπὶ τὸ στόμα τοῦ λάκκου, super *aperturam* foveae. Dan. VI, 22. ἐνέφραξε τὰ στόματα τῶν λεόντων, obturabat ora vel *fauces* leonum. Conf. Hebr. XI, 33. – *פִּיפִיּוֹת, *geminae acies.* *Aqu.* Ps. CXLIX, 6. στόματα, *acies.* – פָּנִים plur. *facies.* Nehem.

II, 13. πρὸς στόμα πηγῆς τῶν συκῶν, ad os vel *initium* fontis ficuum. *Hesych.* κατὰ στόμα (sic enim bene *Salmasius* legit pro *Καταστόμα*), κατὰ τὴν ἀρχὴν μεταφορικῶς. Prov. XV, 15. στόμα δὲ ἀσεβῶν γνώσεται κακά. - רוּחַ, *spiritus*. Ps. XXXI, 2. *Al.* Cohel. VII, 10. ἐπὶ στόματι. *Semlerus* in *Ep. Crit.* ad h. l. coniicit legendum ἐν πνεύματι. Sed non opus est. Nam στόμα h. l. notat *id, quod ore profertur*, quam notionem quoque רוּחַ habere h. l. potest. *Symm.* Ps. XXXI, 2. Ex aliis locis ita vertit, ubi eadem sententia legitur, v. c. Ps. CXXXVIII, 3. Ies. LIII, 9. Hic quoque *Semlerus* temere coniecit pro στόματος legendum esse πνεύματος. - *שֶׁלַח, *propago*. *Hebr. Int.* Cant. IV, 13. ἐκ στόματός σου, hebr. שְׁלָחַיִךְ *propagines tuae*. Sc. שׁ pro particula habuit: לְחַיִךְ vero quasi significaret *maxilla tua* vel *os tuum*, a לְחִי, *gena, maxilla*. Vide ad h. l. *Montfauconium*. - *שָׂפָה, *labium*. *Inc.* Hab. III, 16. *Labia* pro *ore* sumi satis notum est. - שָׂפָם, *mystax*. Lev. XIII, 45. Ezech. XXIV, 22. Praeterea legitur Iob. XL, 26. ubi verbis τὸν γινόμενον ἐν στόματι, quod sc. bellum ore suo gerit Leviathan, nihil respondet in textu hebraico. Sirac. I, 35. μὴ ὑποκριθῇς ἐν στόμασιν ἀνθρώπων. *Vulg. ne fueris hypocrita in conspectu hominum*: ubi ἐν στόμασι notat *coram, apud*. Vide ad h. l. *Syrum*. Interdum στόμα pleonastice ponitur, v. c. Sir. XIII, 30. et XX, 20. Sir. XXVII, 23. στόμα est i. q. λόγος, *sermo*. Sir. XIV, 1. στόματι. *Vulg. verbo ex ore suo*. Ib. XXIV, 2. ἀπὸ στόματος θεοῦ, *voluntate Dei efficacissima*.

*ΣΤΟ'ΜΑ ΚΟ'ΡΗΣ, *os virginis*. פִּישׁוֹן, nomen proprium. Gen. II, 11. sec. *Coisl.* In mente habuisse videtur פִּי et זוֹנָה aut similis soni dictionem.

ΤΟ' 'ΕΞΕΛΘΟ'Ν 'ΕΚ ΤΟΥ' ΣΤΟ'ΜΑΤΟΣ, *quod egreditur ex ore*. דָּבָר, *verbum*. 1 Sam. I, 23.

ΣΤΟΜΙ'ΖΟΜΑΙ. עָלַע Pih. *sorbeo, lambo*. *Aqu.* Iob. XXXIX, 30. ἐστομισμένοι, quam vocem *Montf.* ne vertere quidem ausus est. *Bielius* στομίζομαι transtulit: *ore accipio*, quae notio, si usu loquendi comprobari posset, bene conveniret pullis avium, quibus nutrimenta a parentibus in os ingeruntur. Quid si legatur ἐστιμμισμένοι? hoc sensu: ora pullorum eius sanguine quasi stibio oblita ac fucata sunt. Confirmatur haec coniectura versione LXX, qui habent φύρονται ἐν αἵματι, *consperguntur sanguine*, ubi sensum expresserunt.

ΣΤΟΜΟΚΗΡΙ'Α. Hac voce *Talmud Schabb.* fol. 8, 2. testatur *Aquilam* reddidisse בָּתֵּי נֶפֶשׁ, *domus animi*, h. e. *olfactoriola*, aut potius *amuletum*, φυλακτήριον. Ies. III, 20. Vide *Lightfooti Append. ad Hor. Talm.* in 1 ad Corinth. p. 281. Quid autem *Aquila* per vocem illam intellexerit, adhuc quaeritur.

ΣΤΟ'ΜΩΜΑ, *acies ferri indurata, ferrum acie a chalybe temperatum et roboratum* (Vide *Plin.* XXXIV, 14.), *aciale.* Sir. XXXI, 30. Conf. *Polluc. Onom.* lib. VII. c. 24. p. 764. et Lib. X. c. 49. p. 1376. et *Stephanum Byzant.* v. *Λακεδαίμων.*

ΣΤΟ'ΝΟΣ, *clamor inconditus, rugitus, fremitus.* שְׁאָגָה, idem. Iob. IV, 10. στόνος λέοντος, *fremitus* (iuxta *Hieronymi* versionem) vel *rugitus leonis.* Sic enim prò σθένος vel, ut *Complut* habet, σθένος bene legendum censet *Grabius Proleg.* in *LXX Intt.* T. IV. c. 4. §. 2. In *Hesychio* et *Lex. Cyrilli MS. Brem.* στόνος exponitur στεναγμός. Sic et verbum στενάζειν de *rugitu ursi* usurpatur. Vide supra in h. v.

*ΣΤΟΡΓΗ', *amor.* 3 Macc. V, 32. ἡ τῆς συντροφίας στοργὴ, amor, quo aliquem ob communem educationem amplectimur. *Hesych.* στοργὴ, φιλία, ἀγάπη. *Philoxen. Gloss.* στοργὴ, *adfectio.*

ΣΤΟΧΑ'ΖΟΜΑΙ proprie notat *collimo, et recta ad scopum tendo*, metaphorice: *intendo et intentissime aspicio, ut facit sagittarius, dum in scopum iaculatur.* Deinde *exploro, coniicio, coniecturam facio*, it. *caveo*, etiam *misereor.* הֵכִין Hiph. a כּוּן, *praeparo.* Deut. XIX, 3. στόχασαι σὺ τὴν ὁδὸν, *explora* tu viam. Sap. XIII, 9. στοχάσασθαι τὸν αἰῶνα, *mundum explorare*, seu *penetrare naturam huius mundi.* Quid στοχάζεσθαι Sir. IX, 19. (ubi legitur στόχασαι τοὺς πλησίον) significet, dissentiunt interpretes tam veteres, quam recentiores. *Vulgatus* per *cavere* interpretatus est. Alii vertunt: *coniecturam facito de proximis*, quia στοχάζεσθαι quoque notat *colere et nutus eius observare, quem colere instituisti*, indeque *coniectare et coniecturam de aliquo facere.* Mihi vertendum videtur: *quantum potes, miserere aliorum*, h. e. *opitulare iis. Syrus* ibi: ܚܢܢ, *opitulatus est. Arabs: opem tulit.* 2 Macc. XIV, 8. τῶν ἰδίων πολιτῶν στοχαζόμενος, propriorum civium *misertus.* Apud *Lascarem Constantinum* legitur, quod στοχάζομαι significet φείδομαι, ἀκριβολογοῦμαι, ἐλεῶ. Eaque significatione verbum στοχάζομαι etiam positum esse videtur *Graevio* not. ad *Luciani Soloecist.* p. 747. ubi στοχαζόμενος ipsi redditur *parcens*, vel *misertus*, vel *consulens*, ut vertit Interpres illic. *Hesych.* στοχάζεται, οἴεται, κατασκοπεῖ, βάλλει.

ΣΤΟΧΑΣΤΗ'Σ, *coniector, qui ex coniectura aliquid colligit*, proprie: *qui bene collimat, et recta ad scopum tendit.* קֹסֵם part. *divinans, divinator.* Ies. III, 2.

ΣΤΡΑΓΓΑΛΙΑ', *tortuosus nodus, nexus intricatus, tendicula, funis*, it. *fraus, dolus.* אֲגֻדָּה, *fascis.* Ies. LVIII, 6. διάλυε στραγγαλιὰς βιαίων συναλλαγμάτων, solve *nodos tortuosos* violentarum commutationum, aut potius: *solve vincula*,

quae alios iniuste constringunt. Vide et Amos. IX, 6. et confer notata ad h. l. in v. ἐπαγγελία. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* στραγγαλιὰς, πλοκὰς, διαστροφὰς δυσδιαλύτους. *Hesych.* στραγγαλιαὶ καὶ στραγγαλίδες (ita bene *Sopingius* pro στραγγυλίδαι), συστροφαὶ, διαστροφαὶ, παγίδες, ἢ πλοκαί. *Suidas:* στραγγαλίδες, τὰ δύσλυτα ἅμματα. *Φερεκράτης Αὐτομόλοις*· Ὑμεῖς γὰρ ἀεὶ στραγγαλίδας ἐσφίγγετε. – עֲקַלְקַלּוֹת plur. *tortuosa.* Ps. CXXIV, 5. τοὺς δὲ ἐκκλίνοντας εἰς τὰς στραγγαλιὰς ἀπάξει, declinantes autem ad *fraudes* abducet. Vide ad h. l. *Dathium.* *Phavorinus:* στραγγαλιὰς, διαπλοκὰς διεστραμμένας, δολιότητας. Sic enim sine distinctione scribendum nonnullis videtur pro διαπλοκὰς, διεστραμμένας. Sed quomodo hic locus emendandus sit, optime apparet e *Zonara*, qui c. 1672. habet: Στραγγαλιὰς, ὁ μὲν Ἀκύλας διαπλοκάς. σκολιότητας δὲ ὁ Σύμμαχος. ὁ δὲ Θεοδοτίων διεστραμμένα ἡρμήνευσεν. Sed Psalm. l. c. στραγγαλιαὶ sunt *extorsiones, expressiones, cum torquendo humor exprimitur,* quod figurate de iis dicitur, qui a pauperibus, quae adhuc habent, extorquent.

ΣΤΡΑΓΓΑΛΙ'Σ proprie notat *nodos in fune difficiles solutu* (δύσλυτα ἅμματα interprete *Suida*), *qui si plures sint, et ordine ab invicem disiuncti, globulorum speciem praeferunt.* Hinc: *catenula, monile, torques.* נְטִיפוֹת, *myrothecia:* alii rectius *inaures* intellegunt, scil. ex *margaritis* stillarum instar puris et pellucidis. *Al.* Iud. VIII, 26. στραγγαλίδων. *Strattis* in *Phoenissis:* Οὐδὲ σχοινία, οὐδὲ στραγγαλίδες εἰσὶ, neque funiculi adsunt neque torques. Vide *Pollucem* lib. X. c. 47. segm. 184. p. 1374. qui e loco illo colligit, quod στραγγαλίδες fuerint similes δεσμῷ, *vinculo.*

ΣΤΡΑΓΓΑΛΙΩ'ΔΗΣ, *tortuosus, intortus, intricatus,* metaph. *perversus, dolosus.* עִקֵּשׁ, *perversus.* Prov. VIII, 8. οὐδὲν ἐν αὐταῖς σκολιὸν, οὐδὲ στραγγαλιῶδες, nihil in illis perversum neque tortuosum. Cod. *Alex.* habet στραγγαλῶδες. *Codex Parisiensis* autem (cuius excerpta dedit *I. G. Dahlerus* in *Annal. Liter. Helmst.* 1789. Vol. I. p. 289. sequ.) exhibet στρογγαλῶδες. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* στραγγαλιῶδες, διεστραμμένον, στρογγύλον.

ΣΤΡΑΓΓΑΛΟ'Ω, *strangulo, praefoco.* Tob. II, 3. ἐστραγγαλωμένος, *strangulatus,* seu potius: *interfectus,* nam חָנַק non solum *strangulare,* sed etiam *morte violenta afficere* notat. Cod. *Alex.* vitiose ἐστραγαλλημένος. Sic quoque in *Epistola Africani* ad *Origenem* p. 221., ubi ad h. l. respicitur, pro ἀστραγαλώμενοι reponendum erit στραγγαλώμενοι.

ΣΤΡΑΓΓΕΥ'ΟΜΑΙ, (a στρὰγξ, *gutta*) propr. *guttatim exprimo* (Conf. *Schol.* ad *Aristoph. Nubes* v. 131.), et metaph. *cunctor, moror, desideo, segnis sum.* *אָחַר, Pih. *cunctor, tardo.* *Symm.* Hab. II, 3. – הִתְמַהְמַהּ Hithp. *cunctor, moror.* Iudic. XIX, 8. στρατεύθητι (legendum στραγγεύθητι), ἕως

κλίνῃ ἡ ἡμέρα, *morare*, usquedum inclinet dies. In Codice quodam ibi scriptum esse videtur στραγεύθητι, atque inde depravatum στρατεύθητι. Favet coniecturae *Lex. Cyrilli MS. Brem.* in quo ex illo procul dubio loco στραγεύθητι exponitur νωθρεύθητι, διάτριψον. Alias vero etiam apud Grammaticos στρατεύομαι vitiose pro στραγγεύομαι scriptum occurrit. Vide *Suidam* in v. στραγγεύει, et *Küsteri* notas ad eundem. Sic quoque apud *Hesychium:* στρατεύεσθαι, διατρίβειν, ubi legendum est στραγγεύεσθαι. Idem *Hesychius:* στραγγεύεται, διατρίβει, ubi *Schrevelius* ad h. l. citat *Petavium* in *Themist.* p. 557. Facilis autem est literarum *Γ* et *Τ*, si capitali charactere scribantur, permutatio, ut docuit *Salmasius* de *foenore trapezit.* p. 778. Conf. et *Valckenaer* ad *Ammonium* lib. II. c. 15. Eodem modo et peccatum est in *Scholiis* ad *Aristoph. Lysistr.* v. 17. ubi verbum κυπτάζειν dicitur etiam significare ἐπικύπτειν et στρατεύειν, quae sana et expedita erunt, si legerimus στραγγεύειν, de quo nihil admonuit *Küsterus*, qui tamen alias vim huius verbi satis intellexit, ut apparet ex iis, quae observavit ad *Suid.* T. II. p. 45. *Symm.* Hab. II, 3. Incertum tamen est, num ibi ad הִתְמַהְמַהּ, aut ad אַחַר στραγγεύσεται sit referendum. – הִתְרַפָּה, *remisse me gero. Symm.* Prov. XVIII, 9. στραγγευόμενος, *qui segnis est.* Idem Prov. XXIV, 10. στραγγεύεσθαι ἐν ὥρᾳ θλίψεως, *fatigari, animum abiicere* tempore calamitoso: ubi legisse videtur הִתְרַפּוֹת. Conf. *Pollucem* lib. IX. c. 8. segm. 136. p. 1121. et *Wesselingii Probab.* p. 291.

ΣΤΡΑΓΓΙ'ΖΩ, *guttatim exprimo, effundo*, a στράγξ, *gutta, stilla.* מָצָה, *exprimo.* Levit. I, 15. στραγγιεῖ τὸ αἷμα πρὸς τὴν βάσιν τοῦ θυσιαστηρίου, *effundet* sanguinem ad fundamentum altaris. *Vulg. decurrere faciet. Aqu. Symm. Theod.* Iud. VI, 38. ἐστράγγισε, *exstillare fecit. Vulg. expresso vellere.*

ΣΤΡΑΤΕΙ'Α, *exercitus, militia.* חַיִל, idem. Exod. XIV, 4. 9. 17. 1 Par. XXVIII, 1. – צָבָא, idem. 1 Par. XII, 14. *Aqu.* Iob. VII, 1. et Dan. X, 1. sec. cod. *Chis.*

ΣΤΡΑ'ΤΕΥΜΑ, idem. גְּדוּד, *turma. Al.* 1 Sam. XXX, 8. et 15. – צָבָא. *Symm.* Ps. XLIII, 10. Vide et 1 Macc. IX, 34. 2 Macc. V, 24. Στράτευμα πολέμου, *expeditio*, vel *res militaris.* Iudith. XI, 8. ubi Holofernes dicitur θαυμαστὸς ἐν στρατεύμασι πολέμου. *Syrus* simpliciter: *potentissimus in bello.*

ΣΤΡΑΤΕΥ'ΟΜΑΙ, *milito.* הִתְמַהְמַהּ Hithp. *cunctor, moror.* Iud. XIX, 8. ubi tamen pro στρατεύθητι scribendum στραγγεύθητι. Vide supra s. v. στραγγεύομαι. *Bonfrerius* ad h. l. statuit, στρατεύεσθαι, quae pr. vox militaris est, et notat: *ad expeditionem militarem accingi*, hic per metaphoram transferri, ut sit i. q. *instruere se et accingere ad iter. Symm.* Gen. XIX, 16. ἐστρατεύσατο. Reponendum est ἐστραγγεύσατο, *cunctatus s. commoratus est.* Eadem observatio valet quoque

de loco 2 Sam. XV, 28. ubi pro *στρατεύομαι* in cod. *Vat. Ald.* habet *αὐλίζομαι*, et *Compl.* *προσδέχομαι*. - יָסַף, *addo, adiungo.* Ioel. II, 2. ubi tamen *Al.* pro οὐ *στρατευθήσεται* rectius οὐ *προστεθήσεται*. Conf. *Drusium Quaest. Ebr.* lib. II. qu. 38. - צָבָא. Ies. XXIX, 7. *Aqu.* Exod. XXXVIII, 8. *στρατευσαμένων*, *militantium*, h. e. *assidue ministrantium.*

ΣΤΡΑ'ΤΕΥΣΙΣ, *acies*, *exercitus.* צָבָא, idem. *Symm.* Ps. LIX, 12. et CVII, 12. ubi loco *ἐν ταῖς στρατεύσεσιν* apud *Theodoretum* in *Comment.* ad h. l. p. 1380. legitur *ἐν τοῖς στρατεύμασιν.*

ΣΤΡΑΤΗΓΕ'Ω, *exercitum duco*, *imperator* seu *dux exercitus sum*, etiam in universum: *praefecti officio fungor*, *praefectus sum.* 2 Macc. X, 32. *στρατηγοῦντος ἐκεῖ χαιρέου*, praesidente s. praefecto illis Chaerea: ubi *στρατηγῶν* est nostrum *Commandant.* 2 Macc. XIV, 31. *ὅτι ὑπὸ ἀνδρὸς ἐστρατήγηται*, quod a viro *astutia praeventus esset:* ubi *Baduellus:* *στρατηγεῖν* est *callide ac versute hostem circumvenire et fallere*; *στρατηγεῖσθαι ὑπό τινος* est *arte consilioque militari vinci ab aliquo*, *ab eoque falli atque eludi.*

ΣΤΡΑΤΗ'ΓΗΜΑ, *stratagema*, *dolus militaris.* 2 Macc. XIV, 29. *Suidas:* *στρατήγημα*, *σόφισμα*, ars, qua imperator hostes decipit.

ΣΤΡΑΤΗΓΙ'Α, *praefectura militaris*, *praetura*, etiam: *peritia exercitum ducendi.* צָבָא, *militia.* 1 Reg. II, 36. *Inc.* 2 Sam. XX, 23.

ΣΤΡΑΤΗΓΟ'Σ, *dux exercitus*, *praefectus militum*, it. *alius praefectus*, *princeps*, *praeses.* אֲחַשְׁדַּרְפְּנִים plur. *satrapae*, *praesides provinciarum.* Esth. III, 12. - מֶלֶךְ, *rex.* Iob. XV, 24. - סָגָן in plur. סְגָנִים, *antistes.* Esth. IX, 2. Nehem. II, 16. IV, 14. et alibi. Vide *Wolfium* ad Luc. XXII, 4. p. 751. et ad Act. IV, 1. p. 1065. - סִגְנַיָּא plur. chald. Dan. III, 2. 3. 28. VI, 7. - *שַׂר, *princeps.* 1 Sam. XXIX, 3. 1 Par. XI, 6. XXVI, 26. Dan. X, 13. 20. sec. cod. *Chis.* *Inc.* 1 Sam. XXIX, 9. 2 Macc. III, 5. *Συρίας καὶ Φοινίκης στρατηγὸν*, Syriae et Phoenices *praesidem.* Sic alias etiam civiles magistratus *στρατηγοὶ* dicebantur, quasi duces populi, h. e. *στρατοῦ*. Vide auctores laudatos *Wolfio* ad Act. XVI, 20. p. 1243. ac *Lexicon N. T.* s. h. v.

ΣΤΡΑΤΙΑ', *exercitus*, *militia*, i. q. *στρατεία.* גְּדוּד, *turma.* *Symm.* Iob. XXV, 3. *τῶν στρατιῶν.* - חַיִל, *exercitus.* *Al.* Exod. XIV, 17. et 1 Par. XXVIII, 1. - מַלְכַּת, *regina.* Ierem. VII, 18. Sermo ibi est de *regina coeli*, per quam non tam *solem* aut *lunam*, quam in universum intellexerunt *corpora coelestia*, quae saepius ἡ *στρατιὰ τοῦ οὐρανοῦ* dicuntur. - מֶמְשָׁלָה, *dominatio.* 2 Par. XXXII, 9. - מַסַּע, *profectio, iter.* Num. X, 28. ubi *στρατιαὶ* de Israelitis dicitur, qui in agmina distributi iter faciebant. - צָבָא, *exercitus.* *Symm.* Zach.

IX, 8. κωλύων στρατιὰν, impediens exercitum. – צָבָא. 2 Par. XXXIII, 3. προσεκύνησε πάσῃ τῇ στρατιᾷ τοῦ οὐρανοῦ, adorabat omnia *corpora coelestia*. Vide et Ierem. VIII, 2. XIX, 13. Soph. I, 15. et conf. Act. VII, 42. *Suidas*: στρατιὰ, τὸ τῶν στρατιωτῶν ὑπὸ ἕνα ἔπαρχον τάγμα. Στρατεία δὲ τὸ ἀξίωμα. Ὅτε δὲ λέγει ἡ γραφὴ περὶ Μανασσῆ, ὅτι ἐλάτρευσε (al., ut vidimus, 2 Par. l. c. legunt προσεκύνησε.) τῇ στρατιᾷ τοῦ οὐρανοῦ, τὸν ἥλιον καὶ τὴν σελήνην καὶ τοὺς ἀστέρας λέγει.

ΣΤΡΑΤΙΩ'ΤΗΣ, *miles*. *חָלָל, *occisus*. 2 Sam. XXIII, 8. sec. *Vat*. στρατιώτας. Vox hebr. in Piel *occidere*, *vulnerare* notat. Arab. حل, *castra metatus fuit*, *grassatus fuit*. Sec. *Giggeum* الحلال est *vir validus et audax*. Vide *Kennicotti* Diss. I. p. 89. – *צְבָאוֹת. *Symm*. Ps. LXVII, 13. ubi mallem στρατιῶν legere pro στρατιωτῶν. 2 Macc. XIV, 39. *Hesych*. στρατιώτης, ὁ ἐν τῷ στρατῷ ἀριθμούμενος.

*ΣΤΡΑΤΙΩ'ΤΙΣ, Ἡ, *foemina militans*. 4 Macc. XVI, 14. veterana *Dei miles*. *Suidas*: στρατιώτης ἀρσενικόν. ἐπὶ δὲ θηλυκοῦ, διὰ τοῦ ι. Similis huic est vox ἡ μεσῖτις, quam in *Thesauro Stephani* omissam habet *Ephraem*. *Syrus* T. III. *Opp*. p. 163. ubi μετάνοιαν esse dicit τὴν μεσίτιδα Θεῷ καὶ ἀνθρώποις. Eandem vocem praebet quoque *Heraclid*. *Pont*. p. 448. ed. *Gal*.

ΣΤΡΑΤΟΚΗ'ΡΥΞ, *praeco exercitus*. רִנָּה, *clamor*, seu *praeconium*. 1 Reg. XXII, 36.

ΣΤΡΑΤΟΠΕΔΕΙ'Α, *castrametatio*, *ipsa actio castra metandi*. מָלוֹן, *deversorium ad pernoctandum*. Ios. IV, 3. Vide et 2 Macc. XIII, 14.

ΣΤΡΑΤΟΠΕΔΕΥ'Ω, *castra metor* seu *colloco*, *castra figo*. חָנָה, idem. Exod. XIII, 20. XIV, 2. – נָסַע, *proficiscor*. Gen. XII, 9. Exod. XIV, 10. Deut. I, 40. – פָּרַע, *recedo*. Prov. IV, 15. ἐν ᾧ ἂν τόπῳ στρατοπεδεύσωσι: ubi στρατοπεδεύειν commode intellegitur de multitudine sodalium, qui ad audendum se congregarunt. Vide ad h. l. *Iaegerum*. – שָׁכַן, *habito*. Num. XXIV, 2. Sermo ibi est de Israelitis castra metantibus.

ΣΤΡΑΤΟ'ΠΕΔΟΝ, *castra*, *exercitus*. אֲנָשִׁים plur. *homines*, h. l. *milites*. Ierem. XLI, 12. – גְּדוּד, *turma*. *Symm*. Iob. XXIX, 25. – חַיִל. Ierem. XXXIV, 1. – מַעֲרָכָה. *Symm*. 1 Sam. XXIII, 3. – *עַם, *populus*. LXX sec. *Hexapla* Ierem. XXXIV, 1. Sic עַם, ut λαὸς apud *Homerum*, de *exercitu* s. *militibus gregariis* saepius accipitur. Vide et Sap. XII, 8. 2 Macc. VIII, 13. *Suidas*: στρατόπεδον ἐποιήσαντο ἀντὶ τοῦ σκηνάς. δύο γὰρ σημαίνει ἡ λέξις, καὶ τὸ στράτευμα, καὶ τὸν τόπον τοῦ στρατεύματος. ἐτυμώτερον δὲ ἐστὶν ἐπὶ τοῦ τόπου λέγεσθαι, οἷον τοῦ στρατοῦ τὸ πέδον.

ΣΤΡΑΤΟ'Σ, *exercitus, copiae militares.* 1 Macc. IV, 35. 2 Macc. VIII, 35. Interdum haec vox subauditur, v. c. Iudith. I, 16. post ὁ σύμμικτος, et ib. II, 20. post ὁ ἐπίμικτος. V. *L. Bos Ellips. gr.* p. 255. *Hesych.* στρατὸς, τὸ πλῆθος τῶν πολεμούντων στρατιωτῶν.

ΣΤΡΕ'ΒΛΕΥΜΑ, *tortuositas, perversitas.* עִקְּשׁוּת plur. idem. *Symm.* Prov. VI, 13. στρεβλεύμασι.

ΣΤΡΕ'ΒΛΗ, *instrumentum ligneum nauticum*, et in plur. στρέβλαι, *tortura, tormenta, instrumenta ad torquendum.* Sir. XXXIII, 31. οἰκέτῃ κακούργῳ στρέβλαι καὶ βάσανοι, servo malefico *torturae* et cruciatus. 4 Macc. VII, 4. *Hesych.* στρέβλαι ναυτικαί· τὰ ξύλα τῶν νεῶν, ἐν οἷς διασφηνοῦνται γομφούμενα. Ἀττικοὶ δὲ τὰ βασανιστήρια. *Pollux* lib. X. c. 5. segm. 187. p. 1379. τῶν δὲ ἐν τῇ οἰκίᾳ σκευῶν καὶ σκύτος καὶ μάστιγες, καὶ τροχοὶ καὶ πέδαι καὶ στρέβλαι. Inde verbum στρεβλοῦσθαι, *torqueri.* Vide *Aelian. V. H.* II, 4. VII, 17. XIII, 2. *Hesych.* στρεβλοῦται, αἰκίζεται, βασανίζεται.

ΣΤΡΕΒΛΟΚΑ'ΡΔΙΟΣ, *perversus corde.* נֶהְפָּךְ part. Niph. *mutatus. Symm. Theod.* Prov. XVII, 20. – עִקְּשֵׁי לֵב *Aqu. Symm. Theod.* Prov. XI, 20.

ΣΤΡΕΒΛΟ'Σ, *tortuosus, flexuosus, tortus; metaphorice: perversus, callidus, versutus.* עִקֵּשׁ. 2 Sam. XXII, 27. Ps. XVII, 29. Prov. XIX, 1. *Inc.* Ps. C, 4. – רְמִיָּה, *fallacia.* Ps. LXXVII, 63. – תַּהְפֻּכָה, *perversitas. Symm.* Prov. XXIII, 33. στρεβλά. – תַּהְפֻּכוֹת plur. *perversitates. Symm. Theod.* Prov. VIII, 13. Sir. XXXVI, 22. καρδία στρεβλὴ, cor *perversum et fallax* suis dictis et factis perversis et fallacibus dabit occasionem tristandi et dolendi.

ΣΤΡΕΒΛΟ'ΤΗΣ, *perversitas.* עִקְּשׁוּת, idem. *Aqu. Theod.* Prov. IV, 24. στρεβλότητα. – *תַּהְפֻּכוֹת. *Inc.* Prov. VI, 14. στρεβλότητες. Ita *Montf.* Sed *Drusius* rectius habet στρεβλότητες, quod etiam cum plurali hebr. vocis magis convenit.

ΣΤΡΕΒΛΟ'Ω, *perverto, torqueo, tormentis crucio.* הִתְפַּל contr. pro הִתְפַּתָּל Hithp. *distortum me exhibeo.* 2 Sam. XXII, 27. – עִקֵּשׁ Pih. *Symm.* Prov. X, 10. στρεβλῶν. *Inc.* Iob. IX, 20. ubi στρεβλοῦν non tam *depravare, corrumpere*, quam *depravatum ac perversum declarare et ostendere* notat. *Vulg. pravum me comprobabit.* Vide quoque *Hexapla.* Praeterea legitur apud *Aquilam* Ies. XIX, 15. pro hebr. אַגְמוֹן, στρεβλοῦντα, ubi vid. *Montf.* 3 Macc. IV, 14. στρεβλωθέντας αἰκίαις τὸ τέλος ἀφανίσαι, *tormentis cruciatos* tandem interficere. *Polyb.* II, 59, 1. *Ioseph. B. I.* VII, 8. p. 430. ed. *Hav. Hes.* στρεβλοῦται, βασανίζεται. Idem: στρεβλούμενοι, δεσμούμενοι.

ΣΤΡΕΒΛΩΤΗ'ΡΙΟΝ, *cippus, nervus, s. lignum in carcere, quo captivorum pedes constringebantur.* מַהְפֶּכֶת, *locus perversorum*, i. e. *mente captorum, carcer, ergastulum. Symm.* Ierem. XX, 2. *Hieron.* ad h. l. T. V. p. 145. B. ed. *Basil. Pro* nervo, *quem nos dicimus, LXX et Theod. vertere*

cataracten, *Symmachus βασανιστήριον sive στρεβλωτήριον, quod utrumque tormenta significat.* Si utrumque vocabulum, βασανιστήριον et στρεβλωτήριον, auctorem habet *Symmachum*, nec (ut equidem statuere mallem) στρεβλωτήριον ab *Hieronymo* explicationis causa additum est, βασανιστήριον e priore, στρεβλωτήριον autem e posteriore eius versione petitum videtur. Adde *Ioseph.* de *Maccab.* p. 508, 20. ubi per *fidiculas* redditur, de quibus vid. *Ant. Gallonii Rom.* lib. *de Martyr. Cruciat.* c. 3. p. 120. sequ.

ΣΤΡΕ'ΜΜΑ, *omne quod tortum est*, *filum*, q. d. *contortum quid.* פְּתִיל. Iud. XVI, 9. 2 Sam. IV, 2. sec. *Compl.* ubi reliqui συστρεμμάτων. – *גְּדוּד, *turma*, *exercitus. Inc.* 1 Sam. XXX, 8. ubi *Montfauconio* συστρέμματος legendum esse videtur, qua voce reliqui Intt. usi sunt. Sed plane non video, cur non στρέμμα, *filum contortum*, eodem modo metaphorice accipi possit pro *agmine*, *turma*, quo σύστρεμμα. *Phavorinus:* στρέμματα, περὶ νεῦρα.

ΣΤΡΕΠΤΗ' ΣΤΕΦΑ'ΝΗ, *coronamentum circumiens, cingens*, זֵר, *limbus.* Exod. XXX, 3. 4. XXXVII, 13. 31.

ΣΤΡΕΠΤΟ'Ν ΚΥΜΑ'ΤΙΟΝ, *cymatium conversum, circumiens.* זֵר, *limbus.* Exod. XXV, 11. 24. 25. XXXVII, 2. 11. 12. Dicitur alias στρεπτὴ στεφάνη. *Iosepho* redditur ἕλιξ, quod est ab ἑλίσσω, *circumago*, *circumvolvo.*

ΣΤΡΕΠΤΑ', sc. κυμάτια, *cymatia circumeuntia.* גֻּלָּה, *orbis.* 1 Reg. VII, 40. 41.

ΣΤΡΕΠΤΑ', sc. κράσπεδα, *limbi circumeuntes.* גְּדִלִים plur. *funiculi*, *institae.* Deut. XXII, 12.

ΣΤΡΕΠΤΟ'Σ, *versatilis*, *qui circumagitur*, *tortus*, *tortilis.* Addit. Esth. XIV, 2. ἔπλησε στρεπτῶν τριχῶν αὐτῆς, *implevit tortilibus suis crinibus*, cincinnis nimirum, quos sibi evulserat, ut bene *Grotius. Vulg.* habet: *crinium laceratione.*

ΣΤΡΕΠΤΟ'Σ, sc. κύκλος, *torques*, *monile.* פָּתִיל, *filum contortum*, *funiculus. Aqu.* Gen. XXXVIII, 18. καὶ τὸν στρεπτόν σου. Respexit ad originem vocabuli a פָּתַל, *torsit. Symm.* στρεπτὸν, ἐγχειρίδιον. *Fischerus* in *Clavi Verss. GG.* p. 77. στρεπτὸν delendum, eiusque loco περιτραχήλιον, coll. v. 25., reponendum censet. *Scharfenbergius* στρεπτὸν ἐγχειρίδιον iunctim explicanda esse putat *torquem manualem*, h. e. *armillam*, ut vertit *Vulg. Int.* – חָרוּז, *torques collum circumiens. Quint. Ed.* Cant. I, 12. στρεπτοῦ χρυσίου. Reponendum est στρεπτὸν χρυσίου. Vide *Bochart Hieroz.* P. II. lib. I. c. 9. p. 57. *Suidas:* στρεπτὸς, περιδέῤῥαιος κόσμος. Idem haec verba ex auctore antiquo subiungit: Ὁ δὲ λαμβανόμενος ἐν λείᾳ τοῦ στρεπτοῦ, ὃν δὴ χρυσοῦν ἔφερεν ἀμφὶ τῇ δέρῃ. *Glossae: Torques*, στρεπτοί. Sic et *Bochartus* l. c. observat, quod στρεπτὸς vel στρεπτὸν ab *Herodoto*, *Xenophonte*,

Plutarcho aliisque passim usurpetur. *Κύκλος* autem in στρεπτὸς subaudiendum esse patet ex *Diodoro Sic.* lib. V. p. 222. ubi de incolis insulae Panchaiae: περὶ μὲν τοὺς τραχήλους ἔχοντες στρεπτοὺς κύκλους, περὶ δὲ τὰς χεῖρας ψέλλια. Plura de hac voce vide apud *Schefferum* de *antiqu. torqu.* §. 1. p. 5. sequ.

ΣΤΡΕ'ΦΩ, *verto*, *converto*. גְּלִילִים plur. ex גָּלִיל, *versatilis*. 1 Reg. VI, 33. - הָפַךְ, *verto*. Exod. VII, 15. Ios. VIII, 20. Ps. XXIX, 14. et alibi saepius. Ps. LXXVII, 12. ἐστράφησαν ἐν ἡμέρᾳ πολέμου, h. e. *in fugam versi sunt, hosti terga dederunt*. Conf. *Homer. Il.* έ. 40. μ'. 428. *Aqu. Theod. Quint.* Ps. XXXI, 4. - הֵשִׁיב Hiph. a שׁוּב, *reverti facio*. Ies. XXXVIII, 8. - הִתְגּוֹרֵר Hithp. a גּוּר, *commoror*. *Al.* Ierem. XXX, 19. - הִתְהַפֵּךְ Hithp. *verto me*. *Al.* Iud. VII, 13. - נָשָׂא, *elevo*. Iob. XLI, 14. - סָבַב: הֵסֵב, Kal et Hiph. 1 Reg. II, 15. Ps. CXIII, 3. Prov. XXVI, 14. - פָּנָה: הִפְנָה, Kal et Hiph. 1 Sam. XIV, 48. Ierem. XLVIII, 39.

ΣΤΡΗ~ΝΟΣ, *insolentia*, *superbia*, *asperitas*, *luxus*, a στρηνὴς, *asper*. שַׁאֲנָן, *tumultuatio*. 2 Reg. XIX, 28. τὸ στρῆνός σου ἀνέβη ἐν τοῖς ὠσί μου, *insolentia* tua ascendit in aures meas. Inde verbum στρηνιᾷν, quod *Hesychio* in v. στρηνιῶντες exponitur: διὰ πλοῦτον ὑβρίζειν.

*ΣΤΡΗ~ΞΙΝ. *Inc.* sec. cod. *Coislin.* et *Lips. Paul.* in margine Levit. XXVI, 9. ad hebr. בְּרִיתִי, *foedus meum*. *Bahrdtius* coniicit πρῆξιν a πρήσσω, *transeo*, aut πρῖξιν a πρίζω, *seco*, ut auctor huius versionis, *Aquila* fortasse, etymologiam vocis respexerit. Sed πρῆξις est vocabulum poeticum, et pro πρῖξιν secundum analogiam linguae graecae πρίσιν ponendum esset. *Ernestio* haec vox videtur inepto loco posita esse ac ad ỳ. 11. pertinere, ubi pro τὴν διαθήκην in Cod. *Vat.* legitur σκηνὴν, ut adeo σκηνὴν vera lectio videatur. Mihi autem magis arridet emendatio *Scharfenbergii*, qui legere mavult στηρίξω, sc. τὴν διαθήκην, ut adeo referendum sit ad הֲקִימֹתִי, quod LXX per στήσω expresserunt. *Hesych.* στηρίξαι, στῆσαι.

ΣΤΡΙ'ΦΝΟΣ, *caro nervosa*, speciatim *boum*. חַיִל. Iob. XX, 18. ὥσπερ στρίφνος ἀμάσητος, ἀκατάποτος, tanquam nervosa caro, quae nec mandi nec deglutiri potest. *Origenes* ad h. l. στρίφνος δ' ἐστὶ τὸ νευρῶδες κρέας τῶν βοῶν, ἔτι δὲ καὶ βοτάνη τις οὕτω καλουμένη, ἐκτραχύναι δυναμένη τὴν γλῶσσαν τοῦ διαμασσωμένου, ἄβρωτος, ἀκατάποτος διὰ τοῦτο, ἐπειδὴ ἀμάσητος. Verba *Origenis* ex parte sua fecit *Suidas* s. h. v.

ΣΤΡΟΒΕ'Ω, *circumago*, *verso*, *turbo*, *exagito*, *vexo*, *perterrefacio*. בָּעַת Pih. *terreo*. Iob. XV, 23. ἡμέρα δὲ σκοτεινὴ αὐτὸν στροβήσει, dies autem tenebricosa illum *perterrefaciet*. Vide et Iob. XIII, 11. XXXIII, 7. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* στροβήσει, πτοήσει, θορυβήσει. *Suidas*: στροβεῖ, ταράττει.

κινεῖ, περιφοβεῖ, καταπονεῖ. Hesych. στροβῆσαι, συστρέψαι, ἐκφοβῆσαι.

ΣΤΡΟΓΓΥΛΟΣ, rotundus. עָגוֹל, *volubilis*, vel *in rotundum convolutus et inflexus, rotundus.* 1 Reg. VII, 22. (Vide *Lexicon Philolog. Martinii* in *strongylus.*) 2 Par. IV, 2. - *עֵגֶל, *vitulus. Aqu.* Ezech. I, 7. Legit sine dubio עָגֹל.

**ΣΤΡΟΓΓΥΛΟΩ, rotundo, rotundum efficio*, etiam *rotunditatem habeo.* עָגוֹל, *rotundus.* 1 Reg. VII, 31. *τὸ στόμα αὐτοῦ στρογγυλοῦν.* Adde *Etymol. M.* 404, 44.

ΣΤΡΟΓΓΥΛΩΜΑ, coagmentum rotundum, orbis. כְּבִיר, *pulvinar. Aqu.* 1 Sam. XIX, 13. 16. *στρογγύλωμα τριχῶν*, pilorum nempe caprinorum *rotunda congeries.* Sic etiam legitur in ed. *Compl.* ubi duae versiones coaluerunt.

ΣΤΡΟΓΓΥΛΩΣΙΣ, rotundatio. מַעְגָּל, *plaustrorum ambitus*, seu: *vallum ex curribus* s. *propugnaculum consertis curribus exstructum.* Reddidit ita ob rotunditatem, quam eiusmodi vallum habet. Vide *Drusium* ad h. l. 1 Sam. XVII, 28. *Aqu.* et *Symm.* 1 Sam. XXVI, 7. Conf. *Drusium* in *Fragm. Vett. Intt. Gr.* p. 250.

ΣΤΡΟΥΘΙΖΩ, strido instar passerum, qui ore hiante et stridente escam petunt a matre. צִפְצֵף Pih. *pipio. Theod.* et LXX Ies. X, 14. *στρουθίζων. Suidas: στρουθίζων, τρίζων.* Vide *Bocharti Hieroz.* P. II. p. 222.

ΣΤΡΟΥΘΙΟΚΑΜΗΛΟΣ, struthio. בְּנוֹת יַעֲנָה, *filiae struthionis. Al.* Ies. XIII, 21. *Syrus* sec. *Theodoretum* Ierem. L, 39.

ΣΤΡΟΥΘΙΟΝ, passer, passerculus, it. *struthio.* בַּת יַעֲנָה, *filia struthionis*, aut secundum nonnullos *noctua, ulula.* Ies. XXXIV, 13. *Ioh. de Laet descript. Americ.* lib. XV. c. 7. *Struthiones - tam altum clamant, ut ad dimidiam leucam audiantur.* - צִפּוֹר, quod est nomen commune omnium avium. Ps. X, 1. LXXXIII, 3. Cohel. XII, 4. et alibi. Scil. arab. عصفور *passerem* notat.

ΣΤΡΟΥΘΙΑ ἈΓΡΟΥ, avieulae agri. עָגוּר, *hirundo.* Ierem. VIII, 7. Vox *ἀγροῦ* mihi suspicionem movet, quia est admodum otiosa. Forte hic ex hebr. עָגוּר vox *ἀγοὺρ* retenta est, unde per errorem *ἀγροῦ*, cui deinde *στρουθία* additum est. Vide ad h. l. *Montfauconium.*

ΣΤΡΟΥΘΟΚΑΜΗΛΟΣ, i. q. *στρουθιοκάμηλος, struthio.* בַּת יַעֲנָה, *filia struthionis. Symm.* Iob. XXX, 29. Thren. IV, 3. *Aqu. Symm. Theod.* Ies. XIII, 21. XLIII, 20. *Aqu. Symm.* Mich. I, 8. *Al.* Ies. XLIII, 20. - תַּנִּין, in plur. contr. תַּנִּים, *draco. Symm.* Iob. XX, 29. Conf. *Sturzium* de *dial. Alex.* p. 195. sequ.

ΣΤΡΟΥΘΟΣ, passer, passerculus, it. *struthio, struthiocamelus*, in qua significatione vulgo ei additur *μεγας*,

aut κατάγαιος, aut λιβυκὸς etc. Vide *Iacobsii anim.* in *Anthol. Gr.* Tom. XI. p. 15. דְּרוֹר, *hirundo.* Prov. XXVI, 2. *Aqu.* Ps. LXXXIII, 3. - בַּת יַעֲנָה, *filia struthionis.* Lev. XI, 16. Deut. XIV, 15. Iob. XXX, 29. Ies. XLIII, 20. - תַּנִּין, in plur. contr. תַּנִּים, *draco.* Ierem. X, 21. XXIX, 32. *Hesych.* στρουθὸς, ὁ καταφερὴς καὶ λάγνος. Ἀττικοὶ δὲ τὰς στρουθοκαμήλους. Conf. *Bocharti Hieros.* P. II. Lib. II. c. 14. p. 220. et *Locella* ad *Xenoph. Ephes.* p. 155. sequ.

ΣΤΡΟΦΕΥ'Σ, *vertebra: cardo in foribus, qui circumvertitur. Ioseph. B. I.* VII, 26. Unde Ἑρμῆς στροφαῖος, qui ad fores cardinum ponebatur. Vide *Hesychium* s. v. στροφαῖος. גְּלִילִים plur. ex גָּלִיל, *versatiles.* 1 Reg. VI, 33. - מְחַבְּרוֹת plur. *iuncturae.* 1 Par. XXII, 3. ubi pro στροφεῖς al. male τροφεῖς. Absorpta autem est litera σ huius vocis a praecedente vocula τοὺς, quae etiam desinit in ς. Conf. *L. Bos Obss. Critt.* p. 191. - צִיר, *cardo ianuae. Aqu.* Prov. XXVI, 14. στροφέα.

ΣΤΡΟΦΗ', *versio, flexus,* metaphorice: *stropha, versutia.* Sir. XXXIX, 2. ἐν στροφαῖς παραβολῶν, in *versutiis* parabolarum, h. e. acutis et subtilibus sententiis ingeniose pronuntiatis.

ΣΤΡΟΦΑΙ' ΛΟ'ΓΩΝ, *flexus verborum, strophae, fallaciae sermonum.* מוּסָר, *eruditio.* Prov. I, 3. δέξασθαί τε στροφὰς λόγων, et ad capiendas *strophas* verborum. Conf. Sap. VIII, 9. Στροφαὶ λόγων *Bielio* hic videntur eadem, quae *Ciceroni* lib. IV, 24. *Acad. QQ.* audiunt *contorta sophismata,* vel *tortuosum genus disputandi. Lex. Cyrilli MS. Brem.* στροφὰς, ἀντιλογίας, διαστροφάς. A vocabulo στροφὴ originem duxere Romanorum *strophae:* celebris est illa vox in *Plautinis* fabulis, et plerumque dolis iungi solet. Hinc et in Glossis: *Strophosus,* δόλιος. Vide *Hemsterhusii not. ad Pollux.* Lib. IX. c. 8. p. 1118. His a *Bielio* notatis ad h. v. liceat addere sequentem observationem *Iaegeri* ad h. l.: Στροφὰς graeca consuetudo dixit in partem deteriorem de *artibus ad decipiendum comparatis.* Conf *Schol. Aristoph. Plut.* 1154. et *Budaei Comment. Gr. L.* p. 319. Eodem sensu migravit quoque haec vox in Latium, unde apud *Phaedr.* I, 14, 4. *verbosae strophae* sutoris in re parum laudabili. Hoc sensu si Prov. l. l. sumeretur, δέξασθαι non *discere* foret, sed *sentire, intellegendo deprehendere ad cavendum.* Sed στροφαὶ λόγων a Scriptore *Sapientiae* l. l. etiam in laudem dicuntur de *acute dictis* artificiosaque et erudita orationis conformatione ea, quae est in similitudine, aenigmate, allegoria. Sic Prov. l. l. accipiendum videtur, ut explicatio ducta sit ab *acuendi* notione, quam voci יָסַר vindicavit *Michaelis* in *Supplementis ad lexica hebr.*

ΣΤΡΟ'ΦΙΓΞ, *cardo ostii.* צִיר, idem. Prov. XXVI, 14. Est i. q. στροφεὺς, a στρέφω, *verto.*

ΣΤΡΟ'ΦΟΣ, in universum: *aliquid tortum et torquens*, speciatim *lorum contortum* vel *torquens*, *funis*, *fascia*, it. *dolor intestinorum*. Sir. XXXI, 23. στρόφος μετὰ ἀνδρὸς ἀπλήστου, *dolor intestinorum* cum homine insatiabili. Ad quem locum *Grotius: Celsus* 2. 6. στρόφον *interpretatur*, *ubi circa umbilicum intestina torquentur. In Glossis:* στρόφος, *torsio*.

ΣΤΡΟΦΩΤΟ'Σ, *versatilis*. מוּסָב part. Hoph. a סָבַב. Ezech. XLI, 24.

*ΣΤΡΥΝΦΑΛΙ'Σ. חֲרִצֵי, *formellae*. 1 Sam. XIII, 18. sec. cod. *Alex*. ubi *Ald*. et *Compl*. pro στρυνφαλίδας rectius habent τρυφαλλίδας. Vide infra.

*ΣΤΡΥ'ΧΝΟΣ, *solanum*, *herba*. חַיִל, *exercitus*. Iob. XX, 18. sec. *Cod*. *Alex*. ubi alii στρίφνος habent, quod vide supra. *Etym*. *M*. 771, 32. Τρύχνον, τὴν πόαν λέγουσι θηλυκῶς, στρύχνον δὲ σὺν τῷ σ οὐδαμῶς εὗρον: ubi tamen videndus *Sylburgius*.

ΣΤΡΩ~ΜΑ, *stratum*, *lectus*. יָצִיעַ, idem. *Aqu*. 1 Reg. VI, 10. - מַכְבֵּר, *vestis stragula*. *Al*. 2 Reg. VIII, 15. sec. *Compl*. et ita legit quoque *Theodoretus*. Reliqui retinuerunt vocem hebr. - מִשְׁכָּב, *cubile*. Prov. XXII, 27.

ΣΤΡΩΜΝΗ', *stratum*, *lectus*. יָצוּעַ, idem. Gen. XLIX, 4. Iob. XVII, 13. Ps. CXXXI, 13. *Aqu*. Ps. LXII, 3. - מִפְרָשׂ, *extensio*. Ezech. XXVII, 7. - מַצָּע. *Symm*. Ies. XXVIII, 20. - עֶרֶשׂ, *sponda*. Ps. VI, 6. Amos. VI, 4. Esth. I, 6. - רָפַד, *sterno*. Iob. XLI, 22. *Hesych*. στρωμνὴ, κοίτη. *Suidas*: στρωμνὴ, ἡ κλίνη.

ΣΤΡΩΝΝΥ'Ω, ΥΜΙ, *sterno*. *אֵטוּן, *linum xylinum*. Prov. VII, 16. ἔστρωσα. N. L. Fortasse אֵטוּן prorsus omiserunt in versione. Vide s. v. ἀμφίταπος. - *דִּבֶּר, *loquor*. 1 Sam. IX, 25. sec. *Compl*. ἔστρωσαν. דָּבַר aliquando videtur significare *sternere*, *subiicere* in Hiph., v. c. Ps. XLVII, 4. et XVIII, 48. *Hieronymus* utramque versionem secutus reddit: *et locutus est cum Saule in solario, stravitque Saul in solario*. Fortasse etiam legerunt רָפַד, aut רָבַד. Vide notata supra s. v. διαστρωννύω. - חִלֵּל Pih. *profano*. Ezech. XXVIII, 7. στρώσουσι τὸ κάλλος σου. Στρωννύειν h. l. videtur accipiendum esse in notione *destruendi* et *evertendi*, ut κάλλος *opera pulcherrima* aut *splendida* significet. Nec tamen repugnarem, si quis μιανοῦσι loco στρώσουσι legere mallet. - יֻצַּע Pyh. vel Hoph. a יָצַע. Esth. IV, 3. Ies. XIV, 11. - כְּבוּדָּה foem. *honorata*. Ezech. XXIII, 41. ἐπὶ κλίνης ἐστρωμένης, in lecto bene strato, adeoque honoratioribus destinato. - מָחַץ, *frango*. Iob. XXVI, 12. ubi tamen pro ἔστρωσεν *Grabius* iudicat legendum ἔτρωσεν, *vulneravit*. *Vulg*. *percussit*. Vide *Grabii Proleg. in LXX* T. IV. c. 4. §. 2. Sed מָחַץ etiam *prosternendi* significationem admittit. Conf. versionem *Symmachi*. - מְשֻׂכָה, *sepimentum*. Prov. XV, 20. ἐστρωμέναι. שְׂכָךְ, ut סָכַךְ,

est *tegere*, *operire*. - *נָטָה, *extendo*. 2 Sam. XXI, 10. sec. ed. *Compl*. - רִפֵּד Pih. *sterno*. Iob. XVII, 13.

ΣΤΥΓΕ΄Ω, *odio prosequor*, *exhorresco*, *extimesco*, *terribilem reddo*, *tristor*. 2 Macc. V, 8. στυγούμενος ὡς τοῦ νόμου ἀποστάτης, odio habitus, ut legis apostata. 3 Macc. II, 31. στυγοῦντες, quod versio in *Bibl. Polyglott. Anglic.* reddit *honorantes*, ad quem locum observat *Flaminius Nob.*, hac notione interdum sumi στυγεῖν, notare Grammaticos. Addit tamen, in quibusdam codicibus legi στοιχοῦντες, quasi *ascendentes per gradus civilium honorum*. *Gloss. Brem.* στυγούμενος, μισούμενος, ἀποτρόπαιος.

ΣΤΥΓΝΑ΄ΖΩ, *contristor*, *tristis sum*, etiam *percellor*, *obstupesco*. שָׁמַם, *obstupesco*. Ezech. XXVII, 35. XXVIII, 19. XXXII, 10. Conf. Marc. X, 22. et ad h. l. *Keuchenium*. Eodem sensu στύγω occurrit. *Hesych.* ἔστυγεν, κατεπλάγη. Confer quoque *Lexicon N. T.* s. h. v.

ΣΤΥΓΝΟ΄Σ, *perturbatus*, *perplexus*, it. *horrendus*, *tristis*. שׁוֹבָב, *aversus*. Ies. LVII, 17. ἐπορεύθη στυγνὸς, ibat *perplexus*. Sap. XVII, 5. τὴν στυγνὴν ἐκείνην νύκτα, *horrendam* illam noctem s. potius *tenebricosam et atram*. Eodem sensu στυγνάζω sumitur Matth. XVI, 3. ubi στυγνάζων ὁ οὐρανὸς opponitur τῇ εὐδίᾳ, *coeli serenitati*. Conf. *Polyb.* IV, 21. ubi quoque στυγνότης de *coeli tristitia* dicitur.

**ΣΤΥΓΝΟ΄Σ ΓΙ΄ΝΟΜΑΙ*. בְּנַס chald. *saevio*, *irascor*. Dan. II, 12. sec. cod. *Chis.* στυγνὸς γενόμενος.

ΣΤΥ΄ΛΟΣ, *columna*. כֹּתֶרֶת, *coronamentum*. 1 Reg. VII, 40. - מַצֵּבָה, *statua*. Ierem. XLIII, 13. - עָב, *densitas*. Exod. XIX, 9. ἐν στύλῳ νεφέλης. Ita transtulerunt, ratione habita עַמּוּד עָנָן, quae saepe in Exodo commemoratur, sensu eodem. - עֹמֶד infin. *stando*. 2 Par. XXXIV, 31. ἔστη ὁ βασιλεὺς Ἰωσίας ἐπὶ τὸν στύλον αὐτοῦ, stabat rex Iosias in *statione* sua. Conf. 2 Par. XXIII, 13. XXX, 16. XXXV, 10. et *Heinsii Exerc. Sacr.* p. 482. - עַמּוּד. Exod. XIII, 21. ἐν στύλῳ νεφέλης, in *columna* nubis, h. e. in *densa* nube (coll. Sir. XXIV, 4. nisi ibi de *montibus altissimis* cogitare malis). Ibid. ἐν στύλῳ πυρὸς, in *nube* ignea. Iud. XX, 40. στύλος καπνοῦ, *columna fumi*, h. e. *fumus columnae instar ascendens*. Iob. XXVI, 11. στύλοι οὐρανοῦ, *columnae coeli*. Ita vocantur *montes*, qui sublimi vertice sidera feriunt, et summi laquearia tecti ad *columnarum* instar sustentare videntur. Conf. Nah. I, 5. ubi, quod Iob. l. c. de *coeli columnis* dixit, de *montibus* dicitur. Sic et montes omnes excelsos valde κίονας, *columnas*, appellari docet *Eustathius* ad *Odyss.* α΄, v. 53. ubi *Atlas* dicitur sustinere κίονας μακρὰς, quae terram et coelum ἀμφὶς ἔχουσιν, i. e. διείργουσιν, ut *Schol.* ibid. h. e. *intersepiunt* et *discapedinant*, qua voce Glossae utuntur. Similiter *Aetnam* Pindarus οὐρανίαν κίονα vocat.

Vide *Alberti Peric. Crit.* p. 3. *Inc.* Iud. XVI, 25. עַמּוּדִים, δύο στύλων. Conf. v. 29. - קְרָסִים plur. *ansulae.* Exod. XXVI, 33. Legerunt forte קְרָשִׁים. - קֶרֶשׁ, *asser.* Exod. XXVI, 15. XXXV, 10. et alibi saepius. - שַׁעַר, *porta.* Ezech. XL, 19. Sap. XVIII, 3. στύλος πυριφλεγὴς, columna s. *nubes* ignea. Sir. XXXVI, 24. uxor bona appellatur στύλος ἀναπαύσεως mariti: ubi στύλος *quodvis fulcrum* notat, *quo nitimur.* - Vide supra s. ἄσηπτος.

ΣΤΥΛΟ'Ω, *columnam erigo.* נָצַב, *pono, statuo, erigo.* *Al.* Thren. III, 12. ἐστύλωσε.

ΣΤΥΠΠΕ'Ι'ΝΟΣ, *stupeus, ex stupa factus,* a στύππη, vel στύπη, *stupa.* פִּשְׁתָּה, *linum.* *Al.* Lev. XIII, 59. ubi alii στυππυΐνου. *Hoeschelius* not. ad *Phrynich.* p. 111. στυππεΐνου legendum coniicit.

ΣΤΥΠΠΕΙ'ΟΝ, ΣΤΥΠΕΙ'ΟΝ, *stupa.* נְעֹרֶת, *stupa ex lino excussa.* Iud. XVI, 9. *Vulg. filum de stuppae tortum putamine.* Al. Ies. I, 31. στυπεῖου. Cant. tr. puer. 17. *Suidas:* Στυππεῖον, στύππιον δέ. τὸ μὲν σημαίνει τὸ τῆς ἐλαίας ὀστοῦν· τὸ δὲ, ὅθεν τὸ λίνον νήθεται.

ΚΑΛΑ'ΜΗ ΣΤΥΠΕΙ'ΟΥ, *culmus stupae.* נְעֹרֶת, *stupa ex lino excussa.* Ies. I, 31. Conf. *Lobeckium* ad *Phrynichum* p. 261.

ΣΤΥΠΠΙ'ΟΝ, i. q. στυππεῖον, *stupa.* פִּשְׁתָּה, *linum.* Iud. XV, 14. *Al.* Lev. XIII, 47. στυππίῳ. - נְעֹרֶת, *stupa ex lino excussa.* *Symm.* Ies. I, 31. στυππίου. Adde Iud. XVI, 9. ubi conf. var. lect. Vide et Sir. XXI, 10. στυππίον συνηγμένον, stupa collecta, in unum coacta, h. e. *fomentum et pabulum irae divinae.* *Hesych.* στυππίον, τὸ λίνον.

ΣΤΥΡΑ'ΚΙΝΟΣ, *styracinus, ex styrace arbore factus.* לִבְנֶה, *populus alba.* Gen. XXX, 37. ῥάβδον στυρακίνην, virgam ex arbore styrace: ubi in nonnullis libris legitur σταρυκίνην, aperte vitiose.

ΣΤΥ'ΡΑΞ, arboris nomen (de qua vide *Bocharti Hieroz.* P. II. lib. IV. c. 12.), it. *lacryma*, vel: *liquor inde manans.* נְכֹאת plur. *aroma contusum.* *Aqu.* Gen. XXXVII, 24. et XLIII, 11. ubi LXX θυμίαμα. *Hesych.* Στύραξ, πόλις Εὐβοίας, καὶ σαυρωτὴρ τοῦ δόρατος καὶ λόγχη, καὶ δένδρον ὁμωνύμως καὶ θυμίαμα. *Thomas Mag.* στύραξ μὲν θυμίαμά τι. Λιβάνιος ἐν τῷ περὶ τῆς ἑαυτοῦ τέχνης· Στύρακος ἅμα ὀσμῇ θεραπεύσας τὸν θεόν. Conf. *Dioscoridem* lib. I. c. 80. *Strabonem* lib. XII. p. 856. et *Hillerum Hierophyt.* P. I. c. 23. §. 4. p. 229.

ΣΥ', *tu*, in sing. et plur. ὑμῶν, ὑμῖν, ὑμᾶς. *אָכֵן, *vere.* Ps. LXXXI, 7. ὑμεῖς δέ. Sed legendum ἰδοὺ δὴ ex *Iustino M. Dial.* c. *Tryph.* p. 353. - *אֶת. Cohel. V, 6. σὺ δὲ τὸν θεὸν φοβοῦ sec. cod. *Vat.* ubi σὺν reponendum est e cod. *Alex.* et ed. *Ald.* - אֶת־מָה, *quod.* Ierem. XXIII, 33. Lege-

runt coniunctim אֲחַת הַמִּשָׁה. - *גַּבְּךָ, *tergum tuum.* LXX sec. *Hex.* 1 Reg. XIV, 9. σου. Eleganter. Nam גַּו h. l. abundat. - *לֹא, *non.* Hos. XIII, 12. σου φρόνιμος. Ita quoque *Arabs.* Sed legendum οὐ φρόνιμος. Σ ex antecedente voce υἱὸς male adhaesit. In m. cod. Barb. legitur ἀνόητος, quod fortasse est *Theodotionis.* - לְךָ, *tibi.* 2 Par. XXVI, 18. οὐ σοὶ (sc. ἐστὶ), Ὀζία, θυμιάσαι τῷ Κυρίῳ, non *tibi licet,* Ozia, adolere Domino. - לָכֶם, *vobis.* Mich. III, 1. οὐχ ὑμῖν ἐστι τὸ γνῶναι τὸ κρίμα; nonne *decet vos* scire ius? Vide et 2 Par. XIII, 5. et *Keuchenium* in Matth. XX, 23. p. 83. - *עַתָּה, *nunc.* 2 Sam. XVIII, 3. 2 Reg. I, 18. Legerunt cum *Vulg.* et *Ionath.* וְאַתָּה, quemadmodum ibid. v. 20. e contrario legerunt וְעַתָּה. Vide *Buxtorfii Anticrit.* p. 574. sequ. - קֶרֶב, *medium, intimum.* Exod. XXXIII, 25. XXXIII, 3. 8. Num. XI, 20. et alibi saepius. - שַׁעַר, *porta.* Exod. XX, 10. παροικῶν ἐν σοί. Prov. IV, 19. pro σῶν ante χαρίτων mihi τῶν legendum esse videtur. Ierem. XLIX, 4. ubi σοῦ post πεδίοις apud LXX sec. *Hex.* videtur esse hebr. זָב, *fluxit,* graecis literis expressum. Ierem. LI, 20. pro ἐν σοῦ lege ἐν σοί. In textu hebr. legitur בָּךְ.

*ΣΥ ΕΙ, *tu es.* אוֹתָה. Hos. IV, 19. Legerunt אַתָּה, *tu.* Sed *Arabs* habet *supervenit,* أَتَت, quae exprimit hebr. אָתָה, *venit.* *Bahrdtius* coniicit, eum legisse σύει, *movebit,* quasi se movebit, h. e. veniet in alas eius. *Hieronymus* autem legit: συρίει vel συρίζει (reddidit enim *sibilavit*), sed, ut videtur, vitiose. Conf. *Cappelli Crit. Sacr.* p. 509. - Vide alibi θεός.

ΣΥ ΜΟΝΩΤΑΤΟΣ, *tu solus.* אַתְּ, *tu.* *Al.* Iud. XI, 35. σὺ μονωτάτη εἰς σκῶλον ἐγένου, tu sola in offendiculum facta es. Sic enim pro σεμνοτάτη, quod *Grabius* in edit. Cod. Alex. supplevit, legendum coniicit *L. Bos. Proleg. in LXX Intt.* c. 3.

ΣΥΓΓΕΛΑΩ, *una video.* Sir. XXX, 10. μὴ συγγελάσῃς αὐτῷ, ἵνα μὴ συνοδυνηθῇς, ne rideas una cum illo, ne dolendum sit tibi una cum illo. *Euripid. Erechth.* v. 22.

ΣΥΓΓΕΝΕΙΑ, *cognatio.* דוֹד, *dilectus,* it. *patruus.* Lev. XX, 20. - דּוֹר, *aetas.* Ies. XXXVIII, 12. - טַף, *parvulus.* Gen. L, 8. - יָנָה, *opprimo.* Ps. LXXIII, 9. Hic legerunt נִין, *soboles, prosapia.* - מוֹלֶדֶת. Gen. XII, 1. - מִשְׁפָּחָה, *familia.* Exod. VI, 14. XII, 21. Iud. XVII, 7. sec. Hex. *Aqu. Symm.* Ps. XXI, 28. - *מִשְׁפָּחָה מַטֶּה, *familia extensionis s. tribus.* Ios. XXI, 5. et 6. sec. *Compl.* - תּוֹלְדוֹת plur. Exod. VI, 16. 19. Num. I, 20. et alibi. Sir. XXII, 6. *familia.* Sap. VIII, 17. ἔστιν ἀθανασία ἐν συγγενείᾳ σοφίας, ubi συγγένεια est *familiaritas, arctissima coniunctio, amicitia,* i. q. φιλία in sequ. *Ioseph. B. I.* IV, 9. p. 301. ed. *Hav.* διὰ συγγένειαν ἠθῶν.

ΣΥΓΓΕΝΗ'Σ, *cognatus*. בֶּן מֶשֶׁק, *filius procurator*.
Symm. Gen. XV, 2. - גֹּאֵל part. *redemtor*. 1 Reg. XVI, 11. -
*דּוֹד, *patruus*. Lev. XX, 20. τῆς συγγενείας sec. *Vat*. abs-
tracto posito pro concreto. - דּוֹדָה, *amita*. Lev. XVIII,
14. XX, 20. - זְרוֹעַ, *brachium*. Ezech. XXII, 6. Legerunt
לְזַרְעוֹ, mutatis tantum punctis. Consanguineos Hebraei זֶרַע
vocant et בָּשָׂר. Ies. XLVIII, 7. - מִשְׁפָּחָה, *familia*. Lev.
XXV, 45. Ios. XXI, 27. - רַךְ, *tener*, *mollis*, *delicatus*. 2
Sam. III, 39. quasi legissent אָח, quod *quemvis consangui-
neum* notat, aut דּוֹד, sed admodum inepte. Adde 1 Macc.
X, 89. ubi pro συγγενέσι cod. *Alex*. συγγενεῦσιν habet, ubi
sine dubio legendum est συγγονεῦσιν.

*ΣΥΓΓΗΡΑ'ΣΚΩ, *consenesco*. Sir. XI, 16. τοῖς γαυ-
ριῶσιν ἐπὶ κακὰ συγγηρᾷ κακία. Leguntur haec in ed. *Compl*.
Cod. *Aug*. *Hoeschelii* et in verss. *Vulg*. *Syr*. *et Arab*. *Hero-
dot*. lib. III. p. 211, 33. γηράσκοντι δὲ συγγηράσκουσι. *Isocr*.
Paraen. *ad Demon*. col. 4, 5. Legitur et συγγηράω apud
Eurip. *Inc*. *Trag*. v. 132. p. 508.

ΣΥΓΓΙ'ΝΟΜΑΙ, *simul sum*, *conversor*, item: *coeo*,
concumbo. יָדַע, *cognosco*, etiam: *coeo*. Gen. XIX, 5. ἐξάγαγε
αὐτοὺς, ἵνα συγγενώμεθα αὐτοῖς, educito illos, ut *concumba-
mus* cum illis. Conf. Iudith. XII, 15. Susann. v. 11. et 38.
et *Fesselii Advers*. *Sacr*. lib. II. c. 20. p. 152. Sic etiam
Aelianus V. *H*. XII, 63. ὄναρ αὐτῇ συνεγένετο, per somnium
cum illa *rem habuit*. - *רָבַע, *accumbo*, *coeo*. *Inc*. Lev.
XX, 16. συγγενέσθαι sec. cod. *Lips*. *K*. - *שָׁכַב. LXX sec.
cod. *Oxon*. seu potius *Inc*. *Int*. Gen. XXXIX, 10.

ΣΥΓΓΙΝΩ'ΣΚΩ, *simul sentio*, *conscius sum*, *cognosco*,
existimo, *ignosco*. 2 Macc. XIV, 31. συγγνοὺς, *intellegens*.

ΣΥΓΓΝΩ'ΜΗ, *concessio*, *venia*. Prol. Sir. συγγνώμην
ἔχειν, *veniam dare*, *ignoscere*. Eadem formula legitur quo-
que Sir. III, 12. et 2 Macc. XIV, 20. sec. *Alex*. Cf. *Aelian*.
V. *H*. V, 17. *Suidas*: συγγνώμη, συγχώρησις, et paulo post:
λαμβάνεται δὲ τὸ ὄνομα ἐπὶ τῆς ἀφέσεως καὶ συγχωρήσεως.

*ΣΥΓΓΝΩΜΟΝΕ'Ω, *veniam do*, *ignosco*. 4 Macc. V,
13. Descendit a συγγνώμων, h. e. συμπαθὴς, οἰκτίρμων,
Suida interprete.

ΣΥ'ΓΓΝΩΣΤΟΣ, *dignus*, *cui aliquid concedatur*, *venia
dignus*. Sap. VI, 6. σύγγνωστός ἐστιν ἐλέους, *dignus* est, cui
misericordia exhibeatur. Sap. XIII, 8. οὐδ' αὐτοὶ σύγγνωστοι,
neque ipsi venia *digni*. *Vulg*. *nec his debet ignosci*. *Lex*.
Cyrilli MS. *Brem*. σύγγνωστος, προφανὴς, ἄξιος ἐλέους.

*ΣΥΓΓΟΝΕΥ'Σ, *qui est ex eadem cognatione*. Resti-
tuenda est haec vox codici *Alex*. 1 Macc. X, 89. ubi nunc
legitur συγγενεῦσιν. Vide supra s. v. συγγενής.

ΣΥΓΓΡΑΦΕΥ'Σ, *scriptor*, *historicus*. 2 Macc. II, 29.

ΣΥΓΓΡΑΦΗ', *scriptio*, peculiariter de *scriptione historica* dicitur: *liber*, *syngrapha*, *chirographum*, *stipulatio*, *cautio*, it. *scriptum*. כָּתַב סֵפֶר, *scribo librum*. Iob. XXXI, 36. συγγραφὴν δὲ, ἣν εἶχον κατά τινος, *chirographum* vero, quod habebam contra aliquem. Conf. Tob. VII, 16. ubi *pactionem coniugii constituti et contracti* notat, *pactum coniugale*, 1 Macc. XIII, 42. et *Aelianum V. H.* lib. IV. c. 1. Adde *Salmasium de modo usurar.* p. 471. 1 Macc. XIV, 41. ὅπως γράφωνται ἐπὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ πᾶσαι αἱ συγγραφαὶ ἐν τῇ χώρᾳ, ut scribantur in nomine eius omnia *publica scripta* in regione.

ΣΥΓΓΡΑΦΗ` ἈΔΙΚΟΣ, *syngrapha*, *scriptura iniqua*. מוֹטָה, *iugum*, *lorum iugi*. Ies. LVIII, 6. Bene quoad sensum. Sermo enim ibi est de debitoribus, et *chirographum* commode *iugum* dici potest, quia molestum est, et vim obligandi habet. Vide ad h. l. *Montfauconium*.

ΣΥΓΓΡΑ'ΦΩ, *conscribo*, *describo*. כָּתַב, *scribo*. *Aqu.* Cohel. XII, 16. συνέγραψεν.

ΣΥΓΓΥΜΝΑΣΙ'Α, *communis exercitatio*, *commercium*, vel simpliciter: *exercitatio*. Sap. VIII, 18. συγγυμνασία ὁμιλίας, *contamen colloquii*.

ΣΥΓΚΑ'ΘΗΜΑΙ, *consideo*. יָשַׁב, *sedeo*. Exod. XXIII, 33. Psalm. C, 8.

ΣΥΓΚΑΘΙ'ΖΩ, idem, item *procumbo*. הֵשִׁיב Hiph. a נָשַׁב, *sufflo*, *difflo*. Gen. XV, 11. συνεκάθισεν αὐτοῖς. Derivantes a יָשַׁב legerunt procul dubio וַיֵּשֶׁב, nulla analogiae ac seriei orationis ratione habita. – הֵשִׁית יָד Hiph. *pono manum*. *Al.* Exod. XXIII, 1. συγκαθίσῃ, ubi in notione *conspirandi* legitur. – יָשַׁב, *sedeo*. Exod. XVIII, 13. Ierem. XVI, 16. – *כָּרַת. LXX sec. ed. *Compl.* Exod. XXIII, 32. Συγκαθίζειν διαθήκην in hac orationis serie esset: *in consessu solemni foedus pangere*. Sed dubito, an ita per usum loquendi dici possit. Praeferenda igitur est lectio reliquorum librorum συγκαταθήσῃ, e qua per compendium scribendi συγκαθίσῃ facile oriri potuit. – רָבַץ, *cubo*. Num. XXII, 27. ἡ ὄνος συνεκάθισεν ὑποκάτω Βαλαάμ, asina *procumbebat* sub Bileamo. Eodem sensu verbum συγκάθημαι usurpatur. Sic in *Luciani Pseudol.* T. II. p. 443. συγκαθήμενος εἰς γόνυ dicitur *procumbens in genu*, et in *Basilii M. Orat. Mor.* XII. p. 343. χαμαὶ συγκαθῆσθαι, *humi procumbere*. Vide *Mai Obss. Sacr.* lib. IV. p. 264. Vide et 3 Esdr. IX, 6. 16.

ΣΥΓΚΑΘΥΦΑΙ'ΝΩ, *simul intexo*, *contexo*. Hinc phrasis σὺν χρυσῷ καὶ ὑακίνθῳ συγκαθυφασμένος, *cum auro et hyacintho contextus*, respondet hebraico צְנִיפוֹת plur. *mitrae*. Ies. III, 22. Praeterea legitur Exod. XXVIII, 17. sec. 4 codd. *Holm.* pro מִלֵּא, *impleo*, ubi *Philo* I, 60. συνυφανεῖς habet.

ΣΥΓΚΑΙ'Ω, *simul uro, comburo.* אָכַל, *edo.* Gen. XXXI, 40. ἐγενόμην τῆς ἡμέρας συγκαιόμενος τῷ καύματι, καὶ τῷ παγετῷ τῆς νυκτός. *Hieron. urebar.* Ibi συγκαίειν etiam de *gelu* ac *frigore* adhibetur. Bene. Sic enim etiam profani auctores loquuntur, ut exustionem non minus gelu ac frigori valido adscribant, quam igni, i. q. etiam rei naturae est conveniens. Vide supra s. v. ἐκκαίω. - הִדְלִיק Hiph. *accendo.* Ies. V, 11. - הִכָּה Hiph. a נָכָה, *percutio.* Ps. CXX, 6. ἡμέρας ὁ ἥλιος οὐ συγκαύσει σε, οὐδὲ ἡ σελήνη: ubi *Cappellus* statuit eos legisse כְּוִיָּה. Sed non permutarunt נָכָה et כָּוָה, sed sensum reddiderunt. *Sol non percutiet te* improprie et metaphorice dictum pro: *non uret te.* Solis enim proprium est *urere*, non *percutere.* Conf. *Drusii Obss.* lib. VII. c. 9. - הֵצִיק Hiph. a צוּק, *arcto. Symm.* Iob. XXXII, 15. συγκαίει. Ex sententia *Cappelli Crit. S.* p. 822. legit הִצִּיתַנִי, ab הִצִּית, *accendere, succendere.* Mihi autem sensum expressisse videtur, nam συγκαίειν h. l. sensu metaphorico pro *incitare* positum est. Nam verba *spiritus ventris mei me comburit* continent elegantissimam imaginem, qua indicatur ac describitur summa cupiditas, qua ad colloquia rapiatur, ac sensu minime diversam ab ea, quae in textu hebr. reperitur, *pectoris spiritus me coarctat*, h. e. paene suffocor prae cupiditate loquendi. - חָמַר, *ferveo, summo aestu affectus sum.* Iob. XVI, 6. συγκέκαυται. Respexerunt ad rad. כָּמַר, aut ad significationem, qua verbum חָמַר postea in Thalm. fuit usitatum, quod etiam vult *Rasi*, qui per נקמטו interpretatur. - חֲרִישִׁית, *silens.* Ion. IV, 9. *Ventus silens* est ibi, qui aestum solis spirando non minuit. - חֲשַׁשׁ, *gluma.* Ies. V, 24. - נֶעְתַּם Niph. *obscuror.* Ies. IX, 19. coll. arab. غتم, *aestus*, ab غتم, *combussit. Vitringae* sensum e loco collegisse videntur. - נָקַר, *perfodio.* Iob. XXX, 17. συγκέκαυται. Libere transtulerunt, de *febre* scilicet cogitantes. - שָׁזַף. *Aqu.* Cant. I, 5.

ΣΥΓΚΑΛΕ'Ω, *convoco.* קָרָא, *voco.* Exod. VII, 11. Ios. IX, 22. X, 24. et alibi saepius. - שִׁסַּע, *discindo, findo. Aqu.* 1 Sam. XXIV, 8. συνεκάλεσεν. Sed hanc *Aquilae* interpretationem non vacare suspicione mendi, vel esse prorsus metaphoricam, docet *Montfauconius. Bielius* coniecit συνέκλασεν. Eodem tamen iure scribi quoque posset συνέθλασεν. Quanquam autem *Aquila* ex utraque coniectura notionem verbi hebraici propriam expressit, tamen συγκλάω aut συνθλάω aeque ac vox hebraica sensu metaphorico h. l. accipiendum erit, ut suppleatur τὴν βουλήν, ac respondeat vernaculo *eines Willen brechen*, h. e. *cogere, ut aliquis sententiam suam mutet, ac a proposito suo recedat.* Caeterum

confirmat utramque coniecturam auctoritas *Vulg. Int.* qui habet *confregit.* Iudith. II, 3. *συνεκάλεσεν πᾶσαν τὴν κακίαν τῆς γῆς ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ*, h. e. *narravit iis, quali iniuria et contumelia ab illis populis affectus fuerit.*

**ΣΥΓΚΑΛΕ'Ω*, *convoco, congrego.* Iudith. II, 4. *ὡς συνεκάλεσε τὴν βουλὴν αὐτοῦ.* Lectio haec, quam *Ald.* et *Compl.* habet, ob v. 2. praeferenda est τῷ *συνετέλεσε Cod. Vat. Philoxen. Gloss. συγκαλῶ, convoco, concieo, percito.*

ΣΥΓΚΑ'ΛΥΜΜΑ, *cooperimentum, operimentum, tegumentum.* כָּנָף, *ala, ora.* Deut. XXII, 30. XXVII, 20.

ΣΥΓΚΑΛΥ'ΠΤΩ, *cooperio, contego.* בָּכָה, *fleo.* Ps. LXVIII, 13. *συνεκάλυψα ἐν νηστείᾳ τὴν ψυχήν μου.* Ita latini fere et graeci libri omnes. Sed veram lectionem servavit Cod. *Vat. συνέκαμψα*, ut ex *μ* litera una librarius fecerit duas *λυ.* Lectio haec non modo ad rem aptior esse videtur, verum etiam cum aliis SS. locis convenientior, v. c. Ps. LVI, 6. XXXIV, 13. Vide quoque supra s. *καλύπτω* et infra s. v. *συγκάμπτω. Trommio* legisse videntur סָכַךְ. – גָּהַר, *pronum me expando.* 2 Reg. IV, 35. ubi pro *συνεκάλυψεν* nonnullis videtur legendum *συνέκαμψεν*, h. e. *inflexit, incurvavit se*, ut idem Cod. *Vat.* habet. Vide ad h. l. notas *L. Bos.* Sed dum se pronum super puero expandebat, contegebat eius corpus eo consilio, ut incalesceret. – הֵסֵב Hiph. a סָבַב, *circumdo.* 1 Reg. XXI, 4. – הִתְחַפֵּשׂ Hithp. *muto me, dissimulo.* 1 Sam. XXVIII, 8. *συνεκαλύψατο, cooperta facie sua se dissimulavit. Vulg. mutavit habitum suum.* Arab. حشف, *vestem induit tritam.* 1 Reg. XXII, 30. 2 Par. XVIII, 29. sec. *Vat.* – כִּסָּה Pih. Gen. IX, 23. Iud. IV, 18. 19. et alibi. – סָרַח, *redundo.* Exod. XXVI, 13. Sir. XXVI, 9. Dan. XIII, 39. sec. cod. *Chis.*

ΣΥΓΚΑ'ΜΠΤΩ, *simul inflecto, incurvo, contorqueo.* הֵמְעִיד Hiph. *nutare facio.* Ps. LXVIII, 23. vel 24. – בָּכָה, *fleo. Al.* Ps. LXVIII, 13. *συνέκαμψα.* Dici quidem posset, LXX libere vertisse, quia viderent, non commode dici posse: *flevi in ieiunio animam meam:* magis tamen placet statuere, eos legisse אֶכְבַּע, a כָּבַע, *humiliavit, depressit*, quam lectionem quoque secutus est *Syrus* et *Psalter. Aethiop.* Ex opinione *Koehleri* legerunt וָאִמְּכָה fut. Niph. a מָכַךְ. *Vulgatus* habet: *operui.* Videtur igitur legisse apud LXX *συνεκάλυψα.* Fortasse quoque LXX scripserant *συνέκλαυσα.* Probat quoque hanc coniecturam *Kreyssigius*, cui librarii primum *συνέκλαυσα* scripsisse videntur, quod deinde in *συνεκάλυψα* et *συνέκαμψα* mutatum est. Conf. *Bosii* notas ad 2 Reg. IV, 35. ac *Valckenar.* ad *Theocriti Adon.* p. 229. – גָּהַר, *pronum me expando. Al.* 2 Reg. IV, 34. et 35. – כָּרַע. *Theod.* et LXX sec. cod. *Coislin.* Iud. V, 27. *συγκάμψας.* Vide ad h. l. *Scharfenbergium.*

ΣΥΓΚΑ'ΠΤΩ, *comedo, devoro.* הִמְטִיר Hiph. *nutare facio. Al.* Psalm. LXVIII, 28. *σύγκαψον*, ubi alii libri rectius *σύγκαμψον* habent.

ΣΥΓΚΑΤΑΒΑΙ'ΝΩ, *condescendo, una descendo.* יָרַד אַחֲרֵי, *descendo post. Aqu. Symm. LXX* Ps. XLVIII, 18. Conf. *Cant. tr. puer.* v. 19. Sap. X, 14.

ΣΥΓΚΑΤΑΓΗΡΑ'ΣΚΩ vel *συγκαταγηράω*, *una consenesco.* Tob. VIII, 7. *αὐτῇ συγκαταγηράσαι*, *ei consenescere. Menandri fragm.* p. 104. ed. *Clerici.*

ΣΥΓΚΑΤΑ'ΓΝΥΜΙ, *confringo.* מָחַץ. *Symm.* Ps. LXVII, 24. *συγκατεάξῃ.* מָחַץ interdum notat *calcare, percutere pedibus.* Conf. *Simonis Lex. hebr.* p. 907.

ΣΥΓΚΑΤΑΚΑΛΥ'ΠΤΩ, *contego.* כִּסָּה Pih. idem. 2 Par. IV, 12. Praeterea legitur Num. IV, 14. in *Ald.* ubi nihil in textu hebr. respondet. Reliqui libri habent *συγκαλύψουσι.*

ΣΥΓΚΑΤΑΚΛΗΡΟΝΟΜΕ'Ω, *simul haereditatem occupo, simul possideo.* אָחַז, *possideo.* Num. XXXII, 30.

ΣΥΓΚΑΤΑΜΙ'ΓΝΥΜΙ vel *συγκαταμίγνύω*, *commisceo.* בּוֹא, *venio.* Ios. XXIII, 12. *συγκαταμιγῆτε αὐτοῖς*, ubi notat *necessitudinem* aut *familiaritatem contrahere cum aliquo. Eurip. Herc. Fur.* v. 673.

*ΣΥΓΚΑΤΑΡΙΘΜΕ'Ω, *una numero, una annumero si enumero.* Num. XXXII, 30. sec. cod. *Oxon.* *συγκαταριθμηθήσονται μεθ' ἡμῶν*, *nobiscum inter possessores nominabuntur:* ubi hebr. אָחַז respondere videtur, et alii habent *συγκατακληρονομηθήσονται.*

ΣΥΓΚΑΤΑΤΙ'ΘΗΜΙ, *simul statuo, conspiro, consentio.* *יָשַׁב. LXX sec. ed. *Ald.* Exod. XXIII, 33. Sed ibi pro *συγκαταθήσονται* sine dubio legendum est *συγκαθήσονται*, ut oculus librarii voce *συγκαταθήσῃ*, v. 32. obvia, deceptus videatur. – הֵשִׁית יָד Hiph. *pono manum.* Exod. XXIII, 1. *οὐ συγκαταθήσῃ μετὰ τοῦ ἀδίκου*, non *conspirabis* cum iniusto. *Compl.* ed. ibi habet *συγκαθίσῃ.* – כָּרַת, *seco.* Exod. XXIII, 32. *οὐ συγκαταθήσῃ αὐτοῖς καὶ τοῖς θεοῖς αὐτῶν διαθήκην*, non *foedus panges* cum illis et diis illorum. *Susann.* v. 20. *συγκατάθου ἡμῖν*, *consentias* nobis, seu *morem geras.* Conf. Luc. XXIII, 51. Inde *συγκατάθεσις*, *consensus.* Vide 2 Cor. VI, 16. ac *Lexicon N. T.* s. h. v. *Hesych.* et *Lex. Cyrilli MS. Brem.* *συγκατάθεσις*, *συμφώνησις.*

ΣΥΓΚΑΤΑΦΑ'ΓΟΜΑΙ, *simul devoro.* הִתְאַבֵּךְ Hithp. *elevo me.* Ies. IX, 18. *συγκαταφάγεται.* Legerunt יְאָכְלוּ vel יִתְאַבְּרוּ.

ΣΥΓΚΑΤΑΦΕ'ΡΟΜΑΙ, *una delabor, una descendo.* Ies. XXX, 30. (ubi *κατὰ τὸ ῥητὸν* nihil pro hoc verbo in textu hebraeo legitur) *ὡς ὕδωρ καὶ χάλαζα συγκαταφερομένη βίᾳ*, sicut imber et grando *una descendens* cum violentia quadam.

ΣΥΓΚΕΙΜΑΙ, q. d. *coniaceo*, h. e. *simul* seu *una positus sum*, *consisto*, *consto*, *compositus* s. *compactus sum*, it. *foedus feci*, *conspiravi*, *coniuravi*. *ברום, *genus vestium*. *Aqu.* Ez. XXVII, 24. συγκειμένοις. Arab. صرم notat *vestem ex duobus aut pluribus filis contextam*. - קָשַׁר, *conspiro*. 1 Sam. XXII, 8. ὅτι σύγκεισθε πάντες ὑμεῖς ἐπ' ἐμὲ, quod vos omnes *conspirastis* adversus me. Vitio typographico in *Hex.* editum est σώγκεισθε. *Suidas* et *Lex. Cyrilli MS. Brem.* σύγκεισθε, ὁμονοεῖτε. 2 Sam. XV, 31. sec. *Compl.* συγκειμένοις, *qui conspirarunt*. *Achilles Tat.* II. cap. 59. ὡς ἐπὶ συγκείμενον ἔργον, quasi ex compacto res ita ageretur. *Onosand. Strateg.* cap. 39. κατὰ τὴν συγκειμένην ὥραν, horam, de qua convenit. *Hesych.* συγκεῖσθαι, συνθήκην καὶ ὁμολογίαν ποιεῖσθαι. Sir. XLIII, 31. ἐν λόγῳ αὐτοῦ σύγκειται πάντα, verbo eius omnia *consistunt*. Conf. Col. I, 17.

ΣΥΓΚΕΝΤΕΩ, *compungo*, *confodio*, *contrucido*. 2 Macc. XII, 23. συγκεντῶν τοὺς ἀλιτηρίους, *stimulans* profanos.

ΣΥΓΚΕΡΑΝΝΥΜΙ, *commisceo*. *הִתְעָרַב chald. *misceo me*. Dan. II, 43. sec. cod. *Chis.* συγκραθῆναι. *Theod.* ἀναμίγνυται. 2 Macc. XV, 40.

**ΣΥΓΚΕΡΑΣΜΑ*, *temperamentum*, *mixtura*. נֶסֶךְ, *libamen*. Exod. XXX, 9. sec. cod. 106. *Holm. Ephraem. Syr.* Tom. I. p. 16. κατεσκευασμένων συγκερασμάτων ἡδονάς. *Philoxen. Gloss.* συγκέρασμα, *temperamentum*.

ΣΥΓΚΕΡΑΤΙΖΟΜΑΙ, *cornu pugno*, *cornibus ferio*, it. *confligo*. הִתְנַגַּח Hithp. Dan. XI, 34. συγκερατισθήσεται μετὰ τοῦ βασιλέως τοῦ νότου, *cornu certabit* cum rege austri. Caeterum h. l. apud *Theodot.* συνδικασθήσεται legendum esse docere conatus est *Kreyssigius* in *Obss.* in *Grr. Iobi Intt.* p. 22.

ΣΥΓΚΕΡΑΥΝΟΩ, *simul fulmino*, *una fulminando percutio*. 2 Macc. I, 16. βάλλοντες πέτρους συνεκεραύνωσαν τὸν ἡγεμόνα, iacientes lapides *una fulminando percusserunt* ducem. *Eurip. Bacch.* v. 1101. *Athen.* XIV. p. 628. B.

ΣΥΓΚΛΑΣΙΣ, *confractio*. מַהֲלֻמוֹת plur. *contusiones*. *Theod.* Prov. XIX, 29. συγκλάσεις.

ΣΥΓΚΛΑΣΜΟΣ, idem. קְצָפָה, *fractura*. *Al.* Ioel. I, 7. συγκλασμόν. Arab. قصف, *frangere*, unde *ramus arboris fractus* قصيف dicitur. Conf. *Schultensii Opera minora* p. 332. Vide quoque *Suidam* s. v. γομφιασμός.

ΣΥΓΚΛΑΩ, *confringo*. גָּדַע, *exscindo*. Ierem. L, 23. Thren. II, 3. *Theod.* Ps. LXXIV, 11. - הֶעֱמִיד Hiph. *stare facio*. *Al.* Ezech. XXIX, 7. συνέκλασας. Legit הִרְצַצְתָּ, quod cum רָצַץ saepe significationem permutat. - מָחַץ, *frango*. *Symm.* Iob. XXVI, 12. συγκλᾷ. *Theod.* Prov. XIX, 19. συγκλάσεις. - קִצֵּץ Pih. *amputo*. *Al.* Psalm. XLV, 29. συγκλάσει,

pro quo συνθλάσει habet *Eusebius H. E.* X, 1. - רָצַץ. Iud. IX, 53. Vide et in v. συγκαλέω.

ΣΥΓΚΛΕΙΣΜΑ, *iunctura*, *clausura*, *claustrum*, et inter opificia caelata numeratur 1 Reg. VII, 28. מִסְגֶּרֶת, *taenia*. 1 Reg. VII, 28. 34. 2 Reg. XVI, 17.

ΣΥΓΚΛΕΙΣΜΟΣ, *conclusio*, *ipsa actio concludendi*, *clausura*, *obsidio*, *carcer*, *constrictio*. חֲנֻיוֹת plur. *hospitiola*, *cellulae*, *mansiunculae*. *Al.* et *LXX* sec. ed. *Compl.* Ierem. XXXVII, 16. ubi συγκλεισμὸς *clausuram*, *carcerem* notat. Arab. حنى notat *flectere*. Hinc substantivum notat *flexa* s. *incurva ligna*, quibus malefici in carceribus includi solebant, ut incurvato capite et dorso in iis sederent. Graecis sunt κύφωνες, lat. *numella*. - מַסְגֵּר, *claustrum*, *carcer*. *Symm.* Ps. CXLI, 10. ἀπὸ συγκλεισμοῦ. Idem Ies. XXIV, 22. συγκλεισθήσονται εἰς συγκλεισμὸν, concludentur in *carcerem*. - מִסְגֶּרֶת. 2 Sam. XXII, 46. ubi συγκλεισμοὶ sunt *semitae*, quia milites eodem ordine et loco progredientes quasi conclusi lineis quibusdam videntur, et eandem viae lineam tenent. Mich. VII, 17. - מָצוֹר, *obsidio*. Ezech. IV, 3. 7. Conf. 1 Macc. VI, 21. - סָגוּר. Iob. XXVIII, 15. οὐ δώσει συγκλεισμὸν ἀντ' αὐτῆς. Ita quoque *Theodot*. *Hieron*. *aurum conclusum*. *Augustinus aurum inclusum*, ubi additur: *id est thesaurus*. *Vulg*. *aurum obryzum*. *Gregor. Theol.* συγκλεισμὸν ὀνομάζει τὰ χρήματα, διὰ τὸ ταῦτα ἀσφαλῶς ἡμᾶς συγκλείειν. Fortasse scripsit συγκλειστὸν, sc. χρυσίον, aurum conclusum, sc. in lapidibus, adeoque purum ab aliis metallis, de quo, an ita dici possit, metallici sunt audiendi. Hos. XIII, 8. συγκλεισμὸν καρδίας, *duritiem*, *densitatem et constipationem cordis*, h. e. *obstinationem et obdurationem animi*. - *סוּפָה, *turbo*. *Aqu.* Iob. XXXVII, 9. συσσεισμοὶ, al. (sec. cod. *Colbert.* et *Regium unum*) συγκλεισμός. Lectio συγκλεισμὸς vel prorsus huc non pertinet, et referenda est ad חֶדֶר, *penetrale*, initio commatis, vel, quod magis placet, mutanda est in συσσεισμός. Et ita vere *Aquilam* scripsisse puto, non autem συσσεισμοὶ, quia non verosimile est, eum plurali usum esse pro singulari סוּפָה. - צְעָדָה, *incessus*. *Al.* 2 Sam. V, 24. ubi etiam pro συγκλεισμοῦ reponendum erit συσσεισμοῦ. Conf. 1 Par. XIV, 15. In Cod. *Alex*. vitiose legitur συγλεισμοῦ, quae est vox nihili. - רַתּוֹק, *catena*. *Aqu.* Ez. VII, 23. συγκλεισμόν. 1 Macc. VI, 21. *locus conclusus et obsessus*, *arx obsessa*.

**ΣΥΓΚΛΕΙΣΤΗΣ*, *concludens*, *includens*. מַסְגֵּר, *faber ferrarius*. 2 Reg. XXIV, 16. sec. ed. *Compl.* ubi reliqui habent συγκλείων.

ΣΥΓΚΛΕΙΣΤΟΣ, *conclusus*, *iuncturis connexus*. מִסְגֶּרֶת. 1 Reg. VII, 27. ubi συγκλειστὸν idem dicitur esse, quod σύγκλεισμα. - סָגוּר part. Pah. 1 Reg. VII, 50.

ΣΥΓΚΛΕΙ'Ω, *concludo, occludo, coarcto, obsidione cingo, cogo*, it. *concludendum trado* vel *permitto*, it. simpliciter: *trado, dedo.* *בָּרִיחַ, *fugax, fugiens, celer. Symm.* Ies. XXVII, 1. Iob. XXVI, 13. ὁ ὄφις ὁ συγκλείων, quod vel est *serpens concludens*, h. e. *ita fascinans praedam, ut evadere nequeat*, vel, omisso ἑαυτὸν, *serpens tortuosus*, ut *Vulg.* bene transtulit. Sc. serpentes coarctant se et quasi concludunt, quando vel celeriter se fuga proripere, vel impetum facere volunt. – *מִבְצָר, *munitio. Symm. et LXX sec. Theodoret.* et Cod. *Norimb.* Ierem. VI, 27. συγκεκλεισμένῳ. Sic quoque *Codex Syr. Hexaplaris.* – *מַסְגֵּר, *faber ferrarius*, proprie vi etymologiae *concludens.* 2 Reg. XXIV, 14. 16. – סָגַר: הִסְגִּיר, Kal et Hiph. Exod. XIV, 5. συνέκλεισε γὰρ αὐτοὺς ἡ ἔρημος, *occlusit* enim illos desertum. Ios. VI, 1. Ἱεριχὼ συγκεκλεισμένη καὶ ὠχυρωμένη, Iericho *occlusa* et munita. Vide et Ies. XLV, 1. Ierem. XIII, 19. Ios. XX, 5. οὐ συγκλείσουσι τὸν φονεύσαντα ἐν χειρὶ αὐτοῦ, non *tradent* homicidam in manus eius. Vide et Ps. LXXVII, 68. et conf. 1 Macc. III, 18. IV, 31. Psalm. XXX, 10. οὐ συνέκλεισάς με εἰς χεῖρας ἐχθρῶν, non *tradidisti* me in manus hostium. Ps. LXXVII, 55. τὰ κτήνη αὐτῶν εἰς θάνατον συνέκλεισε, iumenta eorum morti *tradidit.* Conf. v. 53. ubi idem verbum, quod hic συνέκλεισε exponunt, παρέδωκε reddunt, et notata in v. παραδίδωμι. 1 Reg. X, 21. τὰ σκεύη χρυσίῳ συγκεκλεισμένα, vasa auro *obducta.* Aliis συγκεκλεισμένος ibi est *fabrefactus, caelatus.* Videatur *Stephani Thesaurus.* 1 Reg. XI, 27. συνέκλεισε τὸν φραγμὸν τῆς πόλεως Δαβὶδ, *occludebat* murum urbis David. Ies. XLV, 1. πόλεις οὐ συγκλεισθήσονται, urbes non *occludentur.* Psalm. XXXIV, 3. σύγκλεισον. *Diodorus:* ἀντὶ τοῦ ἀπόκλεισον καὶ περίκλεισον αὐτὸς τὸν δρόμον τῶν πολεμίων. Mal. I. 10. συγκλεισθήσονται. Pro יִסְגֹּר legerunt יִסָּגֵר. *Symm.* Gen. II, 21. *Inc.* Lev. XIII, 4. – סָכַךְ, *tego.* Iob. III, 23. συνέκλεισε γὰρ ὁ θεὸς κατ' αὐτοῦ, *conclusit* enim Deus contra eum. *Vulg. circumdedit eum Deus tenebris.* – עָצַר. Gen. XVI, 2. XX, 18. – צוּר, *arcto.* Prov. IV, 12. οὐ συγκλεισθήσεταί σου τὰ διαβήματα, non *coarctabuntur* tui gressus. *Schol.* οὐ στενωθήσεται. Ierem. XXI, 4. πρὸς τοὺς χαλδαίους συγκεκλεικότας ὑμᾶς, ad Chaldaeos *obsidentes* vos. Vide et Ezech. IV, 3. et conf. 1 Macc. V, 5. VI, 49. XI, 65. *Hesych.* συγκεκλεισμένοι, πολιορκούμενοι. – שָׁטַף, *immergo.* Ies. XLIII, 2. ubi tamen alii pro συγκλείσουσι habent συγκλύσουσι, fortasse rectius. 3 Esdr. IX, 16. συνεκλείσθησαν τῇ νουμηνίᾳ, h. e. *convenerunt* (*Vulg. consederunt*) novilunio. Sir. XXIX, 12. σύγκλεισον ἐλεημοσύνην ἐν τοῖς ταμείοις σου, *clam* eleemosynam in cellis tuis *eroga*, coll. Matth. VI, 3. 1 Macc. VI, 18. *angustissime continebant.* 2 Macc. VIII, 25. ὑπὸ τῆς ὥρας συγκλειόμενοι, tempore *coacti.*

ΣΥΓΚΛΗΡΟΝΟΜΕ'Ω, *una haereditatem adeo, cohaeres sum.* Sir. XXII, 26. ἵνα ἐν τῇ κληρονομίᾳ αὐτοῦ συγκληρονομήσῃς, ut in haereditate eius *cohaeres sis.*

ΣΥ'ΓΚΛΗΤΟΣ, *convocatus.* קְרִיאִים plur. *vocati.* Num. XVI, 2. σύγκλητοι βουλῆς, *senatores consilii.* Sic apud *Herodianum* σύγκλητος notat *senatum Romanum*, vel absolute, Lib. I, 14. 19. et Lib. II. cap. 4. §. 17., vel addito nomine βουλὴ, ut Lib. I, 7, 4. Confer *Fagium* ad Numeror. I, 16.

ΣΥΓΚΛΥ'ΖΩ, *inundo, obruo, submergo.* שָׁטַף, idem. Cant. VIII, 7. *Al.* Ies. XLIII, 2. συγκλύσουσι. Conf. Sap. V, 23. ποταμοὶ συγκλύσουσιν αὐτόν.

ΣΥΓΚΟΙΜΑ'ΟΜΑΙ, *concumbo.* *בָּעַל, *maritus sum.* Deut. XXI, 13. συγκοιμηθήσῃ sec. codd. 108. 118. *Holm.* e glossemate. – שָׁכַב, *cubo, dormio.* 1 Sam. II, 24. συνεκοιμῶντο μετὰ τῶν γυναικῶν. Est unum σεμνῶν istorum λόγων, quo graeci Intt. V. T. negotium viri cum muliere exprimere consueverunt. Vid. *Gataker. de stylo N. T.* cap. XI. p. 77. qui etiam affert locum ex *Epicteti Enchirid.* cap. 39.

ΣΥΓΚΟΙΤΑ'ΖΟΜΑΙ, *una dormio, concumbo.* שָׁגַל, *concumbo, ineo mulierem. Aqu.* Deut. XXVIII, 30. συγκοιτασθήσεται. *Lycophr. Alex.* v. 848. *Schol.*

ΣΥ'ΓΚΟΙΤΟΣ, *concumbens, concubina, eiusdem lecti consors, consors tori.* סֹכֶנֶת, *proficiens, adiutrix*, etiam *concubina. Inc.* 1 Reg. I, 4. – שֵׁגָל, *coniux. Aqu.* Ps. XLIV, 10. σύγκοιτος, ut *Montfauconius* ex *Martianaeo* edi iussit. *Agellius Aquilae* tribuit σύγκοιτις. – חֵיק, שֹׁכֶבֶת, *cubans in sinu.* Mich. VII, 5. τοῦ συγκοίτου, ubi alii τῆς συγκοίτου. *Lex. Vet.* σύγκοιτος, *concubina.* Sic enim bene pro *concuvina* legit *Drusius in Fragm. Vett. Intt. GG.* p. 260.

ΣΥΓΚΟΛΑ'ΠΤΩ, *contundo.* כָּתַת, *contundo. Aqu.* Lev. XXII, 24. συγκεκολαμμένον, *cui contusi sunt testiculi.*

ΣΥΓΚΟΛΛΑ'Ω, *glutine compingo, coagmento, conglutino.* Sir. XXII, 7. συγκολλῶν ὄστρακον.

ΣΥΓΚΟΜΙΔΗ', *comportatio, collectio frugum.* אָסִף, idem. *Symm.* Exod. XXIII, 16. ἑορτὴν συγκομιδῆς, festum *collectionis frugum. Suidas:* συγκομιδή. ὡς ἐπὶ καρπῶν. *Θουκυδίδης* ἐν γ'· καὶ ἐν συγκομιδῇ καρποῦ ἦσαν. Sacrificia, quae Graeci eo tempore offerebant, συγκομιστήρια dicebantur. Vide *Hesychium* s. h. v. et *Meursium Graec. Feriata* p. 257.

ΣΥΓΚΟΜΙ'ΖΩ, *colligo.* עָלָה, *ascendo.* Iob. V, 26. ἐλεύσῃ δὲ ἐν τάφῳ, ὥσπερ σῖτος ὥριμος κατὰ καιρὸν θεριζόμενος, ἢ ὥσπερ θημωνία ἅλωνος καθ' ὥραν συγκομισθεῖσα, venies autem in sepulcrum, tanquam frumentum maturum, quod tempore suo metitur, vel tanquam acervus areae, qui tempore suo *colligitur. Phavorinus:* συγκομίζειν, ἀντὶ τοῦ θάπτειν, ἀπὸ τῶν συναγομένων καρπῶν εἰς τὰς ἀποθήκας. ἐπ' ἐκείνων γὰρ λέγεται κυρίως τὸ συγκομίζειν καὶ ἡ συγκομιδή.

Verba desumta sunt ex *Scholiasta Sophocl. Aiac. Flagell.* v. 1068. Conf. *Heinsii Exerc. Sacr.* ad Act. VIII, 2. p. 266.

*ΣΥ'ΓΚΟΠΟΣ, *qui viribus defectus concidit.* Sir. XXII, 15. sec. *Ald.* Sed vera lectio ibi est εὔκοπον. Legitur σύγκοπος quoque apud *Diodor. Sic.* lib. III. c. 56. ubi *animi deliquio affectum* notat.

ΣΥΓΚΟ'ΠΤΩ, *concido, contero, contundo, confringo, percutio.* הִכָּה Hiph. a נָכָה, *percutio.* Gen. XXXIV, 29. συγκόψουσίν με, *percutient* me. *Suidas:* συγκόψαι, ἐπὶ τοῦ πληγαῖς αἰκίσασθαι. οὕτω Μεταγένης. – כָּתַת, *contundo.* Deut. IX, 21. Ps. LXXXVIII, 23. Ies. II, 4. – נִפֵּץ Pih. *dissipo.* Ierem. XLVIII, 12. συγκόψουσι. Vocem hanc quoque *Symmacho* tribuit *Drusius* ex mera coniectura, quam tamen confirmat *Theodoretus* et *Cod. Norimb.* – קִצֵּץ Pih. *amputo.* 2 Reg. X, 34. XVI, 17. XVIII, 6. et alibi. – שָׁחַק, *comminuo.* Exod. XXX, 36.

ΣΥ'ΓΚΡΑΣΙΣ, *commixtio.* סִיג, *scoria.* Ezech. XXII, 20. *Hebr. sec. Schol.* ed. *Rom.* Ezech. XIII, 11.

ΣΥΓΚΡΑΤΕ'Ω, *conservo, contineo, tueor.* חָמַךְ, *sustento.* *Symm.* Psalm. XVI, 6. συγκράτησον.

ΣΥ'ΓΚΡΙΜΑ, *coagmentum et quod concretum est,* veluti mundus, idem fere quod σύστημα, *decretum*, it. *coniectura*, it. *edictum*, it. *interpretatio*, it. *concentus.* גְּזֵרָה, *decisum. Theod.* Dan. IV, 14. 21. ubi σύγκριμα *decretum* notat, i. q. κρίσις apud LXX. Conf. 1 Macc. I, 60. – *מִשְׁפָּט, *iudicium.* Iud. XIII, 12. sec. *Oxon.* et *Compl.* – פְּשַׁר: פִּשְׁרָא chald. Dan. V, 28. τοῦτο τὸ σύγκριμα τοῦ ῥήματος, haec *interpretatio* eius. Vide et Dan. II, 25. IV, 15. *Al.* Dan. V, 17. συγκρίματα. Sir. XXXII, 6. σύγκριμα μουσικῶν, *concentus* musicorum. Sir. XXXV, 17. *coagmentata apologia, concinnata defensio*, aut: *afferet similia aliorum facta ad sui excusationem.* *Suidas:* σύγκριμα, ἡ ἐκ πολλῶν εἰς ἄλληλα συμφωνία, οἷα ἡ τῶν τεσσάρων στοιχείων κοινωνία.

ΣΥΓΚΡΙ'ΝΩ, *coagmento, coniungo, comparo, expono, interpretor*, it. *definio, determino.* גְּזֵרָה, *decisio, determinatio. Int.* Lev. XVI, 22, συγκεκριμένη, *definita, determinata*, seu potius *discreta via*, h. e. *solitaria.* – פָּרַשׁ, *expono.* Num. XV, 32. οὐ γὰρ συνέκριναν, τί ποιήσουσιν αὐτῷ, non enim *exposuerant* s. *decreverant*, quid facerent illi. – פְּשַׁר chald. Dan. V, 13. συγκρίνων ἐνύπνια, qui *interpretatur* somnia. Vide et v. 17. – פָּתַר. Gen. XL, 8. somnium vidimus, καὶ ὁ συγκρίνων οὐκ ἔστιν αὐτὸ, nec est, qui *interpretetur* illud. Vide et Gen. XLI, 12. 15. et conf. 1 Cor. II, 13. et ad h. l. auctores citatos *Wolfio* p. 530. Sap. VII, 29. φωτὶ συγκρινομένη, luci *comparata.* *Hesych.* συγκρινομένη, πρὸς ἰσότητα δοκιμαζομένη. ἄνευ γὰρ συγκρινόμενα τῶν ἄλλων ἐστὶ χείρονα. 1 Macc. X, 71. συγκριθῶμεν ἑαυτοῖς ἐκεῖ, *decernamus*

nobis ipsis illic, h. e. *armis experiamur*, aut *certabimus*, uter potior seu fortior sit. *Latinus* vertit: *comparemus illic invicem*. Legendum videtur *comparemur*. *Hesych.* συγκριθῶμεν, ὁμοιωθῶμεν. Idem: συγκρίνει, συνισοῖ. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* συγκρίνεται, πρὸς ἰσότητα δοκεῖ (*Bielio* legendum videtur δοκιμάζεται ex *Hesychio* in v. συγκρινομένη), προσομοιοῦται.

ΣΥΓΚΡΙΣΙΣ, *comparatio plurium inter se*, *interpretatio*, it. *quod legibus consentaneum*, *quod fas est*, *consuetudo*, *mos*, *decretum*, i. q. σύγκριμα. מִשְׁפָּט, *iudicium*. Num. IX, 3. κατὰ τὴν σύγκρισιν αὐτοῦ ποιήσεις αὐτὸ, facies illud, prout *fas est*. Nonnulli hic legere malunt: κατὰ τὴν κρίσιν αὐτοῦ. Vide et Num. XXIX, 6. 24. XVIII, 21. Eodem sensu κρίσις et κρίμα usurpantur. Vide supra. *Inc.* Iud. XVIII, 7. κατὰ τὴν σύγκρισιν Σιδωνίων, ad *similitudinem* Sidoniorum. Vid. *T. Hemsterh.* ad *Lucian. Dial. Mort.* p. 383. – פְּשַׁר: פִּשְׁרָא chald. Dan. II, 4. τὴν σύγκρισιν αὐτοῦ ἀναγγελοῦμεν, *interpretationem* eius indicabimus. Vide et Dan. IV, 3. V, 7. VII, 16. – פִּתְרוֹן. Gen. XL, 12. 18. – שֶׁבֶר, *fractio*, it. *explicatio*. Iud. VII, 15. Sap. VII, 19. πλοῦτον οὐδὲν ἡγησάμην ἐν συγκρίσει αὐτῆς, divitias nihil aestimavi in *comparatione* eius. *Hesych.* σύγκρισις, μίξις, γένεσις, ὁμοίωσις, ἀντιπαράθεσις. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* σύγκρισις, ὁμοιότης, παραβολὴ, παράθεσις.

ΣΥΓΚΡΟΤΕΩ, *complodo*, *collido*. סָפַק, idem. Num. XXIV, 10. συνεκρότησε ταῖς χερσὶν αὐτοῦ, *complodebat* manibus suis. – נְקַשׁ chald. *collido*. Dan. V, 6. τὰ γόνατα αὐτοῦ συνεκροτοῦντο, genua eius *collidebantur*.

ΣΥΓΚΡΟΥΣΙΣ, *concussio*, *collisio*. קוֹל, *vox*. *Symm.* Ez. III, 13. Scil. קוֹל est h. l. *sonitus*, *qui ex concussione alarum oritur*.

ΣΥΓΚΡΟΥΣΜΟΣ, idem. 1 Macc. VI, 41. συγκρουσμοῦ τῶν ὅπλων, *collisio* aut *conflictio* armorum, aut *sonitus editus ex collisione*.

ΣΥΓΚΡΟΥΩ, *collido*, *concutio*. מָחָא. Num. XXXIV, 11. sec. *Ald.* et *Compl.* συγκρούσει. Sc. מָחָא etiam *complodere* notat. – נָקַשׁ Pih. *illaqueo*. *Symm.* Ps. CVIII, 11. συγκρούσαι. Vide ad h. l. *Rosenmülleri Scholia*. – *נְקַשׁ chald. *collido*. Dan. V, 9. sec. cod. *Chisianum*.

ΣΥΓΚΡΥΠΤΩ, *occulto*, *celo*. צָפַן, idem. *Aqu.* Prov. X, 15. Ps. LXXXII, 4. κατὰ τοῦ συγκεκρυμμένου σου. Ita quoque *Theodot.* teste *Theodoreto* p. 1190. ubi in Cod. I. hoc additamentum reperitur: ὁ δὲ Ἑβραῖος κατὰ τοῦ ἀποκρύφου σου τέθεικεν, ἢ κατὰ τοῦ συγκεκραμένου σου. 2 Macc. XIV, 30. συνεκρύπτετο τὸν Νικάνορα, *occultabat se a Nicanore*.

ΣΥΓΚΤΙΖΩ, *una creo*, *simul condo*. Sir. I, 12. XI, 16. πλάνη καὶ σκότος ἁμαρτωλοῖς συνέκτισται. E quo loco luculenter apparet, *concreatum alicui* eleganter dici, *quod alicui*

semper adhaeret, quod ab aliquo vix separari potest. Ioseph. A. I. p. 768. 5, 14. *Strabo* IV. p. 316. C. *Herodot.* IV. p. 27; 8.

ΣΥΓΚΥΠΤΩ, *incurvo, inclino.* גָּהַר, *toto corpore procumbo,* aut *me prosterno. Inc.* 2 Reg. IV, 35. - *כָּרַע. Iud. V, 27. sec. cod. *Oxon.* et ed. *Compl.* συγκύψας, quae videtur esse *Theodotionis* interpretatio a librariis depravata. Certe *Procopius Cat. Nic.* p. 159. cod *Alex.* et *Basil.*, qui *Theodotionem* diserte nominat, habet συγκάμψας. - עָזַב, *relinquo.* Iob IX, 27. συγκύψας (sc. ἐμαυτὸν) τῷ προσώπῳ στενάξω, *incurvans* me facie ingemiscam. N. L. Sir. XII, 12. ἐὰν ταπεινωθῇ καὶ πορεύηται συγκεκυφὼς, sc. ἑαυτὸν, si humiliatus fuerit, et quasi *supplex et venerandus incurvato corpore* ad te accesserit. Vide et Sir. XIX, 22. et conf. Luc. XIII, 11. ac ad h. l. *Wolfium* p. 676. Eodem sensu συγκύφω usurpatur. Vide infra s. h v.

ΣΥΓΚΥΡΕΩ, *confinis sum, propinquus sum,* it. *obvenio, accido.* בַּת, *filia.* Num. XXI, 25. ἐν πάσαις ταῖς συγκυρούσαις αὐταῖς, in omnibus *confinibus* illarum urbibus; quae respectu suae metropoleos (quae matris nomine venit) haud raro *filiae* dicuntur in SS. Vide *Glassii Philol. S.* p. 1022. - יָד, *manus.* Deut. II, 37. πάντα τὰ συγκυροῦντα (sc. χωρία) χειμάῤῥου Ἰαβώκ, omnia *confinia* fluvii Iabok. Scilicet יָד saepe *latus* notat in SS. - מִגְרָשׁ, *suburbium.* Num. XXXV, 4. τὰ συγκυροῦντα (sc. χωρία) τῶν πόλεων, *confinia* urbium. Similiter 1 Macc. XI, 34. πάντα (sc. χωρία) τὰ συγκυροῦντα αὐτοῖς, omnia loca illis *confinia. Suidas:* συγκυροῦντα, διαφέροντως συνεγγίζοντα. Sic et *Hesychius:* συγκυροῦντα, διαφέροντα, h. e. *quae nostra intersunt s. ad nos pertinent.* - קָרָה, *obvenio, accido. Symm.* Cohel. IX, 11. συγκυρήσει, *accidet.* Inde συγκυρία aut συγκύριον, *casus fortuitus. Hesych.* συγκυρία, (sic enim bene legit *Hammondus* ad Luc. X, 31. pro συγκυρεῖ), συντυχία. Ita etiam *Lex. Cyrilli MS. Brem.* quodque adeo firmat emendationem *Hammondi.*

ΣΥΓΚΥΡΗΜΑ, *accidens, casus fortuitus.* מִקְרֶה, idem. *Symm.* 1 Sam. XX, 25. - קֶטֶב, *cuspis. Symm.* Ps. XC, 6. Scil. קֶטֶב in universum pro *infortunio* et *casu improviso* accepit. *Hesych.* συγκύρημα, σύντυχημα.

XXI, 5. συνεσχέθη, *prohibita est.* *Aqu.* *Theod.* Ierem. XXXIX, 15. *Symm.* Gen. XVI, 2. *Symm.* Ies. LXVI, 9. συνέξω, *uterum claudam* seu *ad pariendum ineptum reddam.* *Vulg. sterilis ero.* - פְּתִיל, *funiculus.* Exod. XXVIII, 28. εἰς τοὺς δακτυλίους τῆς ἐπωμίδος συνεχομένους, in annulos superhumeralis *constrictos.* - *צָבַר, *congrego.* *Aqu.* Exod. VIII, 14. - צוּר, *obsideo.* 1 Sam. XXIII, 8. συνέχειν τὸν Δαβὶδ καὶ τοὺς ἄνδρας αὐτοῦ, *ut obsiderent* Davidem et milites eius. Ita 2 Macc. IX, 2. τὴν πόλιν συνέχειν, *urbem obsidere*, et Luc. XIX, 43. συνέξουσί σε πάντοθεν, *obsidebunt* te undiquaque. Vide *Lexicon N. T.* s. h. v. - צָפָה Pih. *tego.* 1 Reg. VI, 15. Ita cum *Trommio Bielius.* Sed τὰ συνεχόμενα h. l. potius τῷ סִפּוּן respondet, quod *tegmen*, *laquear* notat. - צָרַר, *arcto.* 2 Sam. XX, 3. ἦσαν συνεχόμεναι, erant *inclusae.* *Hesych.* συνεχόμεναι, κρατούμεναι. - קָפַץ, *occludo.* Ps. LXXVI, 9. Ies. LII, 15. Sap. I, 7. τὸ συνέχον τὰ πάντα, *qui, tanquam anima mundi, omnia continet.* Vide ad h. l. *Bretschneideri Spicil.* p. 246. Sap. XVII, 11. συνεχομένη τῇ συνειδήσει, *correpta* conscientia. *Vulg. perturbata.* Alii nervosius legunt συναγχομένη, sensu tamen eodem. Sap. XVII, 20. ἀνεμποδίστοις συνείχετο ἔργοις, non impeditis *continebatur* vel *cohaerebat* operibus. Ita *Bielius.* Sed rectius *Bretschneiderus* l. l.: reliquus mundus sine impedimento negotiis suis *erat occupatus.* 1 Macc. XIII, 15. συνέχομεν αὐτὸν, *detinemus* illum. 2 Macc. X, 10. τὰ συνέχοντα τῶν πολέμων κακὰ, *continua* bellorum mala. Sic adverbium συνεχῶς denotat *continue.* *Hesych.* συνεχῶς, ἐνδελεχῶς, πυκνῶς, ἀεὶ, ἀδιαλείπτως.

ΣΥΝΗ'ΘΕΙΑ, *consuetudo.* אַלּוּף, *amicus, socius.* *Symmachus* sensu eodem Prov. XVII, 9. συνήθειαν, *familiarem consuetudinem, amicitiam.* Adde 4 Macc. II, 11. et VI, 13.

ΣΥΝΗ'ΘΗΣ, *consuetus, familiaris.* *אַלּוּף, *omnis, qui cum aliquo est arctissime coniunctus*, ab אָלַף, *coniunxit, copulavit.* *Symm.* Ps. LIV, 13. 2 Macc. III, 31. ubi *Vulgatus* συνήθεις per *amicos* transtulit.

ΣΥΝΗ'ΛΙΚΟΣ, *qui est aequalis, coaetaneus.* בְּגִיל, *secundum similitudinem.* Dan. I, 10. *Scharfenbergius* ad h. l. p. 8. sequ. docuit, גִּיל non, ut magistri Iudaeorum censent, *similitudinem*, sed ex usu linguae Syriacae *aetatem* notare. Conf. vers. *Syr.* Matth. I, 17. Gal. I, 14.

ΣΥΝΗΧΕ'Ω, *una strepitum edo, consono.* הָמָה, *strepo, fremo.* *Symm.* Ps. LVIII, 7. συνηχήσουσιν. Idem Psalm. LXXXII, 3. 3 Macc. VI, 17. ὥστε αὐλῶνας συνηχήσαντας ἀκατάσχετον οἰμωγὴν ποιῆσαι, ut adeo valles *consonantes* perpetuum ederent clamorem repercussum. *Dio Cass.* p. 551. *Reim.* ὥστε καὶ τὰ ὄρη συνηχῆσαι.

ΣΥΝΘΕ'ΛΩ, *una volo*, *consentio.* אָבָה, *volo*, *acquiesco.* Deut. XIII, 8. οὐ συνθελήσεις αὐτῷ, *noli votis eius annuere.* Vox occurrit et apud *Aristoph. Av.* v. 852.

ΣΥ'ΝΘΕΜΑ, *signum*, *quod ex composito datur*; *tessera*, etiam *compositio*, *collectio.* אֲסֻפּוֹת plur. *collectiones*, *collegia.* Cohel. XII, 11. οἱ παρὰ τῶν συνθεμάτων, quibus munus datum erat *collectionem* faciendi, auctores *collectionum. Montfauconius* perperam transtulit: *qui a conciliis. Gloss. MS. in Eccles.* συνθεμάτων, συνταγμάτων. Sic et *Schol. ad Eccles.* l. c. συνθεμάτων, συνταγμάτων, συναντημάτων. 2 Macc. XIII, 15. σύνθεμα, *signum* s. *tesseram*, nempe Θεοῦ νίκη, qua tessera animi militum in optimam spem erigendi erant. Vide ad h. l. *Baduellum. Lex. Cyrilli MS. Brem.* σύνθεμα, ῥῆμα, ἢ σημεῖόν τι ἐπὶ γνωρισμῷ τῶν οἰκείων διδόμενον. *Hesych.* σύνθεμα, σημεῖον, ἀφορμῆς δραματούργημα, σύμβλημα. Conf. v. σύνθημα.

ΣΥ'ΝΘΕΣΙΣ, *compositio*, *coagmentatio*, *commissura cuiuslibet rei*, speciatim de *compositione unguentorum et aromatum* dicitur, unde haec vox etiam *ipsa unguenta composita* notat et *pigmenta.* בֹּשֶׂם, *aroma odoratum.* Exod. XXXV, 26. - כַּרְכֹּב, *ambitus*, *circuitus. Inc.* Exod. XXVII, 5. - מְמֻלָּח part. Pyh. *salitum*, it. *commixtum.* Exod. XXX, 35. - מַעֲרֶכֶת, *dispositio*, *ordo. Inc.* Lev. XXIV, 7. - מַתְכֹּנֶת, *dispositio*, *forma.* Exod. XXX, 32. 37. - סַמִּים plur. *aromata.* Exod. XXXI, 10. XL, 25. Lev. IV, 7. et alibi. Confer etiam s. v. σύνθετον. Mira nec ullo modo probanda est nonnullorum sententia, LXX in omnibus hisce locis סַמִּים ob soni similitudinem deduxisse a שׂוּם. - קְטֹרֶת, *suffitus.* Exod. XXV, 6. XXXV, 8. 16. 26. - רֶקַח, *unguentum bene mixtum. Aqu.* Ies. LVII, 9. ubi videndus *Montfauconius.* Confer quoque Sir. XLIX, 1. εἰς σύνθεσιν θυμιάματος.

ΣΥ'ΝΘΕΣΙΣ ΤΟΥ͂ ΚΟ'ΣΜΟΥ ΤΗ͂Σ ΔΟ'ΞΗΣ, *compositio ornatus gloriae.* פְּאֵר, *ornamentum.* Ies. III, 18. ubi duae versiones coaluisse mihi videntur. *Athanas.* T. II. *Opp.* p. 261. παῖδα ἐνδεδυμένον σύνθεσιν ἐνδυμάτων κοκκίνων. Ab aliis quoque scriptoribus σύνθεσις aliquando pro genere *vestis* usurpatur.

ΣΥ'ΝΘΕΤΟΝ ΛΕΠΤΟ'Ν, *compositum minutum.* סַמִּים plur. *aromata.* Exod. XXX, 7. σύνθετον, *compositum*, sc. *ex variis aromatibus ac suffimentis.* Ita bene cohaeret. Vide supra s. v. σύνθεσις. *Hesych.* et *Lex. Cyrilli MS. Brem.* σύνθετον, ἐξ ἑτεροειδῶν πραγμάτων συγκείμενον. Conf. *Ernesti not. ad Suidae ac Phavorini glossas sacras* p. 140.

ΣΥΝΘΗ'ΚΗ, *pactum*, *foedus.* בְּרִית, idem. *Aqu. Theod.* 1 Sam. VI, 19. *Aqu. Symm. Theod.* Ps. XXIV, 14. Ies. XLIX, 8. LIX, 21. *Symm.* Gen. VI, 18. Ps. LIV, 21. Conf. Sap. I, 16. XII, 21. Postremo loco ita: ὅρκους καὶ συνθήκας ἔδωκας, iuramenta et foedera dedisti. Hic iuramenta

cum foederibus coniunguntur, quod foedera iuramentis confirmari solebant. *Hesychius:* συνθήκας, ὅρους. Lege ὅρκους. *Suidas:* συνθῆκαι, αἱ πίστεις, αἳ διὰ τριῶν ἐτελοῦντο, λόγων, ἔργων, χειρῶν· λόγων μὲν, οἷον δι' ὅρκων, ἔργων δὲ, οἷον διὰ τῶν ἐν τοῖς βωμοῖς θυσιῶν, χειρῶν δὲ, ἐπειδὴ αἱ πίστεις διὰ χειρῶν ἐγένοντο. Haec desumta esse ex *Scholiasta Aristoph.* ad *Acharn.* p. 586. annotat *Küsterus.* Apud *Suidam* etiam συνθήκη exponitur ὁμολογία, it. συγκατάθεσις. – חֹזֶה, *provisio.* Ies. XXVIII, 15. ἐποιήσαμεν καὶ μετὰ τοῦ θανάτου συνθήκας. Vox hebr., quae proprie *visionem* notat, dicitur quoque de *induciis* et *pace*, ita ut latine per *pactum* reddi possit, a rad. חָזָה, *secare.* Conf. *Simonis Lex. hebr.* p. 534. – *יְשָׁרִים, *recta.* Dan. XI, 17. sec. cod. *Chis.* Fortasse ob *complanandi* significatum, quem habet יָשַׁר, de *foedere et pacto* h. l. cogitarunt, nec aliena haec notio a serie orationis dici potest. Vide sequentia. – מֵישָׁרִים plur. *rectitudines.* Dan. XI, 6. τοῦ ποιῆσαι συνθήκας μετ' αὐτοῦ. Sensum bene expresserunt. – מַסֵּכָה, *fusio.* Ies. XXX, 1. Vox hebr. explicanda est de *libationibus* et *sacrificiis*, quibus praeeuntibus foedera inita esse, satis constat. Praeterea legitur apud *Aquilam* Ps. XLIII, 21. ubi verba οὐκ ἐπελαθόμεθά σου, οὐδὲ παρέβημεν τὰς πρός σε συνθήκας, quae in uno tantum codice feruntur, et iam *Montfauconio* suspecta videbantur, sine dubio sunt spuria, ac verba *Eusebii* in *Commentario* ad h. l. continent.

ΣΥΝΘΗΜΑ, idem, item *signum*, *tessera*, *symbolum*, *quo milites internoscerentur.* אֲסֻפּוֹת, plur. *collectiones*, *collegia.* Cohel. XII, 11. Conf. v. σύνθεμα. – *מוֹעֵד, *constitutum tempus.* *Symm.* sec. marg. cod. 108. *Holm.* Iud. XX, 38. σύνθημα δὲ ἦν. LXX σημεῖον habent. – סִבֹּלֶת, vox pronuntiationis Ephraemiticae pro שִׁבֹּלֶת, *fluxus aquae*, *fluentum.* Iud. XII, 6. ubi recte monuit *Scharfenbergius* σύνθημα non esse interpretationem verbi hebr., sed si quis forte veterum intt. h. l. reddiderit εἴπατε δὴ σύνθημα, *edite tesseram*, illum totius orationis sensum spectasse. – *שִׁבֹּלֶת. (Vox haec Rabbinis est *sodalitas*, συμβολή, *convivalis.* Syr. ܣܒܠ a *comportando.* Sic enim in Aruc exponitur per חבורה. Nisi hoc habent, eiecto μ, a συμβολή.) Iud. XII, 6. Vide et 2 Macc. VIII, 23. δοὺς σύνθημα, θεοῦ βοηθείας, *dans tesseram s. symbolum militare, Dei auxilio.* Confer ad h. l. *Baduellum* et *Grotium.* Vide et 2 Macc. XIII, 25. et confer, quae ex *Euripide* et *Xenophonte* observat *Fesselius Adverss. Sacr.* lib. V. c. 7. p. 461. cui addendus est *Schwebelius* ad *Onosandri Strateg.* c. 25. p. 89. *Suidas* a *Küstero* suppletus: σύνθημα, συνθήκη, σύσσημον. λόγος ἐν πολέμῳ ἐπὶ γνωρισμῷ τῶν οἰκείων διδόμενος. *Hesych.* συνθήματα, μαθήματα, ποιήματα, συνθῆκαι, σημεῖα.

Thomas Mag. σύνθημα, οὐ σύνθεμα, τὸ ἐπιφώνημα, ὃ λέγουσι τὰ στρατόπεδα ἐν ταῖς μάχαις, γνώρισμα τῶν ὁμοφύλων.

ΣΥΝΘΛΑ'Ω, *confringo*, *contero.* בָּצַע Pih. *abscindo*, etiam *frango*. Ps. CVI, 16. μοχλοὺς σιδηροῦς συνέθλασεν, repagula ferrea *contrivit*. *Hesych.* συνέθλασε, συνέτριψε. - דִּכָּא. *Aqu.* Ps. XLIII, 21. ubi pro συνέθλασεν, quod exhibent *Hexapla*, scribendum est συνέθλασας. Postulat hoc textus hebr. et *Hieronymus*, qui habet: *quae confregisti*. - הֶעֱמִיד Hiph. *stare facio*. Ezech. XXIX, 7. συνέθλασας (alii libri συνέκλασας habent) αὐτῶν πᾶσαν ὀσφύν. *Dathio* legisse videntur הִמְרַצְתָּ, quod cum רָצַץ saepe significationem permutat. - מַחַץ, *percussio*. *Al.* Iud. V, 26. - נָתַץ, *diruo*. Ps. LVII, 6. - פָּצַח וּפֵרַשׂ Pih. *dissipo et expando*. Mich. III, 3. - קִצֵּץ Pih. *amputo*. Ps. XLV, 9. Sermo ibi est de *hastis*, quibus *confringere* melius convenire, quam *amputare* interpres existimasse videtur. - רִצַּץ Pih. *quasso*. Iud. IX, 53. Ps. LXXIII, 15. *Aqu.* Gen. XXV, 22. - *שָׁבַר. *Inc.* Ps. L, 19. bis.

ΣΥΝΘΛΙ'ΒΩ, *comprimo*, *collido*. Sir. XXXI, 16. μὴ συνθλίβου αὐτῷ ἐν τρυβλίῳ, ne *collidaris* cum illo in catino. Adde 1 Macc. XV, 14. συνέθλιβεν sec. *Alex.* ubi reliqui libri ἔθλιβε habent.

ΣΥΝΘΡΑΥ'Ω, *contero*. שָׁבַר, *frango*. *Symm.* Cohel. XII, 6. συνθραυσθῇ. *Hesych.* συνθραύεσθαι, συντρίβεσθαι.

ΣΥΝΙ'ΗΜΙ, *intellego*, *cognosco*, *attendo*, *adverto*, *animadverto*, *respicio*, it. *peritus sum*, it. *prudenter ago*. *אָמַן. Ies. VII, 9. οὐδὲ μὴ συνῆτε, non *usu vestro intellegetis* s. *experiemini*, h. e. *non continget vobis haec liberatio*. In textu hebr. legitur: לֹא תַאֲמִנוּ, *non eritis fideles*, h. e. *parum eritis felices*. Unde apparet, non statuendum esse, LXX h. l. תָבִינוּ legisse, ut *Michaelis* in *Bibl. Or.* T. XIV. p. 122. opinatus est. Non autem omnino improbabilis est sententia *Houbigantii*, qui ad h. l. monet, errore librarios scripsisse συνῆτε, ubi legerent μένητε, *manebitis*. - בִּין: הֵבִין: הִתְבּוֹנֵן. *Kal*, *Hiph. et Hithp.* Deut. XXXII, 7. σύνετε δὴ ἔτη γενεᾶς γενεῶν, *respicite* quaeso annos in generationes generationum. 1 Reg. III, 9. τοῦ συνιέναι ἀνὰ μέσον ἀγαθοῦ καὶ κακοῦ, ut *dignoscat* bonum malo. 2 Par. XXVI, 5. τοῦ συνιέντος (sc. αὐτὸν) ἐν φόβῳ κυρίου, qui eum *instituebat* in religione, aut in pietate *confirmabat*. 1 Par. XXV, 7. πᾶς συνιῶν, omnis *peritus* vel *magister*. Conf. v. 8. ubi pro τελείων alii habent συνιῶν. 2 Par. XXXIV, 12. πᾶς συνιῶν ἐν ὀργάνοις ᾠδῶν, omnis instrumentorum musicorum *peritus*. Esdr. VIII, 15. συνῆκα τῷ λαῷ, *attendebam* populo. Nehem. VIII, 10. συνῆκεν ὁ λαὸς ἐν τῇ ἀναγνώσει, *attendebat* populus lectioni. Vide et v. 14. et Dan. X, 11. Nehem. XIII, 7. συνῆκα ἐν τῇ πονηρίᾳ, intellegebam, quod malum esset. Iob. XXXI, 1. οὐ συνήσω ἐπὶ παρθένον, ne *lascivis oculis intuearis* virginem. Vide

supra s. ἐννοέω. Iob. XXXII, 12. μέχρι ὑμῶν συνήσω, vobis *attendam*. Ps. V, 1. σύνες τῆς κραυγῆς μου, *attende* clamori meo. Ps. XXVII, 7. οὐ συνῆκαν εἰς τὰ ἔργα κυρίου, non *attenderunt* operibus Domini. Ps. XXXII, 15. Vide et Ps. LXXII, 17. Ps. LVII, 9. πρὸ τοῦ συνιέναι τὰς ἀκάνθας ὑμῶν τὴν ῥάμνον, quae verba *Vulgatus* male transtulit: *priusquam intellegerent spinae vestrae rhamnum*. Est h. l. ambiguitas quaedam in voce συνιέναι, ut in voce hebr. הָבִין, quae non solum *intellegere*, sed etiam *crescere*, *progerminare* notat. Eodem modo συνίημι proprie notat *una mittere*, et, si de *plantis*, *arboribus* ac *fruticetis* sermo est, *una crescere*. Conf. *Lex. N. T. s. h. v.* Recte itaque *Hieronymus*, qui (ut e verbis sequ. *quasi in ira*, ὡσεὶ ἐν ὀργῇ, apparet) LXX secutus est, transtulit: *antequam crescant spinae vestrae in rhamnum*. Ps. CXVIII, 95. τὰ μαρτύριά σου συνῆκα, *attendo* ad leges tuas. Ps. CXXXVIII, 2. σὺ συνῆκας τοὺς διαλογισμούς μου ἀπὸ μακρόθεν, tu *intellegis* cogitationes meas e longinquo. Ies. I, 3. ὁ λαός μου οὐ συνῆκεν, populus meus non *animadvertit*. *Hesych.* συνῆκεν, ἔγνω, ἐνόησεν. Conf. ad h. l. *Horrei Miscell. Crit.* p. 256. sequ. et p. 263. Dan. I, 17. Δανιὴλ συνῆκεν ἐν πάσῃ ὁράσει καὶ ἐνυπνίοις, Daniel *intellegebat* omnes visiones et somnia. Vide et Dan. IX, 13. Dan. XI, 37. ἐπὶ πάντας τοὺς θεοὺς τῶν πατέρων αὐτοῦ οὐ συνήσει, non *curabit* omnes deos patrum suorum. *Theod.* et *Ed. Quinta* Ps. CXVIII, 100. - *בִּינָה, *intellegentia*, subintellecto voce הָיָה. *Aqu. Symm.* Iob. XXXIV, 16. qui ante בִּינָה inseruerunt לֹא cum LXX Intt. - הֵכִין Hiph. a כּוּן, *confirmo*. Prov. XXI, 29. Legerunt יָבִין, quomodo etiam legendum librorum margines iubent. - הֵלִין Hiph. a לִין, *pernocto*. Ps. XLVIII, 21. ubi iudice *Cappello* legerunt יָבִין. Sed, ut *Buxtorfius* in *Anticrit.* p. 582. monuit, illud συνῆκε assumserunt ex versu ultimo et hic quoque retinuerunt. Adde Ps. XLIX, 13. - הִשְׂכִּיל Hiph. Ios. I, 7. ἵνα συνῇς ἐν πᾶσιν, οἷς ἐὰν πράσσῃς, ut in omnibus *prudenter agas*. Vide et 1 Sam. XVIII, 5. 14. et conf. 2 Cor. X, 12. ubi verba οὐ συνιοῦσι commode exponi possunt: *non prudenter agunt*. Similiter *Elsnerus*: *non sapiunt*. Sic etiam 1 Sam. XVIII, 29. sec. cod. *Coisl.* et *Alex.* συνιέναι notat *intellegentem ac prudentem se praestare*. Ps. XXXV, 5. οὐκ ἠβουλήθη συνιέναι τοῦ ἀγαθῦναι, *nec recte sentit, nec recte agit*. Ps. XL, 1. ὁ συνιὼν ἐπὶ πτωχὸν, qui *curam habet* pauperum. Ies. LII, 13. συνήσει non cum *Hieronymo* reddendum est *intelleget*, sed *prudens* et *cordatus erit*. *Aqu.* συνετὸς ἔσει. Dan. I, 4. συνιέντας ἐν πάσῃ σοφίᾳ, omni sapientia *instructos*. Vide et Dan. IX, 13. *Hesych.* συνιέντας, γνόντας. - הִשְׁתּוֹלֵל Hithp. a שָׁלַל, *in praedam me expono*. Ies. LIX, 15. μετέστησαν τὴν διάνοιαν τοῦ συνιέναι. N. L. - *חוּשׁ, *sensus*. Iob. XX, 2. συνίετε, ubi pro חוּשִׁי בִּי

legisse videntur חוֹשְׁבִים. - יָדַע, *scio*. Exod. XXXVI, 1. - לֵב, *cor*. Exod. XXXV, 35. - מֵבִין part. Hiph. a בִּין, *erudiens, magister*. *Al.* 1 Par. XXV, 8. *συνιών*. - נֶאֱמַן Niph. *confirmor*. Ies. VII, 9. - קָשַׁר Pih. *ligo*. Iob. XXXVIII, 31. *συνῆκας δὲ δεσμὸν πλῃϊάδος*, ubi *συνίημι* iterum accipiendum est in notione propria, ut sit *una mittere*, et ex adiuncto (ut lat. *committo*) *coniungere* (de qua vide in *Lex. N. T.*), nisi quis statuere malit, pro *συνῆκας* reponendum esse *συνῆψας παρὰ τὸ συνάπτειν*. Hoc enim significat קָשַׁר. *Aquila* habet *ἡ συνάψεις*. *Vulg. numquid coniungere valebis?* - רָאָה, *video*. 2 Sam. XII, 19. Ierem. XX, 12. *συνιῶν νεφροὺς*, *perspiciens* renes. *Gloss. Brem. συνιῶν, νοῶν, φρονῶν, ὁρῶν*. - שָׁמַר, *custodio*. *Inc.* et LXX Ios. I, 8. Tob. III, 8. *οὐ συνιεῖς ἀποπνίγουσα σου τοὺς ἄνδρας*. *Itala: tu es, quae suffocas.* Legit *οὐ σὺ εἶς ἀποπνίγουσα κ. τ. λ.*, quae lectio receptae omnino praeferenda videtur.

ΣΥΝΙ'ΣΤΗΜΙ et med. *συνίσταμαι*, *adsto*, *constituo, statuo*, *sisto*, *ostendo*, *confirmo*, *condo*, *congrego*, *committo*, *commendo*, *praeficio*, *concito*, *una surgo*. אָסַר, *ligo*. Ps. CXVII, 26. Vide supra in *πυκάζω*. - הֵבִין Hiph. a בִּין, *intellego*. Iob. XXVIII, 23. *ὁ θεὸς εὖ συνέστησεν αὐτῆς τὴν ὁδὸν*, Deus bene *monstravit* seu *constituit* viam eius. Videntur legisse הֵכִין. - הֶחְתִּים Hiph. *obsigno*. Lev. XV, 3. *ἧς συνέστηκε*. Lege *ἢ* aut *ἡ συνέστηκε*. Sermo enim ibi est de remissione fluxus seminis. - הִרְחִיב Hiph. *corroboro*. *Symm.* Ps. CXXXVII, 4. *συνέστης*. - הִתְיַצֵּב Hithp. a יָצַב. *Symm.* Ps. II, 2. *συνίστανται*, *una insurgunt*. - *יָסַר, *fundo*, it. *paro*. *Symm.* et *Ed. Sexta* Ps. VIII, 3. - יָקֹשׁ, *laqueum tendo*. Ps. CXL, 10. *ἀπὸ παγίδος, ἧς συνεστήσαντό μοι*, a laqueo, quem *tetenderunt* mihi. - כּוֹנֵן Pih. a כּוּן, *paro*. Ps. CVI, 36. *καὶ συνεστήσαντο πόλεις κατοικεσίας*, ut *conderent* urbes habitationis. Ita *Diodorus Sic.* lib. V. p. 322. *Τροίαν συστήσασθαι*, Troiam *condidisse*. - *מוּג, *liquefio*, *dissolvor*. *Symm.* Ps. LXXIV, 4. *συσταθήσεται ἡ γῆ*, quae verba *Montf.* male reddidit: *constabilietur terra*, potius: *concitabitur*, *una insurget*, aut *perturbabitur*. Vox enim hebr. h. l. metaphorice de *perturbatione reipublicae* intellegenda est. *Hieronymus: dissolvetur*. Aliquando opinabar, *συσταλήσεται* legendum esse, sed nunc video, hac coniectura ne opus quidem esse. - מִקְוֶה, *congregatio*. Exod. VII, 19. *ἐπὶ πᾶν συνεστηκὸς ὕδωρ αὐτῶν*, super omnem *congregatam* aquam illorum. *Hesych. συνεστηκώς, συνηγμένος*. - נִקְוָה Niph. a קָוָה, *confluo*. *Aqu. Symm.* Gen. I, 9. *συστήτω*. - *עֲבַד, *chald. facio*. Dan. VII, 21. sec. cod. *Chis. συνίστασθαι πόλεμον*. - *עוּר. Ps. XXXVIII, 3. *ἐν τῷ συστῆσαι*: ubi aut sensum expresserunt, aut pro בעור legerunt בְּעָמְדִי. *Συστῆναι* autem h. l. non est i. q. simplex *στῆναι*, sed *conspirationis* et *coniurationis* notionem adiunctam ha-

bet. - עָמַד, *sto.* 1 Sam. XVII, 26. *πρὸς τοὺς ἄνδρας συνεστηκότας μετ' αὐτοῦ*, vel, ut al., *αὐτῷ*, ad viros *adstantes* ipsi. Conf. *Cant. tr. puer.* v. 1. et Luc. IX, 32. - פָּקַד, *visito, committo.* Gen. XL, 4. *συνέστησεν ὁ ἀρχιδεσμώτης τῷ Ἰωσὴφ αὐτούς*, *committebat* princeps custodiae Iosepho illos. - צָוָה Pih. *praecipio.* Num. XXVII, 23. *συνέστησεν αὐτὸν*, *constituebat* illum. Num. XXXII, 28. *συνέστησεν αὐτοῖς Μωϋσῆς Ἐλεάζαρ τὸν ἱερέα*, *praeficiebat* illis Moses Eleazar sacerdotem. - קָהַל, *congrego.* Exod. XXXII, 1. *συνέστη ὁ λαὸς ἐπὶ Ἀαρὼν*, *una insurgebat* populus adversus Aaronem. Vide et Num. XVI, 3. - *רָהַב. *Symm.* Ps. CXXXVII, 3. Videtur legisse היהבני a יָהַב, *dare.* - שָׁלַח, *mitto.* Prov. VI, 14. *ἐν παντὶ καιρῷ ὁ τοιοῦτος ταραχὰς συνέστησε πόλει*, omni tempore talis turbas *concitat* civitati. 3 Esdr. II, 23. *πολιορκίας συνιστάμενοι*, obsidiones *constituentes*, chald. עֲבַד Esdr. II, 15. 3 Esdr. I, 29. *συνίστασθαι πόλεμον*, *proelium committere*, *moliri* s. *conflare bellum.* *Cicero comparare bellum* dicit, v. c. *Philipp.* III, 1. Hebr. בוא לְהִלָּחֵם 2 Par. XXXV, 22. Eadem formula quoque occurrit 1 Macc. I, 2. 20. II, 32. *Hist. Sus.* 61. *συνέστησεν.* *Vulgatus* recte: *convicerat.* 1 Macc. II, 44. *συνεστήσαντο δύναμιν*, aciem *instruebant*, aut potius: *exercitum colligebant*, ut transtulit *Vulgatus.* 1 Macc. XII, 43. *συνέστησεν αὐτὸν πᾶσι τοῖς φίλοις αὐτοῦ*, *commendabat* illum omnibus amicis suis. *Hesych.* *συνέστησεν*, *ἐπῄνεσεν.* 2 Macc. IV, 24. *συσταθεὶς*, *commendatus.* Sap. VII, 14. *συσταθέντες*, scil. *θεῷ*, *commendati* Deo. Conf. Rom. XVI, 1. 2 Cor. X, 18. *Polyb.* XXXI, 20, 9. *Dio Cass.* XXXVII. p. 139. et XLV. p. 106. ed. *Reim.* *Gloss. in N. T.* ed. *Alberti* p. 116. *συνίστημι*, *συνεστῶ*, *παρατίθημι.* 2 Macc. IV, 9. *ἐφηβίαν αὐτῷ συστήσασθαι*, ephebiam sibi *constituere.* 2 Macc. XV, 6. *συστήσασθαι τρόπαιον*, *statuere* tropaeum. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* *συνίστησιν*, *βεβαιοῖ*, *φανεροῖ*, *διαδείκνυσιν.* *Hesych.* *συνιστάνειν*, *ἐπαινεῖν*, *φανεροῦν*, *βεβαιοῦν*, *παρατιθέναι.*

ΣΥΝΙ'ΣΤΩΡ, *conscius*, *testis*, item *consors.* שָׂהֵד, *testis*, proprie: *qui praesens adfuit*, *oculatus*, a شهد, *praesens adfuit*, *testatus est.* Iob. XVI, 9. *ἐν οὐρανοῖς ὁ μάρτυς μου, ὁ δὲ συνίστωρ μου ἐν ὑψίστοις*, in coelis testis meus, *conscius* autem vel *testis oculatus* meus in excelsis. *Hesych.* *συνίστωρ*, *γνώστης*, *μάρτυς*, *συνόμιλος*, *συμπράκτωρ.* *Lex. Cyrilli MS. Brem.* *συνίστωρ*, *γνώστης*, *μάρτυς*, *ἐπιστάμενος*, *συνειδὼς ἐπὶ πράγματι.* *Suidas:* *συνίστωρ*, *συνόμιλος*, *γνωστὸς* (legendum videtur *γνώστης* ex *Hesychio* et *Lex. Cyrilli MS. Brem.*), *μάρτυς*, *συνειδὼς ἐπὶ πράγματι.* Idem haec ex *Appiano* subiungit: *ὁ δὲ συνίστορας ἡγούμενος αἰσχροῦ φόβου, καὶ ἑτέροις ἐπεξαγγέλλειν, ἀπέκτεινεν ἀθεμίστως.*

ΣΥΝΝΕ'ΦΕΙΑ, *nubium congregatio s. collectio in unum, obnubilatio*, i. q. *νέφωσις*. חֹשֶׁךְ, *tenebrae*. *Theod.* Iob. III, 5. *Schol. Aristoph. Nub.* v. 582.

ΣΥΝΝΕΦΕ'Ω, *nubes cogo seu colligo, obnubilo*. עָנַן Pih. Gen. IX, 14. sec. cod. *Coisl.* ubi, quia *νεφέλας* sequitur, *συννεφεῖν* est i. q. *συνάγειν*, quod *Inc.* habet. *Vulg. cum obduxero nubibus coelum.* – בָּהִיר, *nitidus, splendidus. Symm.* Iob. XXXVII, 21. *συννεφήσει τὸν ἀέρα. Vulg. subito aer cogetur in nubes.* In textu hebr. legitur: *lucidum ipsum seu splendet in coelis s. nubibus.* Suspicor, eum legisse בָּהַל, quod, ut *Simonis* recte monuit, in genere *notionem praecipitis, subitanei et confusanei motus* involvit, *qualis est, quando coelum nubibus obducitur.* Etiam *cogendi* notionem habet haec vox 2 Par. XXVI, 20. *Houbigantius* ad h. l.: Interpretatur *Symmachus συννεφήσει* in contrariam sententiam, sed veriorem, et credibile est, *Symmachum* persequi radicem בָּהַר, ut legerit כחור, *absconditum. Aristoph. Av.* v. 1510. *ἀπαιθριάζει τὰς νεφέλας* (scil. ὁ *Ζεύς*) ἢ *ξυννεφεῖ*;

ΣΥΝΝΕΦΗ'Σ, *collectas nubes habens, nubibus obductus, nubilosus, obscurus, tenebricosus.* עָרַף, *stillo.* Deut. XXXIII, 28. *ὁ οὐρανὸς αὐτῷ συννεφὴς δρόσῳ*, coelum ipsi *tenebricosum* rore, h. e. *perpetuo rore quasi obnubilabitur:* ubi non legerunt יַעַרְבוּ (Nam עֶרֶב est *vespera*, cum caligo incipit), quae fuit *Cappelli* sententia, sed acceperunt ea significatione ob affinitatem duorum horum verborum. *Vulg. caligabunt.* In cod. *Alex.* vitiose legitur *συννηφὴς. Hesych. συννεφὲς, σκοτεινόν.*

ΣΥΝΝΟΕ'Ω, *mecum cogito, perpendo.* 2 Macc. V, 6. XI, 13. *Hesych. συννόει, ἐννόει, ἐνθυμοῦ.*

ΣΥ'ΝΝΟΥΣ, *cogitabundus, meditabundus.* 3 Esdr. VIII, 73. *ἐκάθισα σύννους καὶ περίλυπος*, sedebam *cogitabundus* et valde tristis: ubi respondet hebr. מְשׁוֹמֵם, *attonitus*, Esdr. IX, 3. *Lex. Cyrilli MS. Brem. σύννους, κατηφής.* Ita et apud *Hesychium*, nisi quod vitiose legatur *κατηφεῖς* pro *κατηφής.* Sic et *σύννοια* apud hunc Grammaticum exponitur *λύπη.*

*ΣΥΝΝΥ'ΜΦΗ. Vide s. v. *σύννυμφος.*

ΣΥ'ΝΝΥΜΦΟΣ, *fratria*, sive *uxor fratris mariti, connupta, connurus.* יְבָמָה, *fratria, glos.* Ruth. I, 15. ubi loco *συννύμφου* teste *L. Bos* alii libri *συννύμφης* habent. Orta est hinc vox *συννυμφοκόμος* apud *Eurip. Iphig. in Aul.* v. 48. Graecis alias *εἰνάτηρ* dicebatur. *Lex. Cyrilli MS. Brem. εἰνάτηρ, ἡ σύννυμφος. Pollux* Lib. III. c. 3. segm. 32. *αἱ δὲ ἀδελφοῖς δύο συνοικοῦσαι εἰνάτερες.* Conf. *Seberi notas* ad h. l. et *Bonfrerium* ad *Ruth.* l. c. p. 422.

ΣΥΝΟΔΕΥ'Ω, *una iter facio, socius itineris sum, comitor*, item: *commercium habeo, est mihi res cum aliquo.* יָלַךְ seqq. לְנֶגֶד. *Symm.* et iuxta *Cod. Coislin. Aquila* Gen. XXXIII, 12. *ἀπάρωμεν καὶ πορευθῶμεν, ἵνα συνοδεύσω σοι,*

moveamus et pergamus, sed ita, ut ego sim comes itineris. Inde συνοδία Luc. II, 44. dicuntur *ipsi comites itineris*. Sap. VI, 23. οὐ μὴ παροδεύσω τὴν ἀλήθειαν, οὔτε μὴν φθόνῳ τετηκότι συνοδεύσω, vera dicam, neque *erit mihi res* cum invidia liquescente; h. e. non invidebo scientiam meam.

ΣΥΝΟΔΙ'Α, *genus, familia, cognatio*, proprie *coniunctio in itinere, comitatus*. הִתְיַחֵשׂ Hithp. *recenseor per genealogias*. Nehem. VII, 5. συνῆξα τοὺς ἐντίμους καὶ τοὺς ἄρχοντας καὶ τὸν λαὸν εἰς συνοδίας, collegi honoratiores et principes et populum in *familias*. Nehem. VII, 64. οὗτοι ἐζήτησαν γραφὴν ἑαυτῶν τῆς συνοδίας, hi quaerebant librum *generis sui*. — יַחַשׂ, *genealogia*. Nehem. VII, 5. εὗρον βιβλίον τῆς συνοδίας, inveni librum *generis s. genealogiam*. Sic et *Heinsius*, *Lud. de Dieu* et alii Luc. II, 44. συνοδίαν de *familia* exponunt, et recte quidem, iudice *Bielio*. Nam συνοδία ab ipso statim Luca de συγγενέσι et γνωστοῖς, *cognatis* et *affinibus*, (tales enim γνωστοὶ hic denotare possunt, vide supra in γνωστός) explicatur. Alias συνοδία *comitatum* significat. Vide quae ex *Arriano* ad Luc. l. c. p. 188. affert *Raphelius*, et quae ex *Plutarcho* observat *L. Bos anim.* ad *Scriptor. Graec.* p. 187. nec non *Lexicon N. T.* s. h. v.

ΣΥ'ΝΟΔΟΣ, *congressus, conventus*. גֶּרֶשׁ, *extrusum, protrusum*. Deut. XXXIII, 14. ἀπὸ συνόδων μηνῶν, *ab interluniis*. Sic et *Aristoteli* de *generat.* lib. II. σύνοδοι μηνῶν ψυχραὶ sunt *interlunia*. — *חֶבֶל, *funis*. *Inc.* 1 Sam. X, 5. Scil. vox hebr. significat quoque *cohortem, catervam, socios itineris*, a *colligando*, ut multis exemplis docuit *Simonis Lex. hebr.* p. 602. sequ. — מִפְלֶצֶת, *horrendum idolum*. 1 Reg. XV, 13. ubi libere vertentes voce σύνοδος usi esse videntur, quia ibi de sacris Priapi, teste *Vulgato*, sermo est, ut adeo σύνοδος vel *conventum sacrum*, vel *coitum* significet. Conf. *Seldenum de diis Syris* II, 5. *Boysenius* confert arab. قلق, *reclusit, vitiavit puellam*. An fortasse σύνοδον pro *loco posuerunt, ubi ad idola colenda conveniebant?* — עֵדָה. *Symm.* Ps. LXVII, 31. et LXXXI, 1. — עֲצָרָה, *coetus feriatus*. *Symm.* Ioel. I, 14. — עֲצֶרֶת, *feria, coetus ferians*. Ierem. IX, 2. Michaelis putat, eos ita ex mera coniectura vertisse. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* σύνοδος, συναγωγὴ, συνέλευσις, πολλῶν παρουσία.

ΣΥΝΟΔΥΝΑ'ΟΜΑΙ, *una dolore afficior, una doleo*. Sir. XXX, 10. ἵνα μὴ συνοδυνηθῇς, ne risus tuus et filii tui in dolorem vertatur. Ita sec. ed. Complut. Opponitur ibi τῷ συγγελᾶν.

ΣΥΝΟΙΚΕ'Ω, *cohabito, concumbo, una versor, una habito*. בּוֹא אֶל, *venio ad*. Deut. XXXII, 13. — בָּעַל, *maritus sum* vel *fio, uxorem duco*. Gen. XX, 3. Deut. XXIV, 1.

Ies. LXII, 5. *Symm.* et *LXX* Prov. XXX, 23. – *חָיָה, sequ. ל. *Inc.* sec. cod. *Alex.* Iud. XIV, 20. ubi notat *connubio alicui iungi.* – יִבֵּם Pih. *fratriam duco in uxorem.* Deut. XXV, 5. – זָבַל, *habito.* *Aqu.* Gen. XXX, 20. συνοικήσει μοι. – נִבְעַל Niph. *marito iungor.* *Symm.* Prov. XXX, 23. συνοικηθῇ. Vide et Sir. XLII, 13. 15. 2 Macc. I, 14. In his locis omnibus verbum de tori coniugalis consuetudine usurpatur. Quo sensu et apud Graecos profanos (v. c. *Aelianum V. H.* VIII, 9. *Zosim.* I, 39. extr.) saepissime legitur. Vide auctores citatos *Wolfio* ad 1 Petr. III, 7. p. 128. et *Lexicon N. T.* s. h. v. – *בָּחַן עִמָּדִי, *do cum.* *Symm.* sec. cod. Coisl. Gen. III, 12. ἥν συνῴκησάς μοι. *Montf.* reddidit: *quam habitare fecisti mecum*, ut συνοικεῖν hiphilice accepisse videatur. Sed sine dubio scribendum est συνῴκισας (*quam mihi iunxisti matrimonio, dedisti uxorem.* Vide *Aelian.* V. H. VIII, 9.), e quo vulgari vitio librariorum, confundentium verba οἰκεῖν et οἰκίζειν, ortum est συνῴκησας. Conf. *Perizon.* ad *Aelian.* *V. H.* VIII, 5. et XIII, 42. Vide quoque infra s. v. συνοικίζω. 3 Esdr. VIII, 70. συνῴκησαν μετὰ τῶν θυγατέρων αὐτῶν. In hebr. Esdr. IX, 2. legitur נָשְׂאוּ מִבְּנֹתֵיהֶם. 3 Esdr. IX, 36. hebr. נָשְׂאוּ נָשִׁים. Esdr. X, 44. 3 Esdr. VIII, 92. IX, 7. hebr. הֹשִׁיב Esdr. X, 2. 10. Sap. VII, 28. οὐθὲν γὰρ ἀγαπᾷ ὁ θεὸς, εἰ μὴ τὸν σοφίᾳ συνοικοῦντα, neminem enim diligit Deus, nisi illum, *qui* sapientiae *assidue operam dat.* Sir. XXV, 11. μακάριος ὁ συνοικῶν γυναικὶ συνετῇ, beatus, qui *habitat cum* muliere prudente, h. e. *eius maritus est.* Ib. v. 18. συνοικῆσαι λέοντι καὶ δράκοντι εὐδοκῶ (sc. μᾶλλον) ἢ συνοικῆσαι μετὰ γυναικὸς πονηρᾶς, malo *habitare cum* leone et dracone, quam cum muliere mala. Sic alias verbum hoc de *domestica maritorum cum uxoribus consociatione, eiusdemque habitaculi communione* adhiberi, ex *Xenophonte* et *Herodoto* ostendit *Raphelius annotatt.* ex iisdem ad 1 Petr. l. c. Conf. et *Aelianum V. H.* IV, 1.

ΣΥΝΟΙΚΙ'ΖΟΜΑΙ, idem, item *habitor*, *habitatoribus frequentor.* בָּעַל, *dominus sum maritalis*, *uxorem duco vel habeo.* Deut. XXI, 13. συνοικισθήσῃ αὐτῇ, *cohabitabis cum illa.* Deut. XXII, 22. κοιμώμενος μετὰ γυναικὸς συνῳκισμένης ἀνδρὶ, *rem habens cum muliere viro *copulatu.* Ies. LXII, 4. sec. cod. *Vat.* ἡ γῆ σου συνοικισθήσεται, terra tua *habitabitur.* *Symm.* Ies. LXII, 4. συνοικισθήσεται. – בְּעוּלָה part. foem. Niph. *maritata.* *Symm.* *Theod.* Ies. LXII, 4. συνῳκισμένη. Sir. XVI, 5. ἀπὸ γὰρ ἑνὸς συνετοῦ συνοικισθήσεται πόλις, ab uno enim sapiente *habitabitur* vel *frequentabitur* civitas. Ita *Bielius.* Sed συνοικίζεσθαι ibi non tam notat *frequentem reddi* et *incolis impleri*, quam *felicem reddi*, uti e contrario ἐρημοῦσθαι, *desolari* et *miserum reddi*, apparet. Vide supra ad οἰκίζομαι a me notata.

*ΣΥΝΟΙΚΙ'ΖΩ, *una habitare facio, iungo matrimonio, uxorem do.* Symm. Gen. III, 12. συνῴκισάς μοι, uxor, quam mihi *dedisti* s. *iunxisti.* Vide hebr. sunt אֲשֶׁר נָתַתָּה עִמָּדִי. Vulgo perperam legitur συνῴκησας, quod vide supra. Sic Hos. II, 20. in eiusdem *Symmachi* versione nunc extat κατοικήσω, sed debet emendari κατοικίσω. 3 Esdr. VIII, 84. τὰς θυγατέρας ὑμῶν μὴ συνοικίσητε τοῖς υἱοῖς αὐτῶν, ubi in textu hebr. est נָתַן, coll. Esdr. IX, 2. *Philoxeni Gloss.* συνοικίζω, *marito.*

ΣΥΝΟΙΚΟΔΟΜΕ'Ω, *una aedifico.* 3 Esdr. V, 88. συνοικοδομήσομεν ὑμῖν, hebr. נִבְנֶה עִמָּכֶם Esdr. IV, 2.

ΣΥ'ΝΟΙΚΟΣ, *cohabitator, contubernalis.* גָּרַת בַּיִת part. foem. constr. *habitatrix domus. Al.* Exod. III, 22. συνοίκου.

ΣΥΝΟΛΚΗ', *contractio, attractio.* Sap. XIV, 15. εἰς συνολκὴν ἀέρος, ad *percipiendum* s. *attrahendum* aërem. *Hesych.* συνολκὴ, ἀναπνευστικὴ, ἀφελκυστική. Vide ad h. l. *Ernesti* in notis ad *Suidae Gloss. Sacr.* p. 141.

ΣΥ'ΝΟΛΟΝ, ΤΟ', *in universum, omnino*, a σύνολος, *universus.* מוּם, *vitium.* *Symm.* Deut. XXXII, 5. τὸ σύνολον sec. *Procopium Cat. Nic.* p. 1624. ubi pro מוּמָם legisse videtur כּוּלָם, s. כֻּלָּם, *omnes illi*, hoc sensu: *qui omnino non sunt filii eius.* Vide et Sir. IX, 10. 3 Macc. III, 29. *Dio Cass.* l. XLIII. p. 667. τοσοῦτον τὸ σύνολον πάθος.

ΣΥΝΟ'ΜΙΛΟΣ, *sodalis.* מְתֵי סוֹדִי, *homines arcani mei consilii*, h. e. *familiares mei, quibuscum omnia mea secreta communicabam, et quos in consilium adhibebam. Vulg. consiliarii mei.* *Symm.* Iob. XIX, 19. συνόμιλοι.

*ΣΥΝΟΜΟΛΟΓΕ'Ω, *fateor, confiteor.* 4 Macc. XIII, 1. συνομολογεῖται, *fatendum est.* *Philoxeni Gloss.* συνομολογῶ, *confiteor.*

ΣΥΝΟΜΟΣΙ'Α, *coniuratio.* קֶשֶׁר, idem. *Symm.* Ierem. XI, 9. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* συνομοσία, ἡ μεθ' ὅρκων φιλία. Apud *Suidam, Hesychium* aliosque scribitur συνωμοσία per *Omega.*

ΣΥΝΟΡΑ'Ω, *circumspicio, una video, conspicio, considero, perpendo.* 2 Macc. II, 25. IV, 4. VII, 4. 20. VIII, 8.

ΣΥΝΟΥ'ΛΩΣΙΣ, *cicatricis contractio* seu *obductio.* אֲרֻכָה, *sanitas, emplastrum.* Ierem. XXXIII, 6. ἀνάγω αὐτῇ συνούλωσιν καὶ ἴαμα. *Hesych.* συνουλωτικὴ, φαρμακίς.

ΣΥΝΟΥΣΙΑΣΜΟ'Σ, *concubitus, coitus.* Sir. XXIII, 5. κοιλίας ὄρεξις καὶ συνουσιασμὸς μὴ καταλαβέτωσάν με, ventris appetentia et *coitus* ne comprehendant me. Ita *Bielius.* Sed, uti series orationis docet, συνουσιασμὸς notat ibi *libidinem nimiam, concupiscentiam concubitus.* Nisi fortasse aliquis legere malit συναυσιασμοῦ. Adde 4 Macc. II, 3. *Suidas:* συνουσιασμοὶ (scrib. συναυσιασμοὶ), συνουσίαι, συμμιξία. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* συνουσιασμὸς, σύμμιξις. De voce συνουσια-

ζειν, quae notat *ad concubitum sollicitare*, vide *Hemsterhus.* ad *Aristoph.* *Plutum* 1068. p. 396. ed. rec.

ΣΥΝΟΧΗ, *coarctatio*, *angustia*, *anxietas*, *obsidio.* – *מִבְצָר, *munitio.* 2 Reg. XIX, 24. sec. *Compl.* Alii habent περιοχή. – מְצוּקָה *Aqu.* Ps. XXIV, 17. ἐκ τῶν συνοχῶν μου, ex *angustiis* meis. – מָצוֹר, *obsidio.* LXX sec. ed. *Compl.* seu *Inc.* 2 Reg. XIX, 24. Ierem. LII, 5. ἦλθεν ἡ πόλις εἰς συνοχὴν, venit civitas in obsessionem s. obsessa fuit. Vide et Mich. V, 1. – *נִבְכֵי, *fletus.* *Symm.* Iob. XXXVIII, 16. ubi συνοχὴ, *coarctatio*, est *locus, ubi aliquid coarctatur*, ac, si de aqua sermo est, *fons*, *scaturigo*, *quia haec arcta esse solet*, adeoque bene respondet hebr. נִבְכֵי, quod h. l. non per *fletus* reddendum est, sed per *perplexitates* s. *implicationes* (a rad. נָבַךְ. Vide *Schultensium* ad h. l.): quae enim dense convolvuntur, ea coarctantur. LXX enim ibi habent πηγήν. – עֶצֶר, *occlusio.* *Symm.* Ps. CVII, 39. Prov. XXX, 16. συνοχὴ μήτρας, *occlusio uteri.* עֶצֶר significat quoque *pressuram*, *angustiam*, ex significatione radicis *Chald.* *Syr.* et *Arab.* עצר, *pressit.* – צַר, *latus.* Iud. II, 3. ἔσονται ὑμῖν εἰς συνοχὰς, erunt vobis in angustias aut anxietatem, h. e. *angent* seu *vexabunt* vos. *Gloss.* in *Octat.* εἰς συνοχὰς, εἰς συνθλιμμόν. Et rursus: Συνοχὰς, εἰς συγκλεισμὸν, εἰς τὸ συνέχεσθαι. Plerique Intt. statuunt, LXX Iud. l. c. legisse לְצָרִים seu לְצָרִים, Resch loco Daleth (Vide et Ios. XXIII, 13.). Sed non opus est hac coniectura. Nam arabicum ضدّ est *contrarius fuit*, et in Conj. III. ضادّ *hostiliter se opposuit.* – שֹׁד, *vastitas.* *Syrus* Amos. III, 10. συνοχήν. LXX ibi ταλαιπωρίαν. – שׁוֹאָה, *vastitas.* Iob. XXX, 3. οἱ φεύγοντες ἄνυδρον ἐχθὲς συνοχὴν καὶ ταλαιπωρίαν, fugientes aridam heri *anxietatem* et miseriam. Conf. Luc. XXI, 25. et 2 Cor. II, 4. Praeterea legitur etiam Iob. XXXVIII, 28. in cod. *Alex.* ubi hebr. אֶגֶל, *collectio aquae in unum*, *gutta*, *stilla*, ex *Kreyssigii* sententia respondere videtur. *Hesych.* συνοχή, ἀσθένεια, ἀδημονία, ταραχή. *Lex. vet.* Συνοχὴ, *pressius*, *compressus.*

ΣΥΝΤΑΓΗ, *constitutio*, *coordinatio*, *signum constitutum*, *tempus statutum.* אֵיד, *interitus.* *Symm.* Prov. I, 26. Versio *Symmachi* h. l. mihi olim in mendo cubare videbatur, ita ut loco συνταγῇ reponendum esset συντριβῇ, aut συνοχῇ, aut simile vocabulum. Sed nunc mutavi sententiam. *Constitutio* ac *decretum* ponitur h. l. pro *interitu a Deo decreto.* – מוֹעֵד, *statutum tempus.* Iud. XX, 38. *Aqu.* Num. III, 7. Ps. LXXIV, 5. (Vide supra s. v. συναγωγή.) *Aqu.* et *Symm.* Num. IV, 26. et 1 Sam. XIII, 8. – מוּעָד part. Pyh. *constitutus.* Esdr. X, 14. quasi esset מִזְמַנִּים. Praeterea legitur apud *Aqu.* *Symm.* *Theod.* Ezech. XXIV, 11. ubi tamen, quorsum

referenda sit haec vox, me ignorare fateor. *Montfauconio* quoque haec lectio *MS. Ies.* suspecta fuit.

ΣΥ'ΝΤΑΓΜΑ, *constitutio*, *decretum*, item: *volumen ordinate compositum*, *liber*, *syntagma*. אֲסֻפּוֹת, *collectiones*, *collectanea*. *Inc.* Cohel. XII, 11. Vide supra s. v. σύνθεμα. - *מוֹעֵד, *tempus statutum*. *Aqu. Symm.* sec. marg. cod. 108. 1 Sam. XX, 35. κατὰ σύνταγμα. - סוֹד, *arcanum*. Iob. XV, 8. ἢ σύνταγμα κυρίου ἀκήκοας; vel num *decretum* Domini audivisti? Iob. XXVI, 13. sec. *Compl. Vulg. consilium.* 2 Macc. II, 24. δι' ἑνὸς συντάγματος, per unum *librum*. *Hesych.* σύνταγμα, σύγγραμμα. Ita et *Diodorus Sic.* Lib. I. p. 4. διὰ τὴν ἀνωμαλίαν καὶ τὸ πλῆθος τῶν συνταγμάτων, propter varietatem et multitudinem *librorum*. Eodem sensu σύνταξις usurpatur. *Philo de vita Mosis* ab initio: ἡ μὲν προτέρα σύνταξις, prior quidem *liber*. Vide et in v. Σύνταξις.

ΣΥ'ΝΤΑΞΙΣ, propr. *constitutio*, *coordinatio*, deinde *constitutus ordo*, *acies instructa*, *praescripta ratio aliquid faciendi*, *praescriptus labor*, *opus iniunctum*, *praescriptum*, it. *demensum*, *stipendium*, it. *liber*, *historia*. אֲרֻחָה, *cibarium*. Ierem. LII, 27. ἡ σύνταξις αὐτῷ ἐδίδοτο διὰ παντὸς, *stipendium* illi dabatur semper. Conf. 3 Esdr. VI, 29. Ita et apud *Suidam* in v. Παμπρέπιος, et, ut *Küsterus* ex ipso *Suida* v. σύνταξις colligit, Malchus historicus: Συσταθέντα δὲ αὐτὸν (Παμπρέπιον) ὁ Ἴλλος ἡδέως δέχεται καί τι καὶ δημοσίᾳ ποίημα ἀναγνόντα λαμπρῶς τε ἐτίμησε, καὶ σύνταξιν ἔδωκε, τὴν μὲν αὐτὸς ἰδίᾳ, τὴν δὲ, ὡς διδασκάλῳ, καὶ ἐκ τοῦ δημοσίου. Sic et, observante ad *Iulian. Orat.* I. p. 166. *Spanhemio*, apud *Athenaeum* Lib. XI. p. 493. σύνταξις βασιλικὴ de *annuo stipendio* dicitur, quod a *rege Philadelpho* acceperat *Sosibius*, ubi p. 494. eadem occasione memorantur αἱ ἀναγραφαὶ τῶν τὰς συντάξεις λαμβανόντων. - חֹק, *statutum*. Exod. V, 14. διὰ τί οὐ συνετελέσατε τὰς συντάξεις ὑμῶν τῆς πλινθείας; quare non implevistis *praescriptos labores* laterum coctionis? E quo loco luculenter apparet, σύνταξιν in universum notare *taxatam praestandi atque contribuendi portionem.* Sic *Demosthenes* orationem scripsit περὶ συντάξεως, in qua ad publice conferendum (ad bellum sc. gerendum) Athenienses hortatur. *Harpocrat.* σύνταξις, ἡ συντεταγμένη οἴκησις, ubi cum *Valesio* διοίκησις corrigere nollem. Adde *Symm.* Gen. XLVII, 22. - טֶרֶף, *cibus*, *victus*. *Theod.* Prov. XXXI, 15. σύνταξιν, *demensum*. Ferri quidem potest haec versio, si de *mensura cibi*, *alimentis certis et constitutis* accipiatur, ut sit i. q. βρώματα συντεταγμένα: non tamen repugnarem, si quis vocem σύνταξιν ad sequens חֹק referre mallet. Conf. ἄρτος συντάξεως. מִשְׁפָּט, *iudicium*, it. *modus*. Num. IX, 14. κατὰ τὸν νόμον τοῦ πάσχα, καὶ κατὰ τὴν σύνταξιν αὐτοῦ ποιήσει αὐτὸ, iuxta legem paschatis et iuxta *praescriptam rationem* eius faciet

illud. Vide et Num. XV, 22. 1 Reg. IV, 28. Ita et *Demosthenes Olynth.* I. p. 5. καὶ μίαν σύνταξιν εἶναι τὴν αὐτὴν τοῦ τε λαμβάνειν καὶ τοῦ ποιεῖν τὰ δέοντα. Quorsum respiciens *Suidas:* Σύνταξις ἀντὶ τοῦ. συντεταγμένη διοίκησις. Sic enim pro οἴκησις cum *Valesio* scribendum putat *Küsterus.* - מַתְכֹּנֶת, *forma, summa.* Exod. V, 18. τὴν σύνταξιν τῆς πλινθείας ἀποδώσετε, *praescriptum opus* coquendi lateres absolvetis. - עֲבֹדָה, *servitus, opus.* Exod. V, 11. οὐ γὰρ ἀφαιρεῖται ἀπὸ τῆς συντάξεως ὑμῶν οὐθὲν, non enim auferetur aliquid a *praescripto* vestro *opere.* - פֻּקַּד part. Pah. *visitatus, numeratus.* Exod. XXXVIII, 21. αὕτη ἡ σύνταξις τῆς σκηνῆς τοῦ μαρτυρίου, haec *praescripta compositio* tabernaculi testimonii. - תֹּכֶן, *summa, mensura.* Exod. V, 18. 1 Macc. IV, 35. ἰδὼν δὲ Λυσίας τὴν γενομένην τροπὴν τῆς αὐτοῦ συντάξεως, videns autem Lysias fugam *instructae aciei* suae. 2 Macc. XV, 38. καλῶς καὶ εὐθίκτως τῇ συντάξει, bene et ut *historiae* competit. 2 Macc. XV, 40. τέρπει τὰς ἀκοὰς τῶν ἐντυγχανόντων τῇ συντάξει, delectat aures eorum, qui ad *historiam* accedunt. Ita *Diodorus Sic.* Lib. I. p. 4. οἱ μὲν γὰρ εἰς τὰς Φιλίππου πράξεις, οἱ δὲ εἰς τὰς Ἀλεξάνδρου, τινὲς δ᾽ εἰς τοὺς διαδόχους ἢ τοὺς ἐπιγόνους κατέστρεψαν τὰς συντάξεις. *Suidas:* σύνταξις, συγγραφὴ, ἱστορία. Πολύβιος· ταῦτα ἐν ταῖς πρὸ τοῦ συντάξεσι δεδηλώκαμεν.

Ἄ*ΡΤΟΣ ΣΥΝΤΑ'ΞΕΩΣ, panis constitutus.* לֶחֶם יוֹמָם וָלַיְלָה, *panis diei et noctis. Symm.* Ps. XLI, 3. ὡς ἄρτος συντάξεώς μου, ut panis mihi *constitutus. Drusio* in *Fragm. vet. Int. Graec.* videtur innuere *panem cotidianum*, quem Salomo vocat לֶחֶם חֻקִּי, *panem statuti mei.* Vide Prov. XXX, 9. LXX ibi σύνταξον δέ μοι τὰ δέοντα καὶ τὰ αὐτάρκη, *constitue* vero mihi, quae sunt necessaria et sufficientia. *Symmachus:* διάταξόν μοι δίαιταν ἱκανὴν, *constitue* mihi victum sufficientem. Conf. Matth. VI, 11. et Luc. XI, 3.

ΣΥΝΤΑΡΑ'ΣΣΩ, conturbo, perturbo. אֶשְׁתְּבַשׁ chald. Ithpah. a שְׁבַשׁ, *attonitus sum.* Dan. V, 29. - בָּהַל Pih. *terreo.* Ps. LXXXII, 14. Dan. IV, 2. V, 6. et alibi. - בָּלַע, *absorbeo.* Ps. XX, 10. Etiam Ies. III, 11. בָּלַע per ταράττειν reddiderunt. - הָמָה, *tumultuor.* Ps. XLI, 6. 15. et XLII, 5. - הָמַם, *profligo.* Exod. XIV, 24. Ps. XVII, 16. CXLIII, 7. - הִשְׁבִּיחַ Hiph. *compesco.* Ps. LXIV, 7. ὁ συνταράσσων τὸ κῆτος τῆς θαλάσσης. Tuentur hanc lectionem receptam *Vulgatus* et *Arabs. Koehlerus* ad h. l. coniicit, legendum esse καταπραΰνων e *Theodotione*, sed nimis audacter. Si coniecturae locus esset, reponerem potius συντάσσων, *in ordinem redigens*, aut συστέλλων. Sed non opus est. Nam LXX h. l. potius libere verterunt, signa potentiae divinae inter se permutantes. - נִכְמַר Niph. *flagro.* Hos. XI, 8. Συνταράσσεσθαι h. l. aeque ac vox hebr. de *vehementiore animi commo-*

tione explicandum est, ac speciatim de *commiserationis affecta.* - סָעַף Pih. *ramos abscindo.* Ies. X, 33. Dederunt fortasse verbo סָעַף eandem notionem *furendi,* quam habet hebr. שָׁעַף, arab. شعف, unde in Piel *furere fecit, dementavit, turbavit,* aut potius, quia sequitur ἐνδόξους, sensum expresserunt. - עָכַר, *perturbo. Aqu. Symm. Theod.* Ios. VII, 25. συνταράσσειν. Sumta est haec versio a *Drusio* ex *Masii Comment.* p. 138. qui observat, laudatos Intt. *conturbare* h. l. interpretatos esse. Huic *Montfauconius* emendatiorem, ut opinabatur, substituit lectionem συνταράσσεις. Sed iudice *Scharfenbergio* ad h. l. aut συνετάραξας scribendum erat, ut conveniret hebraico, (*Vulg. turbasti*) aut, cum verbum graecum non suppeteret, retinendum latinum, quod apud *Masium* legitur. - פָּצַם, *diffringo.* Ps. LIX, 4. συνετάραξας αὐτήν, sc. γῆν. Ita transtulerunt, quia putarunt, non commode de *terra* dici posse, eam diffringi. Fortasse autem reponendum est συνέθλασας aut συνέκλασας. - רָגַז, *contremisco.* 2 Sam. XXII, 8. 1 Macc. III, 6.

ΣΥΝΤΑ'ΣΣΩ, *ordino, coordino, constituo, praecipio, iniungo.* אָמַר, *dico,* it. *iubeo. Aqu.* et LXX Iob. XXXVII, 6. - דָּבָר, *verbum.* Exod. XII, 35. καθὰ συνέταξε αὐτοῖς Μωυσῆς, quemadmodum *praecepit* illis Moses. - דִּבֵּר Pih. *loquor.* Exod. I, 17. XXXI, 12. Ios. IV, 8. - הִטְרִיף Hiph. *alo, cibo.* Prov. XXX, 9. σύνταξον δέ μοι τὰ δέοντα, *constitue* autem mihi necessaria. Liberius transtulerunt. *Hesych.* σύνταξον, παράσχου. - *יָדַע coniug. Hiph. *scire facio, praecipio, mando. Symm.* 1 Sam. XXI, 2. συνεταξάμην, *praecepi. Al.* Iob. II, 12. συνετάξαντο. *Vulg. condixerant.* Ita Susan. v. 14. συνετάξαντο καιρὸν, *condixerant* tempus. - יָצַר, *formo.* Ies. XXXVII, 26. Vox hebr. h. l. *decernere* notat. - נועד Niph. a יָעַד, *convenio. Aqu. Symm. Theod.* Exod. XXV, 22. συντάξομαι, *praecipiam,* vel potius: *tempus* vel *locum conveniendi constituam,* ac per metonymiam antecedentis pro consequente *conveniam.* Hinc quoque apparet, cur LXX ib. eandem vocem per γνωσθήσομαι, *apparebo,* transtulerint. Conf. Num. XVII, 4. Adde *Aqu.* Amos. III, 3. *Vulg. nisi convenerit eis.* - *עַד, *usque ad.* Iob. XXV, 5. σελήνῃ δὲ συντάσσει, lunae vero imperat. Non legerunt צוה, ut *Houbigantius* voluit, sed retuleruntad rad. יָעַד. Vide proxime antecedentia. - פָּקַד, *visito, numero.* Exod. XXXVIII, 21. - *פָּתַר, *solvo, explico.* Gen. XLI, 13. sec. cod. *Oxon.* συνέταξε, *explicatione somnii constituit.* - צִוָּה Pih. *praecipio.* Gen. XVIII, 19. συντάξει τοῖς υἱοῖς αὐτοῦ, *praecipiet* liberis suis. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* συντάξει, παραγγελεῖ, προστάξει. Gen. XXVI, 12. συνέταξε παντὶ τῷ λαῷ αὐτοῦ, *mandabat* autem omni populo suo. Vide et Exod. I, 22.

XVI, 24. 32. 33. et conf. Matth. XXVII, 10. *Hesych.* συνέταξε, ἐνετείλατο, παρήγγειλεν. *Diodorum* etiam v. συνέταξε pro *iussit* saepius uti, notat *Graevius* ad *Luciani Soloecist.* p. 742. Ies. XIII, 3. ἐγὼ συντάσσομαι, ego praecipio. Conf. quae ex *Heliodoro* affert *Graevius* l. c. Praeterea legitur Dan. XI, 23. sec. cod. *Chis.* δήμου συνταγέντος μετ' αὐτοῦ, ubi nihil in textu legitur. 3 Esdr. VI, 4. chald. שִׂים טְעֵם, *mitto sententiam*, h. e. *mando*, coll. Esdr. V, 3. 3 Esdr. II, 16. οἱ (ἐπὶ) τούτοις συντασσόμενοι, hebr. כְּנָוָתְהֹם, *collegium eorum*, coll. Esdr. IV, 8.

ΣΥΝΤΕΤΑΓΜΕ'ΝΟΣ ΣΚΟΠΟ'Σ, *scopus ordinatus.* מַטָּרָה, *scopus.* *Symm.* 1 Sam. XX, 20. Ita *Bielius.* Sed unde haec hauserit, ignoro. Secundum *Hexapla* ed. *Montf.* ac *Eusebii Onom.* s. v. λαματτάρα tantum verba εἰς τὸ συντεταγμένον sunt *Symmachi* ad vocem לְמַטָּרָה, ac vocabulum σκοπὸν est *Aquilae.* Caeterum *Symmachi* haec versio confirmat sententiam eorum, qui מַטָּרָה non de *meta* aut *scopo*, sed de *signo* (*Vulg. ad signum*) explicant, de quo inter Davidem et Ionathanem convenerat: unde simul apparet, *Symmachum* hac versione sua h. l. minime a scopo aberrasse.

ΣΥΝΤΕ'ΛΕΙΑ, *consummatio, perfectio, omne, finis, interitus, decretum.* אַיָּלָה, *cerva.* Hab. III, 18. εἰς συντέλειαν. Videntur legisse לְכִלָּיוֹן, aut כָּלוֹת, sed nullo, certe incommodo, sensu. *Bahrdtius* ad Iob. XXVI, 10. provocans eos בתכלית legisse suspicatur. Confer tamen supra notata ad v. ἀσφαλής. – אָסִיף, *collectio.* Exod. XXIII, 16. Collectio et importatio frugum terrae est finis messis. – בֶּצַע, *quaestus.* 1 Sam. VIII, 3. ἐξέκλιναν ὀπίσω τῆς συντελείας, declinarunt post *malitiam.* *Hesych.* συντελείας, κακίας. In Cod. *Regio* legitur ad h. l. haec nota: ἀντὶ τοῦ, τῆς πλεονεξίας (Ita quoque *Chaldaeus*), κεῖται, συντελείας, τῆς εἰς τέλος ἀχρειούσης τὸν νοῦν. ῥίζα γὰρ πάντων κακῶν ἡ φιλαργυρία. Sed haec omnia sunt ab h. l. aliena. LXX acceperunt בֶּצַע significatione arabica, nam arab. بضع significat *summam*, *totum*, h. e. *summam pecuniae, quae foenori datur.* – הָכִיל pro הַאֲכִיל *infin. Hiph.* ab אָכַל, *comedere.* Ezech. XXI, 28. ῥομφαία ἐσπασμένη εἰς συντέλειαν. Non deduxerunt a כָּלַל, quae fuit *Cappelli* sententia in *nott. critt.* ad h. l. p. 552., sed notionem metaphoricam, quam h. l. habet אָכַל, recte expresserunt. – *חֵיק, *sinus.* *Symm.* Ezech. XLIII, 17. sec. *Hexapla.* Sed συντέλεια ibi potius pertinere mihi videtur ad גְּבוּל in antecedentibus. – *כֻּלָּה, *ipsa tota.* Amos. VIII, 8. Legerunt כָּלָה. Ib. IX, 5. legerunt כלה pro כֻּלָּהּ. Idem valet quoque de loco Hab. I, 15. et 9. – כָּלָה, nomen. Nehem. IX, 31. οὐκ ἐποίησας αὐτοὺς εἰς συντέλειαν, non fecisti eos in *consummationem*, h. e. in *interitum.* Vide et Ierem. V, 18. et conf. 1 Macc. III, 43.

Ierem. XLVI, 27. ποιήσω συντέλειαν ἐν παντὶ ἔθνει, *finem* faciam omni populo. Vide et Nahum. I, 8. 9. Soph. I, 19. *Aqu.* Ies. XXVIII, 22. – כלה *infin. Pih.* a כָּלָה, *consummare*. 2 Reg. XIII, 17. 19. Esdr. IX, 14. Ps. LVIII, 14. συντέλεσαι, ἐν ὀργῇ συντελείας, ἵνα μὴ ὑπάρξωσι. Si lectio sana est, videntur bis legisse כַּלֵּה. *Vulg. in consummatione*, quasi loco συντέλειαι legisset συντελείᾳ vel ἐν συντελείᾳ. Equidem legere mallem συντέλεσον ἐν ὀργῇ συντελείας. Ad hunc locum oculum intendens *Suidas*, et ex parte etiam *Hesychius* ita: συντέλειαι, αἱ παντοδαπαὶ τιμωρίαι. Δαβὶδ· καὶ ἐξ ἀρᾶς καὶ ψεύδους διαγγελήσονται ἐν συντελείᾳ. Hab. I, 15. συντέλειαν ἐν ἀγκίστρῳ ἀνέσπασε, omne hamo extraxit. – כֶּלַח, *senectus*. Iob. XXX, 2. Ad quem locum respiciens *Suidas*: Συντέλεια, πᾶν τὰ πρὸς ζωήν. Ἰώβ· ἐπ' αὐτοὺς ἀπώλετο συντέλεια, ἀντὶ τοῦ, οὐδέποτέ τι χρηστὸν συνετέλεσαν. Plerique interpretes statuunt, eos legisse כָּלָה vel כָּלַח. Sed mihi hic locus aliam admittere videtur interpretationem, qua admissa nulla varietate lectionis opus erit. Sc. verba hebraica ita vertenda sunt: *non perguut* s. *perveniunt ad aetatem senilem*, quae sistitur h. l. tanquam meta, quam quilibet homo naturae convenienter vivens attingere potest. Iam haec senilis aetas, quia est terminus vitae a Deo constitutus, eamque finis vitae sequitur, bene poterat συντέλεια dici ab LXX, quemadmodum ea, quae sunt necessaria ad hanc metam assequendam, a *Symmacho* πᾶν τὸ πρὸς ζωὴν dicuntur. *Vulgatus: et vita ipsa putabantur indigni.* – *כָּלִיל, *consumtio.* Iud. XX, 40. coll. v. 34. et 42. – *מִסְפָּר, *numerus.* Ios. IV, 8. N. L. – נֶחֱרָצָה praeter. foem. Niph. *praecisa, praecise definita, decreta est.* Dan. XI, 36. – נֶחֱרֶצֶת partic. foem. Niph. *praecisa.* Dan. IX, 27. – סוּפָה, *turbo.* Amos. I, 14. Nahum. I, 3. Legerunt סוֹפָה (Ita et *Arabs* ac *Itala.*), seu cogitarunt de voce סוּף, *finis*, *terminus*, ac ה pro suffixo habuerunt. – *צוֹק, *coarctatio.* Dan. IX, 25. κατὰ συντέλειαν καιρῶν. Legerunt בְּקֵץ. – קֵץ, *finis.* Dan. XII, 4. 13. – קֶצֶב, *caesura*, *forma caesa*, et in plurali: *fines*, *extremitates.* 1 Reg. VI, 25. – רֶגַע, *momentum. Ed. Quinta* Ps. XXIX, 5. συντέλεια. Num forte legit הֲרֵגָה, *occisio, caedes?* Vide tamen supra s. v. συναρπαγή. – רָגֵעַ, *tranquillus, quietus. Ed. Quinta* Ps. XXXIV, 20. Auctor huius versionis legit רֶגַע. Vide supra s. συναρπαγή. – תִּכְלָה. Ps. CXVIII, 96. πάσης συντελείας εἶδον πέρας, ubi συντέλεια vel est *spatium, dimensio, extensio*, (hoc sensu: cuiusque vel maximi et amplissimi spatii animadverti finem esse ac terminum aliquem), vel *aedificatio, constructio. Symm.* κατασκευή. Vide ad h. l. *Agellii* Commentarium. – תַּכְלִית. Iob. XXVI, 10. *Al.* Nehem. III, 21. – הֹתם infin. a תָּמַם. 1 Reg. VI, 21. – תְּקוּפָה, *revolutio.* 2 Par. XXIV, 23. μετὰ τὴν συντέλειαν τοῦ ἐνιαυτοῦ, post finem anni. Bene quoad

sensum. Nam hoc quoque sibi vult formula hebr. quam *Dathius* recte *anno vertente* transtulit. Sir. XXI, 12. *συντέλεια τοῦ φόβου κυρίου σοφία*, *perfectio* timoris Dei (quae consistit in perfecta observatione legis) parit veram sapientiam. 1 Macc. III, 42. *ἀπώλειαν καὶ συντέλειαν*, interitum et *consumtionem*, aut: excidium *consummatissimum*, quod Latini *internecionem* dicunt.

**ΣΥΝΤΕ'ΛΕΙΑ ΤΗ͂Σ ΔΙΑΒΑ'ΣΕΩΣ*. מִסְפָּר, *numerus*. Ios. IV, 8. Credibile est, eos legisse לְסֹף עֲבֹר.

ΣΥΝΤΕ'ΛΕΙΑ ΚΑΙΡΟΥ͂, *consummatio temporis*. כָּלָה, nomen. Dan. IX, 27.

ΣΥΝΤΕ'ΛΕΙΑ ΜΕΓΑ'ΛΗ, *consummatio magna*. הִגְדִּיל Hiph. *magnum facio*. 1 Sam. XX, 41. *ἕως συντελείας μεγάλης*. Verba hebr. sunt: עַד־דָּוִד הִגְדִּיל, *ita ut David plus fleverit*. *Cappellus in Crit. S.* p. 587. putat, eos legisse עד דור הַגָּדוֹל, quam tamen coniecturam non probat *Scharfenbergius*, etsi meliorem afferre se non posse ingenue fatetur. *Clerico* ad ad h. l. legisse videntur עַד כָּלָה הַגְּדוֹלָה, *ad consummationem magnam*, h. e. *ita ut summopere flerint*. Equidem arbitror, voce דָּוִד ab interprete prorsus omissa, legendum esse *ἕως συντελείας μεγάλως*, ita ut duae versiones coaluerint. Caeterum haec emendatio mihi tunc quoque necessaria videtur, si vel *Cappelli* coniectura admitteretur.

ΣΥΝΤΕ'ΛΕΣΙΣ, i. q. *συντέλεια*, *consummatio*. סוּפָה, *turbo*. *Al.* Dan. IX, 27. Vide supra s. v. *συντέλεια*. Adde Amos. I, 14. sec. *Compl.* et *Cyrill.* – חָלָה, *consummatio*. *Aqu.* Ps. CXVIII, 96.

ΣΥΝΤΕ'ΛΕΣΜΑ, *quod una cum aliis solvitur*, *vectigal*, *quod quis cum aliis pendit*, *tributum*, *collatio*. הֲלָךְ Chald. *profectio*, *iter*, metonymice: *vectigal*, *quod a proficiscentibus per viam regiam exigitur*. Esdr. IV, 13. sec. *Compl.* *φόρον καὶ πρᾶξιν καὶ συντέλεσμα οὐ δώσουσιν*, tributum et vectigal et *collationem* non dabunt. Vide et v. 20.

σου δῴης ἡμῖν, salutem tuam des nobis. Vide et Ies. LI, 5. LXI, 10. *Symm.* Ps. XI, 6. - יֶשַׁע. Ps. XCVII, 5. CXVIII, 122. Ies. XII, 3. et alibi. Ies. LX, 18. σωτήριον, *munitio, arx, editus tutusque locus.* Vide Ps. XI, 1. Conf. Luc. II, 30. et *Grotium* ad h. l. - מוֹעֵד, *conventus.* Ies. XXXIII, 20. ubi σωτήριον est *promissa felicitas*, ut adeo respexerint notionem *praestituendi* ac *promittendi*, quam habet יָעַד. - שָׁלוֹם, *pax.* Gen. XLI, 16. - שֶׁלֶם, *sacrificium pacificum* vel *eucharisticum.* Exod. X[illegible] 24. τὰ σωτήρια ὑμῶν, *sacrificia* vestra *pro salute.* Hic θύματα subintellegi debere docet *L. Bos Ellips. Gr.* p. 83. Conf. Exod. XXIX, 28. Exod. XXIII, 6. προσήνεγκε θυσίαν σωτηρίου, offerebat sacrificium pro *salute.* Vide et Lev. III, 1. 3. VII, 4. 10. Iud. XX, 26. ὁλοκαυτώματα σωτηρίου. Vide et Iud. XXI, 4. Ezech. XLVI, 13. *Hesych.* σωτηρίου, ἐξιλασμοῦ. Amos. V, 22. ubi pro σωτηρίου legere mallem σωτήριον secundum vers. *Arab.* et *Italam.* - תְּהִלָּה, *laus*, it. *obiectum laudis.* Ies. LX, 6. - תְּשׁוּעָה. Ps. XXXIX, 13. 22. Thren. III, 26. Sir. XLVII, 2. ὥσπερ στέαρ ἀφωρισμένον ἀπὸ (θυσίας) σωτηρίου, tanquam sebum separatum a *sacrificio salutis.*

*ΣΩΤΗ'ΡΙΟΣ, *salutaris*, *saluber*, *conservandi vim habens.* Sap. I, 14. σωτήριοι αἱ γενέσεις τοῦ κόσμου, *salutaria* sunt rerum creatarum genera. *Vulg. sanabiles. Hesych.* σωτήριος· ὁ οὔριος ἄνεμος. *Lucian. Deorum dial.* T. I. p. 287. ed. *Reitz.* ἀγαθὴν καὶ σωτήριον λέγεις τὴν τέχνην. Vide Tit. II, 11. 3 Macc. VII, 18. πότος σωτήριος, *epulum liberationis ab interitu causa institutum.* Vide *Lexicon N. T.* s. h. v.

ΣΩΦΕΙ'Ρ, ΣΩΦΕΙΡΑ', ΣΩΦΙΡΑ'. Ipsa vox hebraica אוֹפִיר, addita litera Σ, *Iberia*, nomen regionis. 1 Reg. IX, 28. 2 Par. VIII, 18. Iob. XXII, 24. Conf. *Hadr. Relandi Diss. Miscell.* P. I. p. 172. sequ.

ΣΩΦΕ'Ρ, vel iuxta al. Σωφάρ. Ipsa vox hebr. שׁוֹפָר, *buccina, tuba.* 1 Par. XV, 28. Unde *Gloss. MS.* Ἐν φωνῇ σοφὰρ (sic enim scribitur pro σωφὰρ), ἐν φωνῇ κερατίνης. MS. vitiose: κρατίνης.

ΣΩΦΡΟ'ΝΩΣ, *moderate, temperanter, sapienter.* Sap. IX, 11. σοφία ὁδηγήσει με ἐν ταῖς πράξεσί μου σωφρόνως. *Syrus: sapienter.*

ΣΩΦΡΟΣΥ'ΝΗ, *temperantia, sanitas mentis, sapientia, prudentia.* *מַרְפֵּא, h. l. *lenitas, mansuetudo. Symm.* Cohel. X, 4. ὅτι σωφροσύνη παύσει ἁμαρτήματα πολλά, mansuetudo enim magna peccata retinet. Confer *Simonis Lex. hebr.* p. 1546. 2 Macc. IV, 37. *Suidas:* σωφροσύνη λέγεται ἡ ἀντιδιαστελλομένη τῇ μανίᾳ, παρὰ τὸ σώας ἔχειν τὰς φρένας. Haec et quae apud *Suidam* sequuntur, verba esse *Isidori Pelus.* lib. III. Ep. 266. observat *Küsterus.* 4 Macc. I, 31. σωφροσύνη ἐστὶν ἐπικράτεια τῶν ἐπιθυμιῶν. *Lex. Cyrilli MS.*

Bar. σωφροσύνη, σοφία, καθαρότης, ἐγκράτεια, ἐπιστήμη, ἁγνεία. *Hesych.* Σώφρων, φρόνιμος. Conf. *Suiceri Thes.* s. h. v.

T.

*ΤΑΓΗ', *principatus, praefectura*, etiam *praeceptum*. אֲרֻחָה, *viaticum, portio quotidiana. Inc.* sec. cod. *Syr. Hex. Mediol.* Ierem. LII, 34. ubi ταγὴ esse videtur i. q. ταссόμενον, h. e. cibus mandato regio constitutus.

ΤΑ'ΓΜΑ, ordo, agmen, turma, cohors, et in plur. τάγματα, *pedites*. דֶּגֶל, *vexillum.* Num. II, 2. 3. 10. X, 14. 18. 22. 25. Sc. vexillis varia agmina Israelitarum distinguebantur. – דָּגַל, *vexillum erigo. Symm.* Cant. VI, 3. τάγματα παρεμβολῶν, *vexilla castrorum.* Sc. ad נִדְגָּלוֹת supplendum est מַחֲנוֹת. Vide et v. 9. – חַיָּה, *caterva.* 2 Sam. XXIII, 13. Conf. notata supra in v. θηρίον. – טוּרִים, *ordines. Reliqui* Exod. XXVIII, 17. – *יָד, *manus*, it., ut arab. يد, *manipulus, agmen* (Prov. XXVI, 6.). Num. II, 17. sec. *Alex.* et *Ald.* ubi reliqui ἡγεμονία habent. – רָאשִׁים, *capita. Inc.* Iob. I, 17. τάγματα. Sic ראשׁ de *cohorte* s. *agmine* usurpatur Iud. VII, 16. 1 Sam. XI, 11. – רַגְלִי, *pedes, peditis.* 1 Sam. IV, 10. τριάκοντα χιλιάδες ταγμάτων, triginta millia *peditum.* Vide et 1 Sam. XV, 4. ubi οἱ λοιποὶ habent πεζῶν. E quo loco *Lex. Cyrilli MS. Brem.* ταγμάτων, πεζῶν. *Trommius* iudicat, eos legisse דִּגְלֵי, a דֶּגֶל, *vexillum.*

ΤΑΙΝΙ'Α, corona, coronamentum. כֹּל, *omnis.* Ezech. XXVII, 5. ταινίαι σανίδων κυπαρίσσου ἐκ τοῦ Λιβάνου ἐλήφθησαν, *coronae* lignorum longiorum cupressi ex Libano sumtae sunt. Aliter in textu hebr. Pro כֹּל videntur כְּלִיל, *corona*, legisse, aut potius ex sententia *Grotii* una voce אהכל. Est autem הכל *carbasus. Hieron. tenues tabellas cypressinas.* (Equidem suspicor, illos intt. scripsisse τανεῖαι σανίδων, *longae tabulae et crassae*, quod huic loco admodum convenit. Vox τανεῖαι reperitur apud *Theophrastum* in *Hist. Plant.* lib. IV. c. 1.) *Hesych.* Τενίαι (ita vitiose scribitur pro ταινίαι), ζῶναι, στέφανοι, ἢ δεσμοί, διαδήματα. *Gloss. in Bibl. Coislin. Montfauc.* p. 475. ταινία, ἐπὶ μὲν ἀνθρώπων τὰ πεζέτια, στέμματα, στεφάνη, ζώνη· ἐπὶ δὲ ξύλων τὰ κυμάτια. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* Ταινία, στέμμα, στεφάνη. Vide *Aelian. V. H.* IX, 39. *Athen.* I. p. 33. E. *Strabo* IX, 614. B. et *Abresch. Diluc. Thucyd.* p. 482.

ΤΑΚΤΙΚΟ'Σ, ordinarius, constitutus ad ordinandum, peritus ordinandi et instruendi, a τάσσω, *ordino.* גִּבְרַיָּא chald. plur. *viri.* Dan. VI, 5. coll. v. 4. – סָרְכִין : סָרְכַיָּא chald. plur. *Eparchi.* Dan. VI, 2. 4. (ubi *Symm.* ἄρχοντες,

Aqu. συνακτικοὶ) et 6. *Hesych.* τακτικοῖς, στρατιωτικοῖς, πολεμικοῖς, ubi vide *Intt.*

ΤΑΚΤΟ'Σ, *ordinatus*, *constitutus*, *statutus.* שַׁאֲנָן, *tranquillus*, it. *certus.* Iob. XII, 5. εἰς χρόνον τακτὸν, in tempus *statutum.* Ita Act. XII, 21. τακτῇ δὲ ἡμέρᾳ, *statuto* autem die. Conf. *Lex. N. T.* s. h. v.

ΤΑΛΑΙΠΩΡΕ'Ω, *miser sum*, *sensu miseriae tangor.* נַעֲוָה Niph. *distorqueor.* Ps. XXXVII, 6. ἐταλαιπώρησα. Legerunt נַעֲנֵיתִי. - שָׁדַד, *vasto*, *devasto.* Ps. XVI, 10. Ies. XXXIII, 1. Ierem. IV, 13. et alibi. *Symm.* Ies. XXI, 2. Idem Ies. XXXIII, 1. ταλαιπωρηθῇς, ubi forte legendum est ταλαιπωρηθεὶς. Proprius enim est *Symmacho* et frequens participiorum usus, de quo vide *Ernestium* ad *Xenoph. Mem.* III, 9, 9.

ΤΑΛΑΙΠΩΡΙ'Α, *aerumna*, *miseria.* אֵיד, *calamitas.* *Symm.* Ps. XVII, 21. - אֲנֻשָׁה fut. ab אָנַשׁ, *aegritudine afficior.* Ps. LXVIII, 24. ubi putarunt esse nomen. Secundum alios legerunt וּמְשׁוֹאָה. - *דָּוָה, *languor*, *menstruum.* *Aqu.* Lev. XII, 2. ubi ταλαιπωρία *morbum* notat. Vide quoque in fine huius articuli a me notata. - הֹוָה, *aerumna.* Ies. XLVII, 11. - לְשַׁד, *humor.* Psalm. XXXI, 4. εἰς ταλαιπωρίαν. Legerunt לְשֹׁד, vel לְשַׁדַּי, a שָׁדַד, *vastare.* - חָמָס, *violentia.* Ierem. LI, 46. - יָגוֹן, *moeror*, seu: *dolor animi ingens.* *Symm.* Ps. CVI, 39. - מְדֻוָה, *languor*, *Aqu.* Deut. XXVIII, 60. - מַהֲמֹרוֹת plur. *foveae.* Ps. CXXXIX, 11. Sensum expresserunt. - מַחְשָׁךְ, *tenebrae.* Ps. LXXXVII, 19. ἀπὸ ταλαιπωρίας. Legerunt aliis punctis מֵחֹשֶׁךְ, h. e. *a tenebris*, et per *tenebras* putarunt h. l. *miseriam*, ut alibi, significari. V *Cappelli Crit. S.* p. 920. - מְשׁוֹאָה, *devastatio.* Iob. XXX, 3. - סַד, *cippus*, *compes.* *Symm.* Iob. XIII, 27. Non legit בֹּשֶׁר, ut nonnulli putarunt, sed sensum expressit. Nam uti omnia verba, quae *carcerem* et *vincula* notant, apud Hebraeos metaphorice ad *infelicitatem* transferuntur, ita quoque *nervus*, *cippus* est symbolum *miseriae.* - עָמָל, *labor*, *molestia.* *Symm.* Ps. LIV, 11. LXXII, 5. XCIII, 20. - צָרָה *Aqu.* Soph. I, 15. - שׁוֹאָה, *devastatio.* Soph. I, 16. - שָׁאוֹן, *strepitus.* Ps. XXXIX, 2. שָׁאוֹן commode h. l. per *interitum* reddi potest. - שְׁאֵר, *caro.* Ierem. LI, 35. Hic forte legerunt שֶׁבֶר, aut שָׁאוֹן, quod post *Trommium Bielius* coniecit. - שֶׁבֶר, *fractura.* Ies. LIX, 7. LX, 18. Ierem IV, 20. - שֹׁד, *vastitas.* Ps. XI, 5. Ierem. VI, 7. XX, 8. et alibi. *Theod.* Hos. VII, 13. - שָׁדוֹד infin. *vastando.* Mich. II, 4. - שֹׁדֵד part. *vastator.* Ier. VI, 26. XV, 8. LI, 51. - שַׁדַּי, *omnipotens.* Ioel. I, 15. Deduxerunt a שָׁדַד, *vastavit.* Praeterea legitur quoque apud *Inc.* Lev. XV, 19. ubi ταλαιπωρία est *morbus*, spec. *menstruum*, et huic voci nihil

respondet in textu hebr. Vide supra s. v. הָיָה. *Hesych.* et *Lex. Cyrilli MS. Brem.* ταλαιπωρία, μοχθηρία.

ΤΑΛΑΙΠΩΡΙ'ΖΩ, *miserum facio s. reddo.* שָׁדַד, *vasto.* *Symm.* Ies. XXI, 2. XXXIII, 1. ταλαιπωρίζων.

ΤΑΛΑΙ'ΠΩΡΟΣ, *miser, aerumnosus.* שָׁדוּד part. Pah. *vastatus*, aut *vastandus*, *vastationi devotus.* Ps. CXXXVI, 11. *Theod.* Iud. V, 27. ubi vid. *Holmesius. Aqu. Theod.* Ierem. IV, 30. – שָׁדוּד, *vasto. Al.* Ierem. IV, 30. Vide et Tob. XIII, 11. Sap. XIII, 10. 2 Macc. IV, 47. *Hesych.* ταλαίπωρος, ἐπίπονος, τλητικός. *Suidas:* ταλαίπωρος, ὁ ἄθλιος, παρὰ τὸ τάλας, καὶ τὸν πῶρον, ὅ ἐστι πάθος. Ὅτι δὲ πῶρος πάθος τί ἐστιν, Ἀντίμαχός φησι· Πῶρον τίν' ἀλόχοισι καὶ οἷς τεκέεσσιν ἔθεντο. καὶ πωρεῖν Ἠλεῖοι τὸ πενθεῖν φασι. καὶ Ἀντίμαχος αὖθις· Πωρητὸν ἀλόχοισι καὶ οἷς τεκέεσσιν ἕκαστος. Παρὰ τοῦτο οὖν ταλαίπωρος ἐτυμολογεῖται. *Schol. Aristoph.* in *Plut.* v. 33. ταλαίπωρος, παρὰ τὸ τλῆναι τὸν πῶρον, ὅ ἐστιν πένθος.

ΤΑΛΑΙ'ΠΩΡΟΝ ΠΟΙΕ'Ω, *miserum reddo.* שָׁדַד, *vasto.* Ies. XXXIII, 1.

ΤΑΛΑΙΠΩ'ΡΩΣ, *aerumnose, misere, miserabiliter.* שָׁדוּד part. Pah. Iud. V, 27. ἔπεσε ταλαιπώρως, cecidit oppressus.

ΤΑ'ΛΑΝΤΟΝ, *talentum.* כִּכָּר, *plane rotundum aliquid,* speciatim: *talentum, mensurae genus rotundum.* Conf. *Simonius Lex. hebr.* p. 792. sequ. Exod. XXV, 39. Esth. III, 9. Zach. V, 7. et alibi saepius. 3 Esdr. III, 22. διὰ ταλάντων λαλεῖν, h. e. *omnia libere loqui, quidquid in buccam venit.* Sermo ibi est de vino, quod largius sumtum διὰ ταλάντων ποιεῖ λαλεῖν, *efficit nimiam loquacitatem.* Ideo autem usus esse hac formula videtur, quia τάλαντον, teste *Suida*, τὸ μέγιστον χρυσίου καὶ ἀργυρίου μέρος notat. 3 Esdr. VIII, 20. chald. כְּכַר, coll. Esdr. VII, 22. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* τάλαντον, ζυγὸν, ὁλκὴν, σταθμόν. *Etymol. ineditum:* τάλαντον σημαίνει δ', τὸ ζύγιον, τὸν σταθμὸν, τὸ βάρος, καὶ τὸ χάρισμα. *Hesych.* τάλαντον, λίτραι ἑκατὸν εἴκοσι πέντε κατὰ τὸν μέγαν Ἐπιφάνιον. Conf. *Ed. Bernardum* de *Mens.* et *Pond.* lib. II. p. 189.

ΤΑ'ΛΑΣ, *miser.* הוֹי, *vae.* Ies. VI, 5. ὦ τάλας ἐγὼ, ὅτι κατανένυγμαι, o me miserum, quia vox faucibus haeret. Similiter nuncius apud *Euripid.* in *Phoeniss.* v. 1345. Ὦ τάλας ἐγὼ, τίν' εἴπω μῦθον, ἢ τίνα λόγον; Sap. XV, 14. τάλανες ὑπὲρ ψυχὴν νηπίου, *miseriores* anima infantis. 4 Macc. XII, 4. *Hesych.* τάλας, ἄθλιος, ταλαίπωρος.

ΤΑΜΕΙ'ΟΝ et ΤΑΜΙΕΙ'ΟΝ, *promptuarium, conclave, cubiculum.* אָסָם, *horreum.* Deut. XXVIII, 8. Prov. III, 10. – חֶדֶר et חֲדַר, quae constr. et in plur. coincidunt. Gen. XLIII, 30. Exod. VIII, 3. (Distinguitur ibi tanquam pars cubiculi interior et secretior, ubi ranae dicuntur intraturae εἰς τὰ ταμιεῖα τῶν κοιτώνων.) Deut. XXXII, 25. et

alibi saepius. *Hesych.* et *Lex. Cyrilli MS. Brem.* ταμιεῖον, κοιτῶνα. Prov. VII, 27. ubi τὰ ταμιεῖα τοῦ θανάτου eleganter cum *Hesychio* interpreteris κοιτῶνας ἢ θαλάμους θανάτου: haec enim Salomo opponit κοίταις meretricis. Iud. XV, 1, est *cubiculum coniugale*. *Al.* Iob. IX, 9. ταμεῖα νότου, *penetralia austri*. *Hesych.* ταμεῖα, ἀπόκρυφα οἰκήματα. Conf. *Fulleri Miscell. Sacr.* lib. I. c. 16. p. 98. et notata in v. *Ταμίας*. — חור pro חוֹר, *foramen*. Ies. XLII, 22. Forsan legerunt חֶדֶר. - מְזָוִים plur. *promptuaria, penuaria*. Ps. CXLIII, 15. Vide et Tob. VII, 17. *Hesychius* (post v. *Ταμίην*): ταμεῖον, θάλαμος. *Lex. vet.* ταμεῖον τὸ ἰδιωτικὸν, *cellarium, cella proma, penuarium, penum, promptuarium*.

ΤΑΜΙ'ΑΣ, promus condus, dispensator eorum, quae condenda et promenda sunt, etiam *aerarii praefectus*. אֲשֶׁר עַל הַבָּיִת, *qui super domum*. Ies. XXII, 15. πορεύου εἰς τὸ παστοφόριον πρὸς Σομνᾶν τὸν ταμίαν, abi in gazophylacium ad Somnam, *praefectum* eius. *Hesych.* ταμίας, φύλαξ χρημάτων, προστάτης, δεσπότης, οἰκονόμος, διοικητής. — חֶדֶר, *cubiculum, conclave*. Iob. IX, 9. ubi tamen alii pro ταμίαν rectius ταμεῖα habent: quemadmodum et apud *Hesychium* in v. Ὠρίων ita legitur. Conf. *L. Bos. Proleg. in LXX Intt.* c. 3.

ΤΑΜΙΕΥ'ΟΜΑΙ, promus condus seu cellarius sum, abscondo, recondo, dispenso. שָׁבַח Pih. *reprimo*. Prov. XXIX, 11. σοφὸς δὲ ταμιεύεται κατὰ μέρος, sapiens autem ex parte recondit, h. e. non effundit, sed ex parte recondit animum suum, et hac ratione est quasi bonus oeconomus mentis suae. In notione *asservandi* legitur 4 Macc. XII, 11. *Suidas*: Ταμιεύεται, διοικεῖται, ἀποκρύπτει, φυλάττει. Ita et *Lex. Cyrilli MS. Brem.* nisi quod pro Ταμιεύεται vitiose in illo scriptum sit Ταμιεῦται.

ΤΑΝΥ'Ω, tendo, extendo, distendo, expando. נָטָה, idem. Iob. IX, 8. ὁ τανύσας τὸν οὐρανὸν μόνος, qui *expandit* coelum solus. *Hesych.* τανύσας, ἁπλώσας, ἐκτείνας, κρεμάσας. Conf. quoque Sir. XLIII, 14. χεῖρες ὑψίστου ἐτάνυσαν (al. ἐτάννυσαν) αὐτό. Lege αὐτὸν e cod. *Alex.*, sc. τὸν οὐρανόν.

ΤΑ'ΞΙΣ, ordo, ratio, modus, mensura, finis, terminus, fundus, it. *exercitus*. דִּבְרָתִי pro דִּבְרָה, *ductus, ratio*. (י est paragogicum vel potius poeticum.) Ps. CIX, 5. κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδὲκ, iuxta *ordinem* aut *locum* Melchisedeci. Ita *Callimachus Hymn. in Iov.* v. 79. 80. — — Ἐπεὶ Διὸς οὐδὲν ἀνάκτων θειότερον, τῷ καὶ σφὶ τεὴν ἐκρίναο τάξιν. Vide *Hist. Crit. Reip. Literar.* T. III. p. 160. et *Wolfium* ad Hebr. V, 6. p. 651. ac *Lexicon N. T.* s. h. v. - זְבוּלָה, *habitaculum*. Hab. III, 10. ὁ ἥλιος καὶ ἡ σελήνη ἔστη ἐν τῇ τάξει αὐτοῦ, sol et luna in *statione* sua subsistunt. Non male. - מַחֲנֶה, *castra*. Num. I, 52. ἀνὴρ ἐν τῇ ἑαυτοῦ τάξει, unusquisque

in ordine suo. = מְסִלָּה, via trita. Iud. V, 20. ἐκ τῆς τάξεως αὐτῶν παρετάξαντο μετὰ Σισάρα, ex ordine suo pugnabant cum Sisera. Hic quoque, ut Hab. III, 10., τάξεως vocabulo usi sunt, quia de stellis sermo est. Suidas: Τάξις. ἡ τάξις διττή ἐστιν, ἡ μὲν ἐν τῷ στρατηγῷ, ἡ δὲ ἐν τοῖς στρατιώταις. καὶ ἐκ τῆς ἐν τῷ στρατηγῷ τάξεως γίνεται ἡ ἐν τοῖς στρατιώταις. - מָקוֹם, locus. Iob. XXXVIII, 12. ἑωσφόρος δὲ εἶδεν τὴν ἑαυτοῦ τάξιν: ubi τάξις locum coeli certum et constitutum notat, unde progredi debet aurora. - עֵרֶךְ, dispositio, instructio. Aqu. Iob. XXVIII, 13. ubi τάξις vel locum certum notat, ubi aliquis est et versatur, seu ordinem, vel pretium certum et constitutum, quam notionem quoque vox hebraica habet, teste Simonis Lex. Hebr. p. 1249. ab עָרַךְ, dispono atque struo. Aqu. Symm. Iob. XLI, 3. - פֹּעַל, opus. Al. Iob. XXIV, 5. ἐξελθόντες (supple εἰς) τὴν ἑαυτῶν τάξιν, ubi τάξις opus alicui decretum et constitutum notat. Male Montfauconius transtulit: egressi sunt ipsorum ordinem. - קֵץ, finis. Iob. XVI, 3. XXVIII, 3. τάξιν. Eandem vocem habent quoque Tetrapla ibid. pro eodem. Male Montf. eam ordinem transtulit. Quemadmodum enim τάσσειν constituere, definire notat, ita τάξις omne significat, quod est certum ac definitum, adeoque etiam id, quod certos fines ac limites habet, ut adeo bene respondeat hebr. קֵץ. - שִׁית, ornatus. Symm. Prov. VII, 10. ubi τάξις notat rationem se gerendi ac vestiendi. - תּוֹרָה, lex, doctrina. Prov. XXXI, 24. τάξιν ἐστείλατο τῇ γλώσσῃ. Suspicor legendum ἐνετείλατο. Τάξις autem h. l. notat ordinem in rebus gerendis. תּוֹרָה autem, derivatum a תּוֹר, ordinem notat 2 Sam. VII, 19. quanquam τάξις quoque cum תּוֹרָה, lex, a יָרָה deducto, bene conciliari potest. Vide supra s. στέλλομαι. - תָּא, excubitorium. Al. 2 Par. XII, 11. τάξιν. Praeterea legitur apud Inc. Iob. XXXVI, 28. ubi τάξις κοίτης est tempus coitus, quibus verbis nihil respondet in textu hebraico. 2 Macc. I, 19. ἐν κοιλώματι φρέατος τάξιν ἔχοντος ἄνυδρον, in cavitate putei, fundum habentis siccum. Loco τάξιν auctorem dedisse auguror πῆξιν, quod et πάγος, πηγὰς, πηγετὸς, item Alciphroni I, 23. p. 96: πηγυλὶς dicitur. Coniecturam hanc firmant sequentia v. 20. et 21. Alii legere malunt βάσιν ἄνυδρον. 2 Macc. IX, 18. ἐπιστολὴν ἱκετηρίας τάξιν ἔχουσαν, epistolam in modum supplicationis conscriptam, seu literas supplices. Conf. Wolfium ad Hebr. V, 6. p. 651. 2 Macc. X, 37. εἰσδεξάμενοι δὲ τὴν λοιπὴν τάξιν, recipientes autem reliquam cohortem. 2 Macc. XIII, 21. ἐκ τῆς Ἰουδαϊκῆς τάξεως, ex Iudaico exercitu. 3 Esdr. I, 15. οἱ ἱεροψάλται ἦσαν ἐπὶ τῆς τάξεως αὐτῶν, erant suo loco, quo esse debebant, vel in officio suo versabantur, s. partes suas agebant. Hebr. עַל־מַעֲמָדָם, super statione sua, coll. 2 Par. XXXV, 15. 5

Esdr. I, 6. *ἐν τάξει θύσετε τὸ πάσχα*, ex *mandato* s. *ordine* mactate agnum paschalem.

ΤΑΠΕΙΝΟ'Σ, *humilis*, *tenuis*, *pauper*, *modestus*. אֶבְיוֹן, *afflictus*. Ies. XXXII, 7. - אָבֵל, *lugens*. Iob. XXIX, 25. - אִישׁ, *vir*. Prov. XVI, 4. Ita *Bielius* ac *Trommius*. Sed l. l. אִישׁ nequidem legitur, et auctor huius versionis τοῦ ταπεινοῦ perperam de suo addidit. - מְזִיחַ אֲפִיקִים, *cingulum fortium*. Iob. XII, 21. Sine dubio a פוק, *titubare*, *vacillare*, derivarunt. *Vulg. qui oppressi fuerant*. *Boysenius* ad h. l. cum *Kromayero* מְזִיחַ deducit a נאח, *tyrannidem exercere*. - דַּךְ, *attritus*. Ps. IX, 42. - דַּכָּא, idem. Ps. XXXIII, 18. - דַּל, *tenuis*. Ies. XI, 4. XXV, 4. Soph. III, 15. - עָמֹק, *profundus*. Levit. XIII, 3. 4. 25. - עָנָו, *mansuetus*. Prov. III, 34. Ies. XI, 4. Soph. II, 3. - *עֲנָוָה, *humilitas animi*, *depressio*, *mansuetudo*. *Inc*. Prov. XV, 33. *προπορεύεται τοῖς ταπεινοῖς δόξα*. Locum habere potest haec versio, inprimis si conferantur loca similia: Prov. XXIV, 34. *ἥξει προπορευομένη ἡ πενία σου*, Ps. LXXXIV, 14. *δικαιοσύνη ἐνώπιον αὐτοῦ προπορεύσεται*, et Ies. LVIII, 8. ut adeo non opus sit e coniectura, quae aliquando mea fuit, legere: *προπορεύεται ταπεινότης* aut *ταπείνωσις τῇ δόξᾳ*. - עָנִי, *afflictus*, *pauper*. Ps. XVII, 30. Ies. XIV, 32. Amos. II, 7. et alibi. - עַרְעָר, *nudatissimus*, h. e. *omni ope destitutus*. Ps. CI, 18. Vide tamen ad h. l. *Dathium*. - צְנוּעִים plur. *modesti*. Prov. XI, 2. - רָשׁ, *pauper*. 1 Sam. XVIII, 23. *ἀνὴρ ταπεινὸς*, vir pauper. Conf. Iac. I, 9. - רֶשַׁע, *improbitas*. Ies. LVIII, 4. Forte legerunt רָשׁ. - שָׁפָל, *humilis*. Lev. XIII, 21. Iob. V, 11. Ps. CXXXVII, 7. *Aqu. Symm*. 2 Sam. VI, 22. - שָׁפֵל verb. *humilior*. Ies. II, 11. - שֵׁפֶל, *humiliatio*. Cohel. X, 6. *πλούσιοι ἐν ταπεινῷ καθίσονται*. - *שְׁפֵלָה *locus humilis*, *planities*. Ios. XI, 16. *τὰ ταπεινὰ*, ubi alii *τὰ πεδινά*. - *שָׁתוֹת plur. *retia*. *Theod*. Ies. XIX, 10. *τὰ ταπεινά*. Deduxit a שית, *ponere*, unde שָׁתוֹת, *fundamenta*, Ps. XI, 3. - תַּחְתִּי, *inferior*. Iud. I, 15. Sir. XXV, 23. *καρδία ταπεινή*, *cor afflictum*, sc. creat. Ib. XXIX, 8. *ταπεινὸς*, *pauper probus* s. *vere pauper*. *Iudith*. XVI, 3. pro *ταπεινοί μου* legendum arbitror *ταπεινοί σου*, h. e. humiliati seu deiecti a te, ut ad Deum referatur. Eadem medela afferenda quoque est verbis sequentibus *οἱ ἀσθενοῦντές μου*. Lege *σου*, hoc sensu: *a te ad desperationem adducti*. Vide supra s. v. *ἀσθενέω*. Certe aliter hic locus explicari nequit. Esth. I, 11. pro *ταπεινοὶ* in *Vet. Arundel*. vitiose legitur *ποταμοί*.

ΤΑΠΕΙΝΟ'Σ Ε'ΙΜΙ', *pauper sum*, *destitutus sum*. מוּךְ, *tenuis sum*, *ad pauperiem redactus*, *attenuatus sum*. Lev. XXVII, 8. *ἐὰν δὲ ταπεινὸς ᾖ τῇ τιμῇ αὐτοῦ*, si autem pretio eius *destitutus sit*. Sic *Euripides Andromach*. v. 979.

ἐγὼ ταπεινὸς ὢν τύχαις ταῖς οἴκοθεν, ego, qui *destituor* fortunis domesticis.

*ΤΑΠΕΙΝΟ'Σ ΤΕ'ΛΕΙΟΣ. מִכְתָּם. *Aqu.* Ps. LVI, 1. Legit divisim מָךְ תָּם, a מוּךְ vel מָכַךְ, *attenuari, inopem fieri*, et תָּם, *perfectus*. Vide infra s. v. ταπεινόφρων.

ΤΑΠΕΙΝΟ'ΤΕΡΟΣ compar. *humilior.* דַּל, *tenuis. Theod.* et LXX Iud. VI, 15 ἡ χιλιάς μου ταπεινοτέρα ἐν Μανασσῇ: ubi vox vel de *exiguis numero*, vel de *iis, qui sunt in humili ac misera conditione*, accipi potest. - שָׁפָל, sequ. מִן. Levit. XIII, 20. XIV, 37. - *תַּחְתִּית, *pars inferior. Symm.* sec. *Procop. Cat. Nic.* p. 123. Iud. I, 15.

ΤΑΠΕΙΝΟ'ΤΗΣ, *humilitas.* Sir. XIII, 22. βδέλυγμα ὑπερηφάνῳ ταπεινότης, abominatio superbo est *humiliari*, aut *in conditione humili esse.*

ΤΑΠΕΙΝΟΦΡΟΝΕ'Ω, *humiliter sentio.* שָׁוָה Pih. *dispono, aequo.* Ps. CXXX, 3. εἰ μὴ ἐταπεινόφρουν. Sc. superbi infra se ponunt ac aestimant omnes alios, neque cum aliquo facile se componunt ac aequant. Nisi forte verosimilius videatur, eos legisse שׁחותי.

ΤΑΠΕΙΝΟ'ΦΡΩΝ, *humili mente praeditus, qui humiliter de se sentit.* שְׁפַל רוּחַ, *humilis spiritu.* Prov. XXIX, 23.

*ΤΑΠΕΙΝΟ'ΦΡΩΝ ΚΑΙ' ἊΜΩΜΟΣ. מִכְתָּם, *ode aureola*, h. e. *prorsus egregia. Symm.* Ps. XVI, 1. Legit divisim מָךְ וְתָם. Idem Ps. LV, 1. Vide supra s. ταπεινὸς τέλειος.

*ΤΑΠΕΙΝΟ'ΦΡΩΝ ΚΑΙ' ἉΠΛΟΥ͂Σ. מִכְתָּם. *Aqu.* Ps. XVI, 1. Vide antecedentem articulum.

ΤΑΠΕΙΝΟ'Ω, *humilio, deprimo, demitto, submitto, deiicio, contristor, affligo*, it. *comprimo, stupro*, et pass. Ταπεινόομαι, οῦμαι, *ad inopiam redigor, inopia laboro.* אֵימָה, *terror.* Ps. LXXXVII, 16. ἐταπεινώθην, ubi pro אֵמֶיךָ, *terrores tuos*, legerunt אָמִיךְ a מוּךְ, quod notat *deprimi*, vel אמַךְ fut. Niph. a rad. מָכַךְ. - אָנָה, *moestus sum.* Ies. III, 24. ubi *Cappellus* statuit eos confudisse אָנוּ, *moerebunt*, cum עָנוּ, *humiliabuntur*, ob soni affinitatem. Caeterum e *Theodoreto* reponendum est τεταπεινωμένον καὶ τεταπεινωμένη. - אֲנִיָּה, *moestitia.* Thren. II, 5. ταπεινουμένα: ubi male nonnulli statuunt eos derivasse quasi ab עָנָה, non vero ab אָנָה, *lugere.* - *בָּךְ, *in te.* Οἱ λοιποὶ Ierem. XVII, 4. ταπεινωθήσεται aut, ut rectius legitur, ταπεινωθήσῃ. Legerunt aut דָּךְ aut מָךְ. - בָּלַע, *absorbeo. Al.* Ies. XIX, 19. ταπεινοῦντες. - בְּלָא chald. Pah. *detero. Al.* Dan. VII, 27. ταπεινώσει. - בָּנָה, *aedifico.* Iob. XXII, 23. Permutasse hic videntur בָּנָה et כָּנַע. - דּוּמִיָּה, *silentium.* Ps. XXXVIII, 3. Deduxerunt fortasse a דָּמַם, arab. دَمَّ, cui *Schultensius* in *Clav. Dial.* p. 255. *complanandi* notionem tribuit. - דַּךְ, *attritus, con-*

tritus. Psalm. LXXIII, 22. - דִּכָּא Pih. *contero*. Iob. XXXIV, 25. Ps. LXXI, 4. Thren. III, 33. *Symm*. Iob. V, 4. Vox דִּכָּא aeque ac דָּכָה utramque notionem habet *conterendi* ac *confringendi*, et *humiliandi*. Quae enim confringuntur, etiam imminuendo humilia redduntur. *Aqu. et Theod.* Ies. XIX, 10. - דָּכָה in Kal, Niph. et Hiph. Ps. X, 33. XXXVII, 8. L, 9. 18. - דָּלַל, *attenuor*. Ps. CXIV, 6. CXLI, 8. - הוּגָה Hoph. a יָגָה, *moerore afficio*. Thren. I, 6. κύριος ἐταπείνωσεν αὐτὴν ἐπὶ τὸ πλῆθος, Dominus magno *moerore* illam *affecit*. Vide et v. 13. ac cap. III. v. 31. et 32. ac conf. 2 Cor. XII, 21. et ad h. l. *Raphelium* in *annotatt. ex Polybio* p. 505. *Houbigantius* perperam statuit, *LXX* et *Syrum* Thren. l. l. legisse הוֹגָה a יָגָה. - הוֹרִיד Hiph. a יָרַד, *descendere facio*. *Al.* 2 Sam. XXII, 48. - הֵזִיל Hiph. a זלל, *vilipendo*. Thren. I, 9. ubi ταπεινοῦν opponitur τῷ δοξάζειν. Vide quoque infra s. נִמְבְזָה. - הִכְנִיעַ: נִכְנַע, Hiph. et Niph. Iud. IV, 23. XI, 33. ubi ταπεινοῦσθαι notat *ad incitas redigi*. 1 Sam. VII, 13. et alibi saepius. - *הִשְׁחִית, *corrumpo*, *perdo*, *interficio*. 1 Sam. XXVI, 9. sec. *Vat.* - הִתְרוֹשֵׁשׁ, Hithp. a רוּשׁ, *pauperem me fingo*. Prov. XIII, 7. Conf. Phil. II, 8. - חָבַל, *pignus accipio*. Iob. XXIV, 9. ἐταπείνωσαν, *ad maiorem paupertatem redegerunt*. Libere transtulerunt. Conf. Prov. XIII, 13. ac infra s. v. מוּךְ. - חִלֵּל Pih. *profano*. *Al.* Ezech. XXVIII, 7. - חָקַר, *pervestigo*. Ierem. XXXI, 32. Pro lubitu hic transtulerunt. - כָּרַע, *incurvo me*. Iob. XXXI, 10. - מוּךְ, *attenuor*. Levit. XXV, 39. ἐὰν δὲ ταπεινωθῇ ὁ ἀδελφός σου παρά σοι, si autem ad *inopiam redigatur* frater tuus apud te. Conf. Sir. XIII, 11. Ita ταπεινοῦσθαι notat *inopem esse* Phil. IV, 12. Conf. quae in h. v. post hebr. עָנָה notata sunt ex Ies. LVIII, 10. *Raphelii annotatt.* ad h. l. ex *Arriano* p. 567. ac *Lexicon N. T. s. h. v.* - מָכַךְ, idem. Ps. CV, 41. Cohel. X, 18. - *מָסַס. *Inc.* Psalm. XXXVIII, 12. ubi ταπεινοῦν in universum *consumere*, *perdere* notat. - נִכְאָה Niph. *atteror*. Dan. XI, 30. *Symm.* Prov. XVII, 22. ubi πνεῦμα τεταπεινωμένον est *animus tristis*. - נִמְבְזָה, *contemtibilis*, *vilis*. *Aqu.* 1 Sam. XV, 9. τεταπεινωμένον. Vide quoque supra s. הֵזִיל. - נָפַל, *cado*. Esth. VI, 13. - עִוָּה, *Iva*, nomen proprium. *Symm.* 2 Reg. XVIII, 34. ἐταπείνωσεν. Legit עִנָּה. Vide ad h. l. *Montfauconium*. - עַיִן, *oculus*. Ies. III, 7. Legerunt עִינּוּ, quasi esset praeter. Pih. ab עָנָה, *humiliare*. - עָנָה in Kal, Niph. Pih. Pyh. et Hithp. Gen. XVI, 9. ταπεινώθητι ὑπὸ τὰς χεῖρας αὐτῆς, *submitte* te sub manus eius. Gen. XXXI, 50. εἰ ταπεινώσεις τὰς θυγατέρας μου, si filias meas *durius tractaveris*. Gen. XXXIV, 2. ἐταπείνωσεν αὐτήν, *comprimebat* illam, seu *stuprabat* illam. Est enim in eo summa contumelia. Deut. XXII, 24. ἐταπείνωσε τὴν γυναῖκα τοῦ πλησίον αὐτοῦ, *compressit* uxorem proximi sui. Vide et

Iud. XIX, 24. XX, 5. 2 Sam. XIII, 12. 14. Ezech. XXII, 10. 11. Lev. XVI, 29. ταπεινώσετε τὰς ψυχὰς ὑμῶν, *affligetis* animas vestras. Vide et v. 31. et Lev. XXIII, 29. 32. Lev. XIII, 27. ταπεινώσετε τὰς ψυχὰς ὑμῶν: ubi *Inc.* habet νηστεύσατε. Vide ad h. l. *Theodoretum* p. 210. ed. *Hal.* Ies. LVIII, 10. ψυχὴν τεταπεινωμένην ἐμπλήσῃς, animam *inopia laborantem* implebis. Hos. V, 5. Legerunt cum *Syro* et *Ionath.* עָנָה. Hos. XIV, 9. (ubi עָנָה *respondere*, *exaudire* notat.) Legerunt cum *Syro* עִנִּיתִי. Mal. II, 12. Legerunt יְעַנֶּה aut וְעָנָה loco עֹנֶה. – עָנִי, *afflictus*. Ies. LI, 21. – עֲנָוָה, *humilitas*. Prov. XVIII, 12. ταπεινοῦται. Ita transtulerunt ob antecedens יִגְבַּהּ. – עָצַב, *dolore afficio*. 1 Par. IV, 10. τοῦ μὴ ταπεινῶσαί με, ne *affligat* me. – עֹשֶׂה כַף רְמִיָּה, *facio manu doli*, h. e. *dolosa*. Prov. X, 4. πενία ἄνδρα ταπεινοῖ, inopia animum hominis *frangit*. Sensum expresserunt. Sc. רְמִיָּה h. l. non male in notione *remissionis*, *ignaviae* acceperunt, hoc sensu: *paupertas homines animi demissi, adeoque ignavos reddit.* *Arrianus Diss. Epictet.* lib. III. c. 26. p. 351. de Ulysse, cum naufragus eiectus esset: μήτι ἐταπείνωσεν αὐτὸν ἡ ἀπορία; num egestas *animum* eius *fregit?* Sic et nos voce *niederschlagen* uti solemus. – פָּרַשׂ, *expando*. Ies. XXV, 11. Sed veram lectionem h. l. nobis servavit margo textus *Procopiani*, in quo ἐξαπλώσει et ἀναπλώσει loco ταπεινώσει legitur. – רָדָה Pih. *dominari facio*. Iud. V, 13. Deduxit a יָרַד in Hiph. *descendere facere*, h. e. ταπεινοῦν. – רוּם, *exaltor*. Iob. XXII, 12. N. L. – שָׁחָה, *incurvo me*. Psalm. XLIII, 27. *Ed. Quinta* Ps. XLI, 6. – שָׁחַח, idem. Ps. XXXIV, 17. Cohel. XII, 4. Ies. II, 11. 17. – שִׂפַּח Pih. (שׂ pro ס), *scabie afficio*. Ies. III, 16. Fortasse legerunt שָׁחַח, seu שָׁפַח per Schin, seu שָׁפֵל, aut potius sensum expresserunt. – שָׁפֵל; הִשְׁפִּיל, Kal et Hiph. 1 Sam. II, 7. 2 Sam. XXII, 28. Prov. XXV, 7. ubi pro ταπεινῶσαι *Iaegerus* non male coniicit legendum ταπείνωσαι, redundante σε, et ita, ut ante ταπείνωσαι supplendum sit τὸ ῥηθῆναι. Alioquin dicendum esset, verbum activum obtinere vim passivam, ταπεινοῦσθαί σε. Ies. V, 15. et alibi. – הַשְׁפֵּל chald. Aphel. Dan. IV, 34. V, 21. 24. VII, 24. – הֵשַׁח et הִשְׁפִּיל iunctim. Ies. XXV, 12. – תַּאֲנִיָּה, *moestitia*. Thren. II, 5. – תְּאֻנִים plur. *molestiae*. Ezech. XXIV, 12. Hic legisse videntur הָאוֹנִין. – שָׁחַת, *perdo*. *Al.* 1 Sam. XXVI, 9. μὴ ταπεινώσῃς αὐτὸν, ne *interficias* eum, *et quidem inhonesto modo.* Praeterea legitur haec vox apud *Symm.* Iud. XII, 2. Ἀμμὼν ἐταπείνουν με σφόδρα, h. e. me admodum *in angustias redegerunt.* Versio haec *Symmachi* vitiata videtur *Montfauconio*, qui paulo post profert hanc notam hexaplarem: Σ. ἐταπείνουν. Ἀλλ᾽ ἐπολέμουν. e cod. *Basil.* simulque observat, neutrum esse in Hebraeo. Sed mihi de utroque loco secus

videtur. Vitiata quidem est et corrupta *Symmachi* versio, sed non eo quo existimavit *Montfauconius* modo. Ante Ἀμμὼν exciderunt quidem verba *οἱ υἱοὶ* e reliquis Intt. facile supplenda, quae etiam vox *ἐταπείνουν* postulare videtur. Loco וְעַמִּי autem legisse videtur *Symmachus* וַעֲנוּנִי, aut, quod propius ad textum hebr. accederet, וְעַנּוּ לִי. Conferri quoque ad h. l. meretur *Scharfenbergius*. Sir. XVIII, 21. πρὶν ἀῤῥωστῆσαί σε, ταπεινώθητι. Vulgo vertunt: dum vales et viges, *noli superbire* de tua sanitate et viribus. *Syrus* vertit *ora*. Alii: *humilia te per continentiam et abstinentiam*, ut addunt *Complut.*, h. e. *ieiuna*. Alii: *age poenitentiam*. Sirac. XXXIV, 31. ubi ταπεινοῦσθαι notat *ieiunium agere, ieiunare*, ad imitat. hebr. עָנָה, ac cum νηστεύειν permutatur. Conf. supra s. v. ἀσθενέω et κακόω. Sirac. VII, 16. ταπείνωσον σφόδρα τὴν ψυχήν σου. Vide ad h. l. *Bretschneideri Spicil.* Sir. XXIX, 5. ταπεινοῦν φωνὴν, *uti voce supplici*.

ΤΑΠΕΙΝΩ'ΣΑΣ ΚΑΤΑ'ΓΩ, *humilians deduco*. הֵשַׁח Hiph. a שָׁחַח. Ies. XXVI, 5.

ΤΑΠΕΙ'ΝΩΣΙΣ, *humilitas, tenuitas, humilis, tenuis et abiecta conditio*. דַּכָּא, *contritus*. Ps. LXXXIX, 3. - חֹדֶשׁ, *mensis, novilunium*. Ierem. II, 24. ἐν τῇ ταπεινώσει αὐτῆς. Ita quoque *Theodotion*. Scio quidem, חדשׁ quoque notare *calamitatem* et *infortunium*, v. c. Hos. V, 7., sed non video, quomodo haec notio cum h. l. conciliari possit. Mallem itaque statuere, ταπείνωσιν h. l. *tempus* seu *statum* notare, *quo libidine maxime ardent onagrae*. Certe חֹדֶשׁ apud *Ierem.* notat *tempus certum libidinis*, ac ταπεινοῦν interdum *coire, stuprare* notat, ut supra docuimus. Fortasse tamen ad arab. خلس, *humi stravit*, respexerunt, unde חֹדֶשׁ esset *prostratio humi*, ut facere solent, qui religiose Deum aliquem colunt. *Doederleinius* suspicatur, LXX non aliter legisse, sed per euphemismum exposuisse de *menstruis*. - *עָוֹן, *iniquitas, et poena peccati*. 2 Sam. XVI, 12. ac si in hebr. esset: בְּעָנְיִי. - עָנָו, *mansuetus*. Prov. XVI, 20. Hic legerunt עֳנִי. - עֳנִי, *afflictio*. 1 Sam. I, 11. ἐπιβλέψῃς ἐπὶ τὴν ταπείνωσιν τῆς δούλης σου, respicias ad *abiectam conditionem* ancillae tuae. Vide et Gen. XXIX, 31. Ps. XXX, 9. et conf. Iudith. VI, 20. ac Luc. I, 48. et ad h. l. *Boisii Collat.* p. 162. nec non *Lexicon N. T.* s. h. v. - עֹצֶר, *coarctatio*. Ies. LIII, 8. ἐν τῇ ταπεινώσει, coll. Act. VIII, 33. ubi sensum recte expresserunt. *Michaelis* in *Supplem.* p. 2125. videntur legisse בצער vel בצערו, idque ex Syriacó vocis usu intellexisse: *cum contumelia afficeretur*. - צָבָא, *militia*. Ies. XL, 2. Vox hebr. h. l. notat *stationem molestam et laboriosam*, s. *conditionem miseram*. Perperam *Tychsenius* statuit, eos שפלה legisse. - שֵׁפֶל. Ps. CXXXV, 23. - תַּעֲנִית, *afflictio*, it. *ieiunium*. Esdr. IX, 5. Sir. II, 4. et 5.

ubi *calamitatem*; *mala*, *fata adversa* notat. Vide et Sir. XI, 13. XX, 10.

*ΤΑΠΕΙΝΩ'ΣΕΙ 'ΕΠΑΚΟΥ'ΟΜΑΙ, *humiliatione obedio.* עָנָה. Cohel. X, 19. τοῦ ἀργυρίου ταπεινώσει ἐπακούσεται τὰ πάντα, pecuniae *subiiciunt se et obediunt* omnia. Sed suspicor, et quidem iure, duas hic coaluisse versiones ex varia vocis עָנָה significatione. Unde simul apparet, quam aliena et inepta dici mereantur, quae *Cappellus* in *nott. critt.* p. 489. ad h. l. proposuit.

ΤΑΡΑ'ΣΣΩ et ΤΑΡΑ'ΤΤΩ, *turbo, conturbo, commoveo, perturbo, turbidum reddo, agito, terreo, consterno*, it. *perverto*. אֶשְׁתּוֹלְלוּ Hithp. a שָׁלַל (א pro ה more Chald.), *in praedam me dedo*. Ps. LXXV, 4. ἐταράχθησαν. Legerunt cum *Syro* אתחוללו. – בָּהַל: נִבְהַל, Pih. et Niph. *terreo, or*, it. *festino*. Ps. II, 5. ἐν τῷ θυμῷ αὐτοῦ ταράξει αὐτοὺς, in excandescentia sua *terrebit* illos. Ps. VI, 3. ἡ ψυχή μου ἐταράχθη σφόδρα, anima mea valde *est conturbata*. Vide et Ps. XXIX, 9. LXXXIX, 7. Ies. XIII, 8. et conf. *Pearsoni Praefat. in LXX Intt.* Adde *Symm.* Iob. XXII, 10. *Aqu. Theod.* Iob. XXIII, 15. ubi vid. *Montf.* – בְּהַל chald. Pah. Dan. V, 10. μὴ ταρασσέτωσάν σε οἱ διαλογισμοί σου, ne *terreant* te cogitationes tuae. Ib. XI, 43. – בִּלַּע Pih. *absorbeo.* Ies. III, 12. *Absorbere viam* est h. l. *corrumpere viam*. – *בָּעַת, *terreo*. *Inc.* Iob. III, 5. *Vulg. involvatur amaritudine*, h. e. tota infelix sit. Sensum expressit. *Hebr. Int.* Iob. XIII, 11. – דָּלַח, *calco*, etiam calcando *turbo*. Ezech. XXXII, 2. ἐτάρασσες ὕδωρ τοῖς ποσί σου, *turbabas* aquam pedibus tuis. Ibid. v. 13. Conf. Ioh. V, 4. – הֵהִים Hiph. ab הוּם, *perstrepo*. Ps. LIV, 2. – *הוּם, *terreo*. *Symm.* Deut. VII, 23. – *הֵחִיל. *Inc.* Hab. III, 10. – הִכְרִיעַ Hiph. *deprimo*. *Al.* Iud. XI, 35. – הָמָה, *cum strepitu tumultuor, commoveor*. Ps. XXXVIII, 9. XLV, 6. *Symm.* Ierem. IV, 19. – הָמוֹן, *strepitus*. Ps. LXIV, 8. Legerunt וְהָמוֹן vel יֶהֱמוּ, et aliter versus distinxerunt, quam hodie in textu hebraico impresso legitur. – *הָמַם, *fugo, prosterno*. *Symm. Theod.* Ies. XXVIII, 28. – הָמִיר Hiph. a מוּר, *muto*. Ps. XLV, 2. ἐν τῷ ταράσσεσθαι τὴν γῆν. Num scribendum est ἀλλάσσεσθαι? aut legerunt חָמַר, quod proprie *turbare* notat? aut, quod adhuc probabilius est, *mutationem* terrae de eius motu convenienter seriei orationis interpretati sunt? *Ringeltaube* ad h. l. confert arab. ماج, *huc illuc mota est res, commota fuit, fluctuavit*. IV. *agitavit*. – הֵנִיף Hiph. a נוּף, *agito*. Ies. XXX, 28. – הֶעֱרִיץ Hiph. *formido*. Ies. VIII, 12. – *הִפִּיל Hiph. a נָפַל. Dan. XI, 12. sec. cod. *Chis.* – הַרְהֹרִין plur. chald. *cogitationes, phantasmata*. Dan. IV, 2. Forte legerunt חֲרָדָה, vel secundum formam hebr. חֲרָדָתִי, aut etiam וְהַרְדָּתָה, ut *Bertholdtus* voluit. – הֻרַם Hoph. a רוּם, *aufe-*

ror. Dan. VIII, 11. Perinde est, sive dicam: *ablatum est sacrificium*, an: sacra *turbata* h. e. *interrupta sunt*. - הִשְׁחָה Hiph. *incurvo me*. Prov. XII, 26. - *הֵשִׁית Hiph. a שׁוּת, *pono*. *Symm*. sec. unum cod. Ps. XVI, 11. ἐτάραξαν, quod ortum est ex ἔταξαν, quod alii recte pro ἔθεντο habent. - הִשְׁתַּחֵה Hithp. a שָׁחָה, *incurvo me*. Ps. LI, 8. - הִשְׁתּוֹמֵם Hithp. a שָׁמַם, *stupesco*. Ps. CXLII, 4. - הִתְגָּעֵשׁ Hithp. *commoveor*. 2 Sam. XXII, 8. Ierem. V, 22. - הִתְמַהְמַהּ Hithp. a מָהַהּ, *cunctor*. Gen. XIX, 16. Legerunt יִתְמָהוּ, a תָּמַהּ, *obstupesco*, iudice *Michaelis Bibl. Orient*. T. IX. p. 13. Mihi vero vox ταράσσεσθαι non tam *animi perturbationem et indignationem*, quam ex adiuncto *cunctationem* et *trepidationem* significare videtur, ut ἐταράχθησαν vertendum sit *cunctabantur*. Sic et Ps. CXVIII, 60. οὐκ ἐταράχθην est *nihil moror*. - הִתְנַדֵּר Hithp. a נָדַר, *evagor*. Ps. LXIII, 9. ἐταράχθησαν, *terrore perculsi aufugiunt*. - הִתְפּוֹרֵר et הִתְרֹעֲעָה iunctim, *disrumpo me*, *confringo me*. Ies. XXIV, 19. ταραχῇ ταραχθήσεται ἡ γῆ. Bene quoad sensum. - זָעַן, *turbatus sum*. Gen. XL, 6. - חָגַג, *tripudio*. Ps. CVI, 27. - חוּל: הֵחִיל: הִתְחַלְחַל, Kal, Hiph. et Hithp. *parturio*, *dolore contremisco*. Esth. IV, 4. Ps. LIV, 4. Ezech. XXX, 16. - חָלַל, *vulneror*. Ps. CVIII, 21. ἡ καρδία μου τετάρακται. Hoc enim sibi vult *corde vulnerari*, si metaphorice sumitur. - חָמַר: חֳמַרְמַר, Kal et Pyh., *turbidus sum*. Ps. XLV, 3. Thren. I, 21. II, 11. - *חֹמֶר, *acervus*. Hab. III, 15. ταράσσων. Habuerunt pro participio verbi חָמַר, *aestuare*, *commoveri*. - חָרַד, *tremo*. Gen. XLII, 28. Iob. XXXVII, 1. ἐταράχθη ἡ καρδία μου, *tremebat* cor meum. - *יָעָה, *verro*, *verrendo removeo*. *Theod*. Ies. XXVIII, 17. Libere vertit. *Spes* enim *turbata* est spes *remota* s. *irrita facta*. - *כָּרַע, *incurvo*. Iud. XI, 35. ταραχῇ ἐτάραξάς με (sec. ed. *Rom*. et *Cat*. *Niceph*.), *conturbasti rationes meas*, *contaminas gaudium meum aegritudine*. Permutarunt invicem כָּרַע et עָכַר. - לֹהֲטִים part. plur. *flammantes*, h. e. *homines*, *qui inflammant aliorum animos mendaciis et calumniis*. Ps. LVI, 5. τεταραγμένος. - מִהַר Pih. *festino*. Gen. XLIII, 30. *Symm*. Iob. V, 13. ubi ταράσσειν βουλὴν est *irritum reddere consilium*, i. q. ἀκυροῦν. - נָבוֹךְ Niph. a בּוּךְ, *perplexus sum*. Esth. III, 15. ἐταράσσετο ἡ πόλις, turbabatur, *consternabatur* civitas. Conf. Matth. II, 3. et ad h. l. *Alberti* p. 5. sequ. - נִבְעַת Niph. *terreor*. Esth. VII, 6. - נָבַק Niph. a בָּקַק, *exhaurior*. Ies. XIX, 3. ταραχθήσεται τὸ πνεῦμα, *perturbabitur* s. *consternabitur animus*. Verba hebr. *evacuabitur spiritus* metaphorice notant: *omni prudenti consilio destituentur*. - נָטַף, *stillo*. *Inc*. Iud. V, 4. ἐταράχθη. Ita quoque *Ald*. et *Compl*. Sed videtur mihi haec vox inepto hic loco posita esse, ac ad praecedens ἐσείσθη, רָעָשָׁה, pertinere. - נִכְמַר Niph. *incalesco*. 1 Reg. III, 26. Ταράσσεσθαι ibi de *commotione animi*

ad misericordiam adhibetur. – נִלְפַּת Niph. *inclino me.* Ruth. III, 8. Videtur mihi hic traiectio verborum locum habere, ac ordinem ita restituendum esse: *ἐταράχθη ὁ ἀνὴρ καὶ ἐξανέστη.* Nam, ut contrectando intellegeret, mulierem cubare ad pedes suas, opus erat, ut surgeret ac se inclinaret. – נָמוֹג Niph. a מוּג, *liquesco.* Ies. XIV, 31. *πόλεις τεταραγμέναι*, *civitates turbatae.* 1 Sam. XIV, 16. *ἡ παρεμβολὴ τεταραγμένη.* – נִפְעַם Niph. *consternor.* Gen. XLI, 8. *ἐταράχθη ἡ ψυχὴ αὐτοῦ*, perturbata erat anima eius. Vide et Ps. LXXVI, 4. et confer Iob. XII, 27. ac ad h. l. *Keuchenium* p. 64. – סְחַרְחַר, pro סָחַר, geminatis literis radicalibus, *circumeo, palpito.* Ps. XXXVII, 10. – סַר, *fastidiosus.* 1 Reg. XXI, 5. *τί τὸ πνεῦμά σου τεταραγμένον;* quare animus tuus perturbatus? Qui est animo aegro, cibos fastidire solet. – עִוֵּת Pih. *perverto.* Iob. VIII, 3. *ταράξει τὸ δίκαιον*, *pervertet* iustum. Iob. XVI, 9. XXXIV, 12. Thren. III, 9. *τρίβους μου ἐτάραξεν*, semitas meas *pervertit.* – עָכַר, 1 Par. II, 7. *Symm.* Prov. XI, 17. *Inc.* Prov. XV, 27. – עֲקֻבָּה foem. ex עָקוֹב, q. d. *calcaneata.* Hos. VI, 8. *ταράσσουσα ὕδωρ*, *turbans* aquam. Legerunt fortasse עֹכְרֶת, aut potius τῷ עָקַב tribuerunt vim *turbandi*, quod fit *calcibus.* – עָשֵׁשׁ, *contabesco.* Psalm. VI, 7. *ἐταράχθη ἀπὸ θυμοῦ ὁ ὀφθαλμός μου*, *turbidus factus est* s. *caligavit* ab animi perturbatione oculus meus: Ex usu l. arabicae, ubi غشى est *caligare*, *coecutire.* Conf. quoque Ps. XXX, 11. Ib. v. 13. *ταράσσεσθαι* quoque de *ossibus* adhibetur, unde apparet, *ταράσσεσθαι* quandoque in universum notare *morbo affici.* Confer *Foesii Oecon. Hippocr.* p. 611. – *עָתַר, *supplico.* *Theod. Symm.* Prov. XXVII, 6. Legerunt נֶעְכָּרוֹת, ab עָכַר, *turbare.* – צָהַל, *iubilo.* Ies. XXIV, 14. *ταραχθήσεται τὸ ὕδωρ τῆς θαλάσσης.* Ita transtulerunt, quia h. l. comparatio cum fluctibus marinis instituitur. – קִלְקַל: הִתְקַלְקֵל, Pih. et Hithp. a קָלַל, *levigo, leviter me moveo.* Cohel. X, 10. *Desvoeux* in Comm. ad h. l. p. 282. coniicit, eos legisse חִלְחֵל, a חָלַל vel חוּל, sed hac coniectura non opus esse docet locus Ierem. IV, 24. – רָגַז, *contremisco.* 2 Sam. XVIII, 33. *ἐταράχθη ὁ βασιλεύς*, *consternabatur* rex. Conf. quae mox notavi ex Dan. V, 9. et Matth. II, 3. Vide et Amos. VIII, 8. Mich. VII, 17. Adde Dan. II, 1. sec. cod. *Chis. Inc.* Exod. XV, 14. *Symm.* 1 Sam. XXVIII, 15. – רָגַע, *disrumpo.* Ies. LI, 15. *ὁ ταράσσων τὴν θάλασσαν*, qui mare *turbo* vel *agito.* – רָעַשׁ, *commoveor.* Ps. XLV, 3. – רָפַשׂ (שׂ pro ס), *conculco.* Ezech. XXXIV, 18. *τὸ λοιπὸν τοῖς ποσὶν ὑμῶν ἐταράσσετε*, reliquam (sc. aquam) pedibus vestris *turbidam reddebatis.* – *שָׁאוֹן, *tumultus.* *Syrus* Ierem. XLVI, 17. *ταράττων.* Habuit pro participio verbi שָׁאָה. – שַׂגִּיא מִתְבָּהַל chald. *valde conturbatur.* Dan. V, 9. – *שָׁגָה, *erro, fallor.* *Symm.* Ies. XXVIII,

7. ἐταράχθησαν, vino perturbati sunt animo. LXX ibi quoque habent ἐξέστησαν. – *שָׁחָה, incurvo. Prov. XII, 25. καρδίαν ταράσσει, ubi sensum expresserunt. Praeterea legitur Ps. LXVII, 6. ubi verba ταραχθήσονται ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ sunt ex scholio quodam marginali petita, nisi malis, interpretem graecum שׁוֹשׁ praecedentis versiculi repetiisse ex oscitantia, et in memoria habuisse ar. شوش, quod de turbata formidine mente dicitur. Schnurrerus in Diss. ad h. l. p. 9. verba τ. ἀ. π. α. ad versum tertium pertinere iudicavit. Fortasse interpres graecus vel רִגְזוּ (2 Reg. XVIII, 33.) legit, vel עֲלִיזוּ notionem vehementis commotionis et agitationis dedit, quam etiam habere constat. Sir. XXX, 7. ἐπὶ πάσῃ βοῇ ταραχθήσεται τὰ σπλάγχνα αὐτοῦ, ad omnem patris vocem tremet seque inflectet, h. e. dicto audiens erit.

ΤΕΤΑΡΑΓΜΕ'ΝΟΝ ὝΔΩΡ, turbida aqua. מִרְפָּשׂ (שׂ pro ס), conturbatum. Ezech. XXXIV, 19.

ΤΑΡΑΧΗ', turbatio, conturbatio, concitatio, terror, tumultus. *בָּהֶם, in iis. Dan. XI, 7. sec. cod. Chis. ποιήσει ταραχήν. Num fortasse legit בֶּהָלָה? aut loco ἐν αὐτοῖς posuit ταραχήν? ut ostenderet, ποιεῖν h. l. sensu malo accipiendum esse. – בַּלָּהָה (per metathesin ex בֶּהָלָה), terror. Iob. XXIV, 17. – בְּעָתָה, terror. Ierem. XIV, 19. – הַכְרִיעַ, infin. Hiph. deprimendo. Al. Iud. XI, 35. ταραχῇ. Hic quoque כָּרַע et עָכַר permutata ab Intt. reperies. – זַעֲוָה (per metathesin ex זְוָעָה), commotio. Ezech. XXIII, 46. – חוּל infin. dolendo. Ezech. XXX, 16. – חַלְחָלָה, dolor vehemens. Ezech. XXX, 4. 9. ταραχῇ ταραχθήσεται ἡ Σαΐς. – חִפָּזוֹן, festinatio. Ies. LII, 12. ubi ταραχή est strepitus et tumultus, qui per celeritem abeuntes excitatur. – חַרְחַר infin. Pih. a חָרַר, accendere. Prov. XXVI, 21. εἰς ταραχὴν μάχης. Non ita, quasi nomen esset, verterunt, sed ταραχή h. l. est excitatio, concitatio. – מְדוֹן, contentio. Prov. VI, 14. ubi Semlerus in Ep. Crit. p. 24. ταραχὰς in μάχας mutandum esse coniecit, quia eadem vox ita redditur ibid. cap. X, 12. a Symmacho et Theod. et XVI, 28. a Symmacho. Sed vulgata lectio partim nititur auctoritate codd. et Arab. partim bene convenit voci πόλει. – מְהוּמָה, divexatio. Ies. XXII, 5. Symm. Deut. VII, 23. Deduxit ab הָמָה, reliqui omnes ab הוּם derivarunt. – *מוֹט, nutatio. Ina. Ps. LIV, 23. εἰς μετακίνησιν καὶ ταραχήν, ubi duae versiones coaluerunt. – עַוָּתָה, perversitas. Thren. III, 58. – עָשׁ, tinea. Hos. V, 12. Cappellus in Crit. S. p. 649. putat, vel LXX legisse כְּגַעַשׁ s. כְּרַעַשׁ, vel כְּכַעַס (nam גָּעַשׁ est concuti, commoveri, et כָּעַס indignari), vel forte legendum ἀράχνη, quod etiam rescripsit Grabius, contra quem lege disputantem Breitingerum Proleg. in LXX Intt. T. III. plag. f. p. 2. Alii coniiciunt, eos legisse בְּזַעֲוָה cum Syro et Arabe. Sed

defendi lectio recepta facile potest, cum עָשַׁשׁ ter per ταράττεσθαι translatum sit a LXX. Vide supra. Conf. quoque *Kreyssigii Obss. critt. in graecos Iobi Intt.* p. 17. sequ. - זוּר et רָצַץ iunctim, infin. *frangendo, rumpendo.* Ies. XXIX, 19. - רַהַב, *robur. Symm.* Ies. XXX, 7. ταραχαί. - רְכָסִים plur. *perversitates.* Ps. XXX, 26. Aliquando coniiciebam, pro ταραχῆς h. l. legendum τράχους. Sed nunc video, eos ita transtulisse ex arabismo, ubi قفص notat *huc et illuc commotus, perturbatus, conturbatus fuit.* - *שֶׁבֶר, *contritio. Symm.* Thren. III, 46.

ΤΑ'ΡΑΧΟΣ, *tumultus, conturbatio, perturbatio.* מְהוּמָה, *divexatio.* 1 Sam. V, 9. - *עָכַר, *turbo.* Iud. XI, 35. sec. ed. *Rom.* et *Cat. Niceph.* καὶ σὺ ἦς ἐν τῷ ταράχῳ μου, ita ut pro participio substituerent nomen substantivum. Vide et Sap. XIV, 25.

ΤΑΡΑΧΩ'ΔΗΣ, *turbidus, turbulentus, turbatus, turbarum plenus.* הַוָּה, *aerumna.* Psalm. XC, 3. Vide et Sap. XVII, 9.

ΤΑΡΙΧΕΥ'Ω, *sale condio et macero, salsamenta facio, sale conditum servo.* Ep. Ier. v. 26. αἱ γυναῖκες ἀπ' αὐτῶν (θυσιῶν) ταριχεύουσιν (al. rectius ταριχεύουσαι), mulieres ab illis (sacrificiis) quaedam *sale condientes. Hesych.* ταριχεύουσαι, τήκουσαι. Ita et *Lex. Cyrilli MS. Brem.* nisi quod male in illo scriptum sit ταρηχεύουσαι. Conf. *Suidam* in ταριχεύειν.

ΤΑΡΣΟ'Σ, proprie *crates* (a τάρσω, *sicco*, quia in cratibus casei aliaque solent siccari), deinde *octo ossa pedis posteriora, cratium more ordinata, extrema pars manus* vel *pedis*, it. *ala expansa.* כַּף, *vola manus vel pedis.* Dan. X, 10. ἤγειρέ με ἐπὶ τὰ γόνατά μου καὶ ταρσοὺς χειρῶν μου, erigebat me super genua mea et *extremitates* manuum mearum. *Aqu.* 1 Sam. XXV, 20. ἐν ταρσῷ πλαγίῳ, in *extremitate manus* obliqua. In *Hexaplis Montfaconii* male refertur ad בְּצְרוֹר, *in fasciculo.* Voce etiam utitur *Aquila* pro hebr. כַּף Num. VI, 19. Ps. IX, 17. LXXVII, 72. CXVIII, 119. CXXVII, 2. Ies. XLIX, 16. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* Ταρσὸς, ἄκρον χειρός. Sic et ταρσοὶ apud *Hesychium* inter alia explicantur τὰ ἄκρα τῶν χειρῶν καὶ τῶν ποδῶν. Sap. V, 12. πληγῇ ταρσῶν, ictu *alarum expansarum*: ubi tamen alii codd. habent ταράσσων. *Suidas*: Ταρσὸς, κυρίως τῶν ὀρνίθων ἡ πτέρωσις. ἀφ' οὗ καὶ τῶν κωπῶν ὅμοιος σχηματισμός. Idem: Ταρσοῖς, πτεροῖς ἄκροις. Vide in v. Ταρσοί.

ΤΑ'ΡΤΑΡΟΣ, *tartarus, profundissimus locus.* שָׂדֶה, *ager.* Iob. XL, 15. ubi tamen pro ταρτάρῳ *Grabius Proleg. in LXX Intt.* T. IV. c. 4. §. 2. legendum censet ἀγρῷ, quam correctionem non necessariam puto, quia communis lectio bene cum reliquis conciliari potest. Τάρταρος enim omne

inferum designat, idque indicare volunt LXX, cum vocem istam *excelsis locis* s. *montibus* opponant. Praeterea non video, quomodo ex ἀγρῷ oriri potuisset ταρτάρῳ, quae vix ullam similitudinis speciem habent. Iob. XLI, 24. τὸν δὲ τάρταρον τῆς ἀβύσσου ὥσπερ αἰχμάλωτον, sc. ἥγηται, *profuudissimum* vero abyssi *locum* tanquam pro captivo habet. Aliter in textu hebraico. *Hesych.* Τάρταρος, ὁ ὑπὸ τὴν γῆν κατώτατος τόπος. *Suidas:* Τάρταρος, ὁ κατώτερος τοῦ ᾅδου τόπος. De origine h. vocis vide *L. Bos Diss. de Etym. Gr.* p. 41. sequ.

ΤΑ'ΣΣΩ, ΤΑ'ΤΤΩ, ordino, constituo, definio, statuo, erigo, pono, praecipio, reputo, habeo. דֶּגֶל, *vexillum.* Cant. II, 4. τάξατε ἐπ' ἐμὲ ἀγάπην, *ponite* seu stabilite super me amorem: sensu admodum obscuro, nisi ἀγάπην h. l. sumatur pro ἀγαπητὸν, quem cum *vexillo* non male comparaverit. Loco דִּגְלוֹ, *vexillum eius*, legerunt דִּגְלוּ, imper. Kal, aut דַּגְּלוּ, in imper. Piel, in qua coniug. notat *erigere vexillum*, quod est τάξαι, cum de militibus agitur. Alii putant, τάξατε positum esse pro ἐτάξατο. Sic *Hieronymus*, qui habet: *ordinavit.* Vide ad h. l. *Dathium.* – דָּגַל, *vexillum erigo.* Cant. VI, 3. θάμβος ὡς τεταγμέναι, ss. φάλαγγες, pavor ut ordinatae acies. – *הוֹלִיךְ Hiph. a יָלַךְ, *ire facio.* Hos. II, 14. ubi loco τάξω αὐτὴν ὡς ἔρημον reponendum videtur ἄξω vel ἀνάξω αὐτὴν εἰς ἔρημον. Ἄξω habet quoque cod. *Basil.* et hanc lectionem etiam expressit *Vulgatus.* – הֶעֱמִיד Hiph. 2 Paral. XXXI, 2. – הֵשִׁיב Hiph. a שׁוּב, *reverti facio.* Thren. III, 21. ταύτην τάξω εἰς τὴν καρδίαν μου, hanc *ponam* in cor meum. *Symm.* Ps. XLIII, 11. – הִתְלַכֵּד Hithp. *concresco.* Iob. XXXVIII, 30. πρόσωπον ἀβύσσου τίς ἔταξεν; Sed magis Hebr. responderet, si τίς ἔπηξεν; legeretur. Debeo hanc coniecturam *L. Bosio.* – הִתְפָּאֵר Hithp. *glorior.* Exod. VIII, 9. τάξαι πρός με, *definito mihi*, sc. *certum tempus.* Recte quoad sensum. – יָעַד: נוֹעַד, Kal et Niph. *condico, convenio.* Exod. XXIX, 43. τάξομαι ἐκεῖ τοῖς υἱοῖς ἰσραὴλ, *sistam* me ibi filiis Israel. 2 Sam. XX, 5. ἀπὸ τοῦ καιροῦ, οὗ ἐτάξατο αὐτῷ Δαβὶδ, a tempore, quod *definiverat* illi David. Conf. Act. XXVIII, 23. et quae ex *Polybio* ad h. l. notat *Raphelius* p. 408. et *Perizonium* ad *Aelian. V. H.* XIII, 24. *Hesych.* et *Lex. Cyrilli MS. Brem.* ταξάμενοι, ὁρίσαντες. – יָתֵד, *paxillus.* Zach. X, 4. ἔταξε. Secundum *Cappellum Crit. S.* p. 593. legerunt יָחוּר, a rad. חור, coll. 2 Reg. X, 15. Vide tamen ad h. l. *Scharfenbergium.* – *מוֹעֵד, *tempus constitutum.* 1 Sam. XX, 35. καθὼς ἐτάξατο, לְמוֹעֵד. – נָכוֹן Niph. a כּוּן, *statuor.* *Al.* Ps. CXL, 2. ταχθήτω. – נָשָׂא, *fero.* Iob. XXX, 22. ἔταξάς με ἐν ὀδύναις. – נִתַּךְ, *effundor.* *Al.* Dan. XI, 27. τάξει. – נָתַן, *do.* 1 Par. XVI, 4. 7. Ezech. XLIV, 14. *Inc.* 1 Sam. IX, 22. ἔταξεν. Adde quoque *Symm.* Ps. VIII, 2. – *עָשָׂה, *facio.* *Symm.* Iob. XIV, 5. *Vulg.* constituisti. – צִוָּה Pih. *praecipio.*

2 Sam. VII, 11. ἀπὸ τῶν ἡμερῶν, ὧν ἔταξα κριτὰς, a diebus, quibus *constitui* iudices. Vide et 1 Par. XVII, 10. Ies. XXXVIII, 1. τάξαι περὶ τοῦ οἴκου σου, *praecipe* de domo tua. – רְשַׁם chald. *consigno*. Dan. VI, 12. οὐχ ὁρισμὸν ἔταξας; nonne mandatum *dedisti?* – שׂוּם: הֵשִׂים, Kal et Hiph. *pono*. Exod. VIII, 12. ὡς ἐτάξατο Φαραὼ, quemadmodum *ordinaverat* Pharao. Iud. XVIII, 31. ἔταξαν ἑαυτοῖς τὸ γλυπτὸν, *erexerunt* sibi sculptile. Conf. Ierem. XI, 13. Iud. XX, 36. ἐπὶ τὸ ἔνεδρον, ὃ ἔταξαν πρὸς τὴν Γαβαὰ, insidiis, quas *collocaverant* ad Gabaa. Conf. 1 Macc. XV, 41. 1 Sam. XXII, 7. ὑμᾶς τάξει ἑκατοντάρχους, vos *constituet* centuriones. 2 Sam. XXIII, 23. ἔταξεν αὐτὸν πρὸς τὰς ἀκοὰς αὐτοῦ, *constituebat* illum ad consultationes suas. 1 Reg. II, 5. ἔταξε τὰ αἵματα πολέμου ἐν εἰρήνῃ, *effundebat* sanguines belli in pace. Iob. XXXI, 24. εἰ ἔταξα χρυσίον (εἰς) ἰσχύν μου; num *habui* aurum pro robore meo? Iob. XXXVI, 13. ὑποκριταὶ καρδίᾳ τάξουσι θυμὸν, hypocritae corde *reponent* iram. Ierem. V, 22. τὸν τάξαντα ἄμμον (εἰς) ὅριον τῇ θαλάσσῃ, *ponentem* arenam in terminum mari. Ierem. X, 22. τοῦ τάξαι τὰς πόλεις εἰς ἀφανισμὸν, ut *ponat* vel *redigat* urbes in solitudinem. Vide et Zach. VII, 14. Mal. I, 3. et *Al.* Ierem. XIX, 8. Ezech. XIX, 5. (εἰς) λέοντα ἔταξεν αὐτὸν, leonem *fecit* illum. Ez. XX, 28. ἔταξαν ἐκεῖ ὀσμὴν εὐωδίας, *faciebant* ibi odorem suavitatis. Ez. XL, 4. τάξον ἐν τῇ καρδίᾳ σου πάντα, h. e. diligenter attende ad ea omnia. Conf. Ezech. XLIV, 5. Hab. I, 12. εἰς κρίμα τέταχας αὐτὸν, ad iudicium *ordinasti* eum. *Hesych.* τέταχας, ἐτύπωσας, ἔταξας [ἐτύφωσας]. Vocem ἐτύφωσας uncinis inclusit *Bielius*, quod non videatur per illam exponi vox τέταχας, sed vitiosa lectio, et pro illa in margine posita ἐτύπωσας, quam postea imperitus librarius, retenta vitiosa lectione, in textum receperit. Qualia exempla alias etiam apud Grammaticum haud raro occurrunt. Caeterum τέταχας per ἔταξας etiam exponitur in *Gloss. MS. in Proph.* et *Lex. Cyrilli MS. Brem.* Hab. II, 9. τοῦ τάξαι εἰς ὕψος νοσσιὰν αὐτοῦ, ut *ponat* in altitudinem nidum suum. – שִׁית: הֵשִׁית, Kal et Hiph. Hagg. I, 5. τάξατε τὰς καρδίας ὑμῶν εἰς τὰς ὁδοὺς ὑμῶν, *attendite* ad ea, quae vobis hactenus evenerunt. Vide et Hagg. II, 19. *Gloss. MS.* in *Proph.* τάξατε, σύνθεσθε. Sic enim legendum ex Hagg. l. c. et *Lex. Cyrilli MS. Brem.* Iob. XIV, 13. τάξῃ μοι χρόνον, *definias* mihi tempus. Hos. II, 3. τάξω αὐτὴν εἰς γῆν ἄνυδρον, *redigam* seu *mutabo* illam in terram aqua carentem. *Gloss. MS. in Proph.* Τάξω (MS. mendose Σάξω), ποιήσω, θήσω. *Symm.* Ps. XI, 6. LXI, 11. ubi τάσσειν τὴν καρδίαν metaphorice notat *valde amare, nimium studere alicui rei. Symm.* Iob. XXXVIII, 11. τετάχθω. *Inc.* Ps. XII, 3. τάξω γνώμας, *struam* consilia. – *שָׁמַע, *audio. Inc.* Hab. III, 16. ubi pro שָׁמַעְתִּי legit שַׂמְתִּי.

a שׂוּם. Semlero ἐταξάμην ortum esse videtur ex ἐφυλαξάμην apud LXX, qui loco צ legerunt ר. Praeterea legitur Ezech. XXX, 22. ubi *Hieronymus* τεταγμένα apud LXX (quibus nihil respondet in textu hebr.) scriptorum vitio depravatum esse contendit, et scribendum iudicat ἐκτεταμένα, i. e. *extenta*. Etiam in vers. *Inc. Int.* 2 Par. XXIII, 9. voci τεταγμένους nihil respondet in textu hebr., ubi tamen loco τοὺς ἑκατοντάρχους τεταγμένους legendum erit τοῖς ἑκατοντάρχοις τεταγμένοις, partim ob praecedens ἔδωκεν, partim ob textum hebr. *Vulg. centurionibus.* Sir. X, 1. ἡγεμονία συνετοῦ τεταγμένη ἔσται, principatus prudentis *stabilis* erit. Ita *Bielius*. Quidni *ordinata erit, iustum ordinem servabit? Compl.* habet ibi τεταμένη, *protensa erit, extendet se ad multos annos*, s. *stabilis erit*, ut *Vulg.* vertit. Sed prior lectio est praeferenda. 1 Macc. V, 27. εἰς αὔριον τάσσονται, in crastinum *constituunt*. Vide et 1 Macc. XII, 26. XIV, 10. ἔταξεν αὐτὰς (πόλεις) ἐν σκεύεσιν ὀχυρώσεως, *faciebat* illas in vasa munitionis, h. e. munitas illas *reddebat* s. armis munitionis eas *instruxit*. 2 Macc. VI, 21. πρὸς τῷ παρανόμῳ σπλαγχνισμῷ τεταγμένοι, qui *ordinati erant* ad illegitimam carnium animalium sacrificatorum distributionem. 2 Macc. VIII, 27. ἀρχὴν ἐλέους τάξαντος αὐτοῖς. *Grotius* mavult στάξαντος seu potius στάξαντι. 2 Macc. X, 28. καθηγεμόνα τῶν ἀγώνων τασσόμενοι τὸν θυμὸν, ducem certaminum *habentes* furorem. 2 Macc. XV, 20. τῆς ἵππου κατὰ κέρας τεταγμένης, equitatu ad extremum phalangis *ordinato*.

*ΤΕΤΑΓΜΕ'ΝΑΙ ΠΑΡΑΤΑ'ΞΕΙΣ. נִדְגָּלוֹת, *vexillatae*. *Inc.* Cant. VI, 3. Scil. putavit ad נִדְגָּלוֹת supplendum esse מַחֲנוֹת. *Symmachus* ibi habet τάγματα παρεμβολῆς.

ΤΕΤΑΓΜΕ'ΝΟΣ ΤΟ'ΠΟΣ, *constitutus, definitus locus*. מַטָּרָה, *scopus*. *Symm.* 1 Sam. XX, 20.

*ΤΑΥΡΗΔΟ'Ν, *in modum tauri.* 4 Macc. XV, 19. ubi lat. *torve* reddendum est. *Zonaras Lex.* col. 1715. ταυρηδὸν, δίκην ταύρου. *Suidas:* ταυρηδὸν, ὡς ταῦρος. Ἀριστοφάνης περὶ Αἰσχύλου (*Ranis* v. 817.)· Ἔβλεψε γοῦν ταυρηδὸν ἐγκύψας κάτω. τοιοῦτος γὰρ τῷ σχήματι ὀργιζόμενος ὁ Αἰσχύλος.

ΤΑΥ'ΡΟΣ, *taurus*. אַבִּיר, *fortis*, etiam *taurus*. *Aqu. Symm.* LXX Ps. XXI, 13. LXX Ps. LXVII, 33. Ies. XXXIV, 7. et alibi. - אֲלָפִים plur. ex אֶלֶף, *millia*, it. *boves*. Ies. XXX, 24. - אוֹצָר, *thesaurus*. Ioel. I, 17. ubi tamen alii pro ταῦροι rectius habent θησαυροί. Conf. *Drusium Quaest. ebr.* lib. II. qu. 26. - *בָּשָׁן, *Basan*. Nomen proprium. Deut. XXXII, 14. υἱῶν ταύρων. Ita verterunt, non quod Basan taurum significare crediderint, sed quod hebr. locutionem obscuriorem magis perspicuam periphrasi reddere voluerint. Nam regionis Basan pascua videntur maxime tauris et bobus alendis fuisse opportuna. - דֹּבֶר, *ductus, mos*. Ies. V, 17.

Legerunt כָּאַבִּירִים aut ex *Koppii* sententia כְּפָרִים. - מְרִיא, *pingue.* Ies. XI, 6. - פַּר, *iuveneus.* Gen. XXXII, 15. Ies. I, 11. - שׁוֹר, *bos.* Gen. XLIX, 6. Exod. XXI, 28. Deut. XXXIII, 17. De loco Sir. VI, 2., ubi magna est interpretationum varietas, copiose et docte egit *Bretschneiderus* in notis ad h. l. p. 121. sequ. Verba ὡς ταῦρος posita sunt pro ὡς ὑπὸ ταύρου, כַּשּׁוֹר loco כְּבַהַשּׁוֹר. Conf. v. 3.

ΤΑΦΕ'Θ, alias Τοφὲθ et Τωφὲθ, ipsa vox hebr. תֹּפֶת, *tympanizatio*, a תֹּף, *tympanum*, locum designans in valle filiorum Ennom ad orientem montis Sion, ubi sub clamore tympanorum cremabantur pueri, qui Molocho offerebantur. Ierem. VII, 29. 30. XIX, 14. Praeterea legitur 2 Reg. XXIII, 10. ubi in cod. *Alex.* Θαφθὰ scribitur.

ΤΑΦΗ', *sepultura*, etiam *locus, ubi aliquis occiditur.* הֲרֵגָה, *occisio.* Ierem. XIX, 6. Loco τῆς ταφῆς alii ibi habent τῆς σφαγῆς. - חָנַט part. Pah. *aromatibus conditus.* Gen. L, 3. - מִשְׁכָּב, *cubile.* Ies. LVII, 2. Per *cubile* h. l. *sepulchrum* intellegendum esse, ex omni orationis serie luculenter apparet. - קָבוֹר infin. *sepeliendo.* Deut. XXI, 23. - קְבוּרָה, *sepultura* et metonymice *sepulchrum.* Deut. XXXIV, 6. 2 Par. XXVI, 23. Cohel. VI, 3. et alibi. - קֶבֶר, *sepulchrum.* Iob. XVII, 1. Ies. LIII, 9. (ubi ταφὴν de *cruce* explicant, coll. *Plauto Mil. Glorios.* II, 4, 19. Adde *Cuperi* Lib. I. *Obss.* cap. 7.) Ezech. XXXII, 23. Nah. I, 14. τὰ γλυπτὰ καὶ χωνευτὰ θήσομαι ταφήν σου, inter medias aras et ante statuas deorum tuorum *interficieris* a filiis tuis. V. antecedentia. Sirac. XL, 1. ubi verba ἐπὶ ταφῇ manifesto corrupta sunt, neque sensum fundunt. Uti enim post ἡμέρας in antecedentibus reperitur genitivus ἐξόδου, ita et hic ille necessario requiritur. Lege itaque: ἐπιταφῆς, ad quam veram lectionem nos ducit cod. *Alex.*, qui divisim habet: ἐπὶ ταφῆς, *usque ad diem sepulturae in terram, omnium matrem.* Non tamen admodum repugnarem, si quis ex *Compl.* ἐπιστροφῆς legere mallet, mutato tamen ordine verborum, ἕως ἡμέρας ἐπιστροφῆς, *usque ad diem reditus in terram* etc.

ΤΑ'ΦΟΣ, *sepulchrum*, it. *epulae sepulchrales.* נֶחָמָה, *consolatio.* Iob. VI, 10. εἴη δέ μου πόλις τάφος: ubi vel legerunt נַחְתִּי a נָחַת, *locus quietis*, aut *locus, ad quem descenditur* (aut sec. *Eckermannum* מְנֻחָתִי, *quies mea*), h. e. *sepulchrum*, vel *sepulchrum* dixerunt *solatium, quod solatium affert*, seu: *in quo quis recreatur a laboribus ac molestiis huius vitae.* Caeterum verba ἡ πόλις μου vertenda sunt quoad sensum: *asylum meum, refugium, ubi tutus lateo.* - צְחִיחָה, *locus aridus.* Ps. LXVII, 7. Ita quoque *Syrus* et *Vulg.* Vox hebr. etiam *locum saxosum ac petrosum* notat, ut adeo *sepulchrum* posuerint, quia olim sepulchra in petris excisa erant. Fortasse tamen legerunt צְרִיחָה, quod vocabulum reperitur 1

Sam. XIII, 6. ubi a LXX per *βόθρος* redditur. - קָבוּר part. Pah. *sepultus.* Cohel. VIII, 10. - קְבוּרָה, *sepultura.* Genes. XLVII, 30. 1 Sam. X, 2. 2 Reg. IX, 28. et alibi. - קֶבֶר. Gen. XXIII, 4. 20. Iud. VIII, 32. et alibi saepius. - קֶרֶב, *intestinum.* Ps. XLVIII, 10. Legerunt קִבְרָם, aut potius sec. *Buxtorfium* in *Anticrit.* p. 667. קִרְבָּם ita explicarunt et acceperunt per literarum transpositionem, ut et alii quidam interpretes, quos laudant *Kimchius* et *Abenesra* in suis *Commentariis.* Tob. IV, 18. *ἔκχεον τοὺς ἄρτους σου ἐπὶ τὸν τάφον τῶν δικαίων*: ubi *τάφος epulas sepulchrales* notare videtur, ut quoque legitur apud *Homerum* Il. ψ', 29. Odyss. γ', 309. *Hesych. τάφος, τὸ γινόμενον περίδειπνον ἐπὶ τῇ τῶν κατοιχομένων τιμῇ.* Tob. VI, 15. *εἰς τὸν τάφον. Vulg. ad inferos.*

ΤΑ'ΦΡΟΣ, fovea, fossa, scrobs: fovea, quae fit ad munitionem, vallum, agger. פֶּתַח, *ianua,* h. l. *gladius.* Mich. V, 6. Admodum inepte: quanquam non ignoro, vocem hebr. *quamvis aperturam*, adeoque etiam *foveam* notare, *quae est apertura terrae.* Fortasse autem literis transpositis legerunt פַּחַת. *Suidas: τάφρος, τὸ περὶ τὸ τεῖχος ὄρυγμα.* Ita et *Lex. Cyrilli MS. Brem. Hesych. Τάφρος, ἐπιμήκες ὄρυγμα ἔξωθεν τοῦ τείχους γινόμενον πρὸς ἔκπληξιν πολεμίων.*

ΤΑ'ΧΑ, forsitan, fortasse. Sap. XIII, 6. (*τάχα πλανῶνται*) XIV, 19. Conf. Rom. V, 7. *Suidas: τάχα, ἴσως.* Vide quoque *Lexicon N. T.* s. h. v.

ΤΑΧΕ'ΩΣ, cito, celeriter. הִרְגִּיעַ Hiph. *momentum transigo.* Ierem. L, 44. - מִהֵר Pih. *festino.* Iud. IX, 48. Ies. VIII, 3. *Inc.* Ps. XV, 3. - מַהֵר, *festinus.* Prov. XXV, 8. - מְהֵרָה, *festinatio.* 2 Sam. XVII, 18. 21. - בִּמְהֵרָה, *in festinatione.* Cohel. IV, 12. - מָהַר Kal. *Symm.* Ps. XV, 5. Sap. VI, 15. *mox.* Sap. XIV, 15. *praemature.* Sap XIV, 28. *temere, praepostere*, quia, quae celeriter fiunt, temere peragi soleant.

**ΤΑΧΙ'ΖΩ, festino*, propr. *festinare facio.* לַמְנַצֵּחַ. *Inc.* Hab. III, 18. *ταχίσας κατεπαύσατο.* נִצֵּחַ notat quoque *in cursu vincere.*

ΤΑΧΙΝΟ'Σ, citus, celer, velox. מָהִיר, idem. *Aqu. Symm.* Ps. XLIV, 2. *ταχινοῦ.* - מִהַר Pih. Ies LIX, 7. *ταχινοὶ δὲ πόδες αὐτῶν*, veloces autem pedes eorum. *Lex. Cyrilli MS. Brem. ταχινοὶ, ὀξεῖς, γοργοί.* - נִמְהָר part. Niph. Hab. I, 6. Sap. XIII, 2. Sir. XVIII, 26. *πάντα ἐστὶ ταχινὰ* (*subita*) *ἔναντι κυρίου*, i. e. *omnia simul videt et cognoscit Deus*, Sir. XI, 22. *ἐν ὥρᾳ ταχινῇ, brevi tempore.* Nam quae sunt velocia, brevi vel adveniunt vel abeunt.

ΤΑ'ΧΙΟΝ, adv. comparat. *citius, celerius.* Sap. XIII, 9. 1 Macc. II, 40. Conf. 1 Tim. III, 14. Hebr. XIII, 19. 23. et quae ex profanis notat *Graevius* ad *Luciani Soloecist.* p. 751. Vide quoque *Lexicon N. T. s. h. v.*

S 2

ΤΑ'ΧΙΣΤΟΣ, adiect. superlat. *citissimus*, *celerrimus*. 1 Macc. XI, 22. ut convenirent *εἰς Πτολεμαΐδα τὴν ταχίστην*, in Ptolemaide *cito* seu *quam citissime*.

ΤΑ'ΧΟΣ, *celeritas*, *pernicitas*, *velocitas*. *בִּיעָף, *in lassitudine*. Dan. IX, 21. *τάχει* sec. cod. *Chis*. Recte. Nam יְעָף h. l. *celeritatem* notat, coll. rad. Arab. وغف, *celeriter latus est*. - מִדְבָּר, *desertum*. Ezech. XXIX, 5. *ἐν τάχει*. Videntur legisse הַמְהֵרָה vel בִּמְהֵרָה. - *מַהֲמֹרוֹת, *foveae*. *Inc*. Ps. CXL, 11. *μετὰ πολλοῦ τάχους*. Legerunt בִּמְהֵרוֹת, extrito Mem altero. - מִהֵר Pih. *festino*. 1 Reg. XXII, 9. 1 Par. XII, 8. Ies. V, 19. - *מַהֵר, *festinus*. Deut. VII, 4. 22. IX, 3. 12. - מְהֵרָה, *festinatio*. Num. XVI, 46. *ἀπένεγκε τὸ τάχος* (pro *κατὰ τὸ τάχος*) *εἰς τὴν παρεμβολὴν*, apporta *celeriter* in castra. Vide et Ios. X, 6. XXIII, 16. Iud. IX, 54. Ios. VIII, 19. *ἐν τάχει*, *celeriter*. - *מִי רָאָהוּ, *quis viderit eum?* 1 Sam. XXIII, 22. *ἐν τάχει*: quasi legissent מַהֲרוּ, *festinate*. - מְעַט, *parum*. Psalm. II, 13. *ἐν τάχει*, *cito*. Conf. Sir. XXVII, 3. et Act. XII, 7. XXII, 18. - רֶגַע, *momentum*. Ps. VI, 10. *διὰ τάχους*, *cito*, *repente*. Sir. VI, 25. *διὰ τάχους ἐξάπινα*, *celerrime e vestigio*. Sic בְּפֶתַע פִּתְאֹם Num. VI, 9. seu קַל מְהֵרָה Ioel. IV, 4. Similiter apud Latinos *repente celeriterque* (*Caes. Bell. Gall.* I, 52.) et *repente e vestigio*. 1 Macc. VI, 27. *διὰ τάχους*, *celeriter*. Sap. XVIII, 14. *ἐν ἰδίῳ τάχει*. *Vulg*. *in suo* (celeri) *cursu*. *Hesych*. *διὰ τάχους*, *συντόμως*.

**ΤΟ' ΤΑ'ΧΟΣ*, adverb. *celeriter*. Exod. XXXII, 7. *τὸ τάχος κατάβηθι*: ubi nihil in textu hebr. respondet. Locus est in *Concord*. *Trommii* omissus. *Hesych*. *τὸ τάχος*, *συντόμως*.

ΤΑΧΥ', *cito*, *celeriter*. הִרְגִּיעַ Hiph. *momentum transigo*. Ies. LI, 5. Ierem. XLIX, 18. - מִהֵר Pih. Gen. XXVII, 20. Ps. LXVIII, 21. Ies. XLIX, 17. - מַהֵר. Exod. XXXII, 8. Deut. IV, 26. et alibi. *Symm*. 1 Sam. XXVIII, 20. - מְהֵרָה. 2 Sam. XVII, 16. Ps. XXXVI, 2. et alibi. - *עִתָּה, *tempus eius*. Ies. XIII, 22. Legerunt עַתָּה, *nunc*. Praeterea legitur Prov. XX, 25. ubi nihil est in textu hebraico. *Schultensius* in *Opp. min*. p. 338. tamen retulit ad vocem לוּעַ, coll. arab. ولع, *avide et leviter rem aggredi*, aut لغا, *temere aliquid effutire*. Potest autem *ταχὺ* etiam per *temere* verti: nam qui cito agit, saepe temere agit. Vide supra s. v. *ἴδιος*.

ΤΑΧΥ' ΠΟΙΕ'Ω, *celeriter facio*. הֵקַל Hiph. a קָלַל, *allevo*, *levem reddo*. Ies. IX, 1. *ταχὺ ποίει*.

ΤΑΧΥΝΟ'Σ ΕἸΜΙ', *celer sum*, *accelero*. מִהֵר Pih. idem. Prov. I, 16. ubi loco *ταχυνοὶ* alii *ταχινοὶ* habent.

ΤΑΧΥ'ΝΩ, *accelero*, *propero*, *festino*, intransitive et transitive. הֵקַל Hiph. a קָלַל, *allevo*, *levem reddo*. *Symm*.

et *Reliqui* Ies. IX, 1. ἐτάχυνεν. Sed versio haec, aliena quippe ab ingenio *Symmachi*, *Aquilae* potius tribuenda videtur. - מִהֵר Pih. Gen. XVIII, 7. XLI, 32. *Symm.* 2 Reg. IX, 13. 30. Ps. XV, 4. - מְהֵרָה. Ps. XXX, 2. - *מִהַר לִמְצֹא, *festino ad inveniendum*. Gen. XXVII, 20. sec. cod. *Oxon.* Vide et Sir. XLIII, 15. 1 Macc. II, 35. ταχύνειν πόλεμον, accelerare impetum hostilem, proelio summa cum celeritate ac contentione urgere.

ΤΑΧΥ'Σ, *celer*, *citus*, *citatus*, it. *promtus*, *peritus*, *versatus*. אָץ, *celer*. Prov. XXIX, 20. ἄνδρα ταχὺν ἐν λόγοις, *virum praeproperum in sermonibus*. Conf. Sir. IV, 32. ubi iuxta cod. *Alex.* legitur: μὴ γίνου ταχὺς ἐν τῇ γλώσσῃ σου: quae *Latinus* vertit: *noli citatus esse in lingua tua*. Huic opponitur Iac. I, 19. βραδὺς εἰς τὸ λαλῆσαι, *tardus ad loquendum*. - הִרְגִּיעַ Hiph. *momentum transigo*. Prov. XII, 20. μάρτυς ταχὺς, ubi pro אַרְגִּיעָה, *quiescere faciam*, legerunt מַרְגִּיעַ, et tribuerunt huic voci notionem *celeritatis*, quam olim vere habuisse vel ex subst. רֶגַע, *momentum*, apparet. *Vulg. repentinus*. - מָהִיר. Esdr. VII, 5. γραμματεὺς ταχὺς ἐν νόμῳ Μωυσῆ, scriba in lege Mosis *versatus*. - מִהֵר Pih. Ierem. XLVIII, 16. - מַהֵר. Soph. I, 15. - מְמַהֵר part. Pih. Mal. III, 5. - קַלֹּתִי, *levis sum*. Nah. I, 14. ὅτι ταχεῖς ἰδοὺ ἐπὶ τὰ ὄρη οἱ πόδες εὐαγγελιζομένου, quia veloces ecce in montibus sunt pedes eius, qui laeta affert. Ita enim verba, ὅτι ταχεῖς, quae vulgo cum antecedentibus coniunguntur, ad sequentia pertinere putat *Is. Vossius* de *LXX Intt.* p. 80, eamque lectionem *Tertullianum* contra *Marcionem* IV, 14. confirmare docet. Caeterum pro קַלּוֹתָ, *vilis*, *despectus fuisti*, legerunt cum *Chaldaeo* קַלּוֹת, a קַל, *levis*, *velox*. Sir. V, 13. γίνου ταχὺς ἐν ἀκροάσει σου ἀγαθῇ, esto velox in auditione tua bona. Conf. Iac. I, 19. *Vulg. mansuetus*. Legit πραῦς vel πρᾶος. Sir. XXI, 24. ποὺς μωροῦ ταχὺς εἰς τὰς οἰκίας, stultus irrumpit in domos, ut curiose et impudenter scrutetur et audiat, quid in ea agatur.

**ΤΑΧΥ'ΤΕΡΟΣ*, comp. *celerior*. קַלַּל, sequ. מִ. *Symm.* Iob. VII, 6. ταχύτερα ὑφάσματος. Ita enim legendum.

ΤΑΩ'Σ, *pavo*. *Athen.* IX. p. 397. E. Scribitur quoque Ταῶς, item Ταών. V. *Eustath.* in Il. β', p. 261. 55. Nomen habet ἀπὸ τῆς τάσεως τῶν πτερῶν, *ab extensione pennarum*. רָחָם, *vultur*. *Inç.* Lev. XI, 18. - תּוּכִּיִּים, plur. *pavones*. Conf. *Simonis Lex. hebr.* p. 1745. *Al.* 2 Par. IX, 21. Vocem hanc ex Persarum lingua derivat *Relandus Diss. Miscell.* P. I. p. 231. Conf idem Ps. II. p. 249.

**ΤΕ'*, *et*, *atque*, *que*. Sap. VIII, 19. Ep. Ierem. v. 51. - *autem*. 3 Macc. I, 12. Ep. Ierem. v. 46. 54. - Ante καὶ significat *pariter*. Sap. VII, 16. 3 Macc. I, 4. 20. III, 23. - τε-τε *tum-tum*. Sap. VII, 13.

ΤΕ'ΓΟΣ, *tectum*, vel *cubiculum in superiore domus parte*, *domus parva*. קֻבָּה, *tectum concameratum*, *quo lectus circumdatur*. *Aqu.* Num. XXV, 8. *Τέγος* et *στέγος* confunduntur in Ep. Ierem. v. 11. *Suidas*: *τέγος*, *στέγη*, *ἢ ὑπερῷον*, *δωμάτιον*, *οἰκία προσγειος*. Sic et *Lex. Cyrilli MS. Brem.* *Τέγος*, *στέγη*, *οἴκημα*, *ὑπερῷον*.

ΤΕΙ'ΝΩ, *tendo*, *intendo*, *extendo*. אָחַז, *prehendo*. Esth. I, 6. - דָּרַךְ, *calco*. 1 Par. V, 18. VIII, 40. Ierem. L, 14. LI, 3. - רָבַד, *insterno*. Prov. VII, 16. Ezech. XXX, 22. *τοὺς βραχίονας αὐτοῦ τοὺς ἰσχυροὺς καὶ τοὺς τεταμμένους* vel iuxta al. *τεταμένους*, brachia eius robusta et *extensa*. In textu hebr. nihil pro hac voce legitur. Sir. X, 1. sec. *Compl.* *ἡγεμονία συνετοῦ τεταμένη ἔσται*. *Vulg.* *principatus sensati stabilis erit*. Nam *τεταμένον* notat, *quod diu durat ac perenne est*. Alii libri habent *τεταγμένον*. Voces has saepius esse permutatas, exemplis idoneis docuit *Abreschius* in *Dilucid. Thucyd. auctario* p. 426. *Hesych.* *τεταμένον*, *ἡπλωμένον*.

ΤΕΙΡΕ'Ω, *tero*, *contero*. שׁוּף, idem. *Al.* Gen. III, 15. *τειρήσεις* et *τειρήσει*. Sed vera lectio est *τρίψει*, quam habet *Cod. Coisl.* eraso interpretis nomine.

ΤΕΙΧΗ'ΡΗΣ, *muratus*, *moenibus conclusus*, *muro cinctus*, *qui se intra muros continet*. בָּצוּר, *munitus*. Deut. IX, 1. 2 Par. XXXII, 1. Ierem. IV, 5. - חוֹמָה, *murus*. 1 Reg. IV, 13. - מִבְצָר, *munitio*. Ios. XIX, 35. Ierem. IV, 5. sec. cod. *Vat.* Sed *τειχήρεις* ibi est ex alio interprete ductum. - מַחֲנֶה, *castra*. Num. XIII, 20. - מָצוֹר, *munitio*. 2 Par. XI, 5. - מְצוּרָה, idem. 2 Par. XI, 9. XIV, 6. *Suidas*: *Τειχήρεις*, *τετειχισμένους*.

**ΤΕΙΧΗΡΟ'Σ*, idem. מִבְצָר, *munitio*. *Inc.* sec. ed. *Rom.* Ierem. IV, 5. *τειχηράς*.

ΤΕΙΧΙ'ΖΩ, *murum aedifico seu struo*, *muro cingo*. בָּצוּר, *munitus*. Deut. I, 28. Hos. VIII, 14. - גָּדַר, *maceriem struo*, *murum duco*. Arab. جَدَرَ, *parietem circumduxit*, *pariete circumducto munivit*. *Symm.* Ies. LVIII, 12. *τειχίζων*. - חוֹמָה, *murus*. Lev. XXV, 29. - מִבְצָר, *munitio*. Num. XXXII, 17. *Symm.* 1 Sam. VI, 18. *Inc.* Hos. X, 14. - מְצֻרָה, *idem*. Ezech. XXXIII, 27. - מְצוּרָה, idem. 2 Par. XXI, 2. - עָטַר, *circumcingo*, *circumcludo*. *Symm.* Ps. V, 13. *ἐτείχισας*, ubi *τειχίζειν* metaph. *tueri*, *defendere* notat. - רֹכֵל, *mercator*. Ez. XVII, 4. *πόλιν τετειχισμένην*. Aut libere verterunt, aut vere voci hebraicae hanc notionem tribuerunt, quam habere potest, quia רָכַל proprie *circumire* significat. - *שׁוּרָה, nomen propr. 1 Sam. XXVII, 8. *τετειχισμένων*. Deduxerunt a שׁוּר, *murus*.

ΤΕΙ'ΧΙΣΜΑ, *munimentum*, *munitio*. מָצוֹר, idem. Ierem. X, 16. sec. ed. *Compl.*

ΤΕΙΧΙΣΤΗ'Σ, *murarius*, *caementarius*. גֹּדֵר, *obsepiens*, *maceriem struens*. 2 Reg. XII, 12.

ΤΕΙ͂ΧΟΣ, *murus*. *בָּצְרָה, *Bosra*. Nomen proprium. Amos. I, 9. Legerunt בְּצָרָה. - גַּג, *tectum*. Ezech. XL, 14. ἀπὸ τοῦ τείχους. Lege ἀπὸ τοῦ τέγους. Pari enim tinnitu aures graecas feriunt tria haec vocabula, τοῖχος, τεῖχος et τέγος. - גְּדוֹת plur. *ripae*. Ies. VIII, 7. περιπατήσει ἐπὶ πᾶν τεῖχος ὑμῶν. Forte legendum χεῖλος; nam ex Scripturae S. usu loquendi *labium fluminis* est eius *ripa*. Sed ripa quoque *murus fluminis* dici potest. Vide quoque infra s. v. חוֹמָה. *Michaelis B. O.* T. XIV. p. 128. statuit, LXX legisse גְּדֵר חֵיק. - הֹמִיָּה *part. foem.* ab הָמָה, *tumultuans*. Prov. I, 21. ἐπ' ἄκρων τε τειχέων. Legerunt חֹמִיוֹת a sing. חֹמוֹת, ad formam אֲחָיוֹת ab אָחוֹת, *soror*, quam lectionem praefert *Vogelius*. - *דָּיֵק, *vallum*. 2 Reg. XXV, 1. Ad hanc vocem referendae mihi quoque videntur voces τείχει et τοίχῳ, quas *Symmacho* et *Aquilae* tribuit *Eusebius Onom.* s. v. δεσέκ. ubi vid. *Bonfrerium*. - חוֹמָה. Exod. XIV, 29. τὸ δὲ ὕδωρ αὐτοῖς τεῖχος, aqua autem illis murus, sc. erat. Videtur huc *Albertio* in *Peric. Crit.* c. 1. p. 1. respexisse *Heliodorus*, quando in *Eroticis* suis, quae vulgo *Aethiopica* dicuntur, Lib. I. p. 11. de quodam Aegypti tractu eiusque incolis scribit: τῷ μὲν ὕδατι πάντες ὡς ἅτε τείχει χρώμενοι. Zach. II, 5. ἐγὼ ἔσομαι αὐτῇ, λέγει κύριος, τεῖχος πυρὸς κυκλόθεν, ego ero illi, inquit Dominus, murus ignéus in circuitu. Similiter *Callimachus Hymn. in Delum* v. 23. sequ. Apollinem tanquam murum illius celebrat. Alias principes et heroes muri sub emblemate designantur. Vide *Ewaldi Emblem. Sacr.* P. II. p. 525. In *Gloss. MSS. in Proph.* τεῖχος procul dubio ex Zach. l. c. exponitur πύργος ἀσφαλής. *Aqu. Theod.* Ezech. XL, 5. - חִילָה, *dolor*. Iob. VI, 10. Videntur legisse חֵיל. - *חֵמָה, *ira*. Ies. XXVII, 4. Legerunt חֹמָה, *murus*. - חַמָּה, *sol*. Ies. XXIV, 23. Hic quoque legerunt חוֹמָה, *murus*. - חָרוּץ, *fossa* (ex usu linguae chald.), qua etiam urbes muniri solent. *Al.* Dan. IX, 25. - מְצוּרָה, *munitio*. 2 Par. XI, 10. ὠχύρωσεν αὐτὰς τείχεσι, muniverat illas *munitionibus*. Eodem sensu τεῖχος usurpatur *Libanio* in *Basilico* p. 133. εἰς δὲ τὸν περίβολον κατακλεισθέντες, οὐδ' ὑπὲρ τοῦ τείχους ἠμύναντο. Vide *Spanhemium* ad *Iulian.* p. 177. - מָרוֹם, *altitudo*. *Al.* Ierem. LI, 53. τὰ τείχη, *moenia alta*. - נֵד, *acervus*. Exod. XV, 8. ὡσεὶ τεῖχος. Arab. نَدّ inter alia *aggerem* notat. - עִיר, *urbe*. 2 Sam. XX, 16. Fortasse legerunt קִיר, aut putarunt, ob seriem orationis ita h. l. vertendum esse. In *Xenoph. Hist. Gr.* VII. 5. 8. ἐν τῷ τείχει et ἐν τῇ πόλει permutantur invicem. *Pollux Onom.* IX, 7. Ξενοφῶς τεῖχος οὐ τὸν περίβολον μόνον ἔφη, ἀλλὰ καὶ τὸ ὑπὸ τῷ περιβόλῳ πᾶν.

Hesych. Τεῖχος ἄρειον ἀντὶ πόλιν Ἄρεως. - קִיר, *paries.* Num. XXXV, 4. Ios. II, 15. Ez. XXXIII, 30. - *רְחֹב, *platea.* 2 Sam. XXI, 12. sec. ed. *Compl.* Ita transtulit *Inc. Int.* ob locum parallelum 1 Sam. XXXI, 12. ubi חוֹמָה diserte commemoratur. - שׁוּר, *murus.* 2 Sam. XXII, 30. Esdr. IV, 12. 13. 16. et alibi. - *שׁוֹר, *bos. Aqu. Symm.* Gen. XLIX, 6. Legerunt שׁוּר. - *שׁוּר, *Schur,* nomen propr. solitudinis Aegypto adiacentis. Gen. XVI, 7. sec. *scholion ed. Rom.* τεῖχος ἢ εὐθυσμὸς, quae verba illata sunt in *Hexapla* e *Philone* libr. de *profugis* p. 479. ed. *Francof.* τεῖχος δὲ ἢ εὐθυσμὸς ἑρμηνεύεται Σούρ. - שַׁעַר, *porta.* Nehem. XII, 38.

ΤΕΙ'ΧΟΣ ΠΕΡΙΒΑ'ΛΛΩ, *murum circumiicio* vel *circumdo.* הִתְגָּרָה Hithp. *misceo bellum.* Prov. XXVIII, 4. *Iaegerus* ad h. l.: Quia τεῖχος περιβάλλουσι, non modo sui defendendi gratia, sed hostium etiam coercendorum et oppugnandorum, dictionem ipsam existimes provenisse potius a גָּדַר, *sepire,* quam a גָּרָה, *bellum concitare.* Conf. *Aelian. V. H.* VI, 12.

ΤΕΙ'ΧΟΣ ΚΑΙ' ΠΡΟΤΕΙ'ΧΙΣΜΑ, *murus et antemurale.* חֹמֹתַיִם dual. *duo muri. Al.* Ierem. XXXIX, 4.

ΤΕΚΜΗ'ΡΙΟΝ, *signum, testimonium, argumentum, ratio.* Sap. V, 11. XIX, 13. 3 Macc. III, 24. διὸ καὶ τεκμηρίοις καλῶς πεπεισμένοι, τούτους δυσνοεῖν ἡμῖν, quare *argumentis* satis persuasi, hos nobis male velle. Sic legitur apud *Dion. Cass.* l. VI. p. 1052. *Reim. Xenoph. Mem.* I, 1, 2. *Hesych.* τεκμήριον, σημεῖον ἀληθές. *Suidas:* τεκμήριον, ἀληθινὸν σημεῖον ἢ τὸ ἄλυτον. *Schol. Aristoph. in Equit.* v. 33. τεκμηρίῳ, παραδείγματι, μαρτυρίῳ.

ΤΕ'ΚΝΟΝ, *filius,* et in plur. τὰ τέκνα, *liberi.* אוֹן, *robur, virilitas.* Deut. XXI, 17. Gen. XLIX, 3. ἀρχὴ τέκνων μου. Bene. Nam principium roboris est descriptio primogeniturae aut primogenitorum. Ps. LXXXVIII, 51. et CV, 36. - אַחֲרִית, *posteritas.* Ps. CVIII, 12. Ierem. XXXI, 17. - בַּיִת, *domus,* it. *familia.* 1 Reg. XVII, 15. - בֵּן, in plur. בָּנִים. 1 Sam. XIV, 32. τέκνα βοῶν, *filii boum,* h. e. *vituli.* Conf. *Vorstii Philol. Sacr.* P. I. c. 15. Hos. II, 4. τέκνα πορνείας, *spurii.* Hos. X, 9. τὰ τέκνα ἀδικίας, filii iniquitatis, h. e. *iniqui, pravi.* Conf. *Vorstii Philol. S.* P. II. c. 24. Ioel. II, 23. τὰ τέκνα Σιὼν, *incolae* Sion. Vide et Zach. IX, 13. et conf. Matth. XXIII, 37. Luc. XIX, 44. Gal. IV, 25. et *Vorstium* lib. cit. ac notata infra in v. υἱός. *Symm.* Iob. V, 7. τέκνα γυπὸς, h. e. *pulli vulturis.* Sic Graecos alias, si brutorum animantium pullos designare velint, solere uti vocibus τέκος et τέκνον, multis exemplis docuit *Gatakerus de stylo N. T.* c. 16. *Inc.* Ios. XXII, 28. - בְּעִיר, *iumentum. Inc.* Num. XX, 4. sine dubio ex aliis SS. locis. - בַּר. Prov. XXXI, 2. - דּוֹר, *generatio.* Ios. XXII, 27. - הִשְׁרִישׁ Hiph.

radices ago. Ies. XXVII, 6. *Radices agere* apud S. S. notat *multos liberos ac posteros habere.* Vide *Hexapla.* - *זֶרַע, *semen, posteri.* Gen. XV, 3. sec. *Compl.* - טַף, *parvulus.* Deut. II, 34. III, 6. 19. XXIX, 11. - יֶלֶד, *natus.* Ies. LVII, 4. τέκνα ἀπωλείας, h. e. pernicie et exitio *digni.* Eodem sensu Iudas vocatur υἱὸς τῆς ἀπωλείας apud Ioh. XVII, 12. et Antichristus 2 Thess. II, 3. Conf. vocem ἄξιος post בְּנֵי מָוֶת, et *Vorstium* lib. cit. p. 50. sequ. Sic et τέκνα ὀργῆς Eph. II, 3. sunt *poena digni,* ubi vid. *Wolfius* p. 44. Hos. I, 2. τέκνα πορνείας, *spurios.* - *נָוֶה, *habitaculum.* Hos. IX, 13. τὰ τέκνα, ubi pro בְּנָוֶה, *in habitaculo,* legerunt בְּנֵיהֶם. - עוֹל, *iugum.* 1 Sam. VI, 7. δύο βόας πρωτοτοκούσας ἄνευ τῶν τέκνων, duas vaccas, quae primum pepererunt, s. lactantes, sine vitulis. Forte legerunt עוּל, *foetus lactens.* - עוֹלֵל, *puerulus.* Ies. XIII, 16. - פְּרִי בֶטֶן, *fructus ventris.* Ies. XIII, 18. - צֶאֱצָאִים plur. *propagines.* Iob. V, 25. XXI, 8. Ies. XLIV, 3. Sap. XVI, 21. τέκνα θεοῦ, *Iudaei.*

TEKNOΠΟΙΕ'Ω et *TEKNOΠΟΙΕ'ΟΜΑΙ, liberos procreo, gigno, pario, suscipio.* בָּנָה, *aedifico. Inc.* et LXX Gen. XVI, 2. (ubi loco τεκνοποιήσωμαι *Philo Opp.* T. I. p. 519. et 521. habet τεκνοποιήσῃς). Ib. XXX, 3. Saepius in V. T. *aedificare* metaphorice ponitur pro *liberos procreare* s. *gignere.* Ex liberis enim familia instar domus aedificatur et conservatur. - וָלָד, *proles.* Gen. XI, 30. - יָלַד ו הוֹלִיד, Kal et Hiph. Ies. LXV, 23. Ierem. XXIX, 6. - הָרָה וְיוֹלֶדֶת, *gravida et puerpera.* Ierem. XXXI, 8. - יֵלֵךְ, *eo.* Ierem. XII, 2. Permutarunt יֵלֵךְ cum יָלַד.

TEKNOΦO'NOΣ, liberos occidens seu interficiens, liberorum interfector. Sap. XIV, 23. τεκνοφόνους τελετάς, sacrificia, *in quibus liberi occidebantur vel immolabantur.*

TEKNO'Ω, Ω~, et τεκνόομαι, οῦμαι, *liberos suscipio, liberos procreo, genero, gigno, pario.* בָּנָה, *aedifico. Symm.* Gen. XVI, 2. εἴπως τεκνωθῶ, si *liberos suscipiam.* Vide supra s. v. τεκνοποιέω. - יָלַד. Exod. XXI, 4. τεκνοῖ αὐτῷ υἱοὺς καὶ θυγατέρας, *pariat* illi filios et filias.

TEKTAI'NΩ et *TEKTAI'NOMAI, fabrico, struo, molior, machinor.* Proprie est *fabrorum, qui ligna parant,* sed deinde *ad omnis generis artifices et rerum inventores* transfertur. Conf. *Ez. Spanhem.* ad *Aristoph. Plut.* v. 163. הֵשִׁית Hiph. a שִׁית, *pono.* Prov. XXVI, 24. ἐν δὲ τῇ καρδίᾳ τεκταίνεται δόλους, in corde autem *machinatur* fraudes. *Dolum habere repositum in pectore* nihil aliud est quam *machinari fraudes.* - חָרַשׁ, *aro,* it. *fabrico.* Ps. CXXVIII, 3. ἐπὶ τὸν νῶτόν μου ἐτέκταινον, super dorsum meum *fabricabant. Hesych.* Ἐτέκτονον (ita scriptum videtur pro ἐτέκταινον), κατεσκεύαζον οἱ τέκτονες. Prov. III, 29. μὴ τέκταινε ἐπὶ σὸν φίλον κακά, ne *moliaris* in amicum tuum mala. *Aqu. Symm.*

Theod. Prov. XII, 19. Conf. Sir. XI, 34. XXVII, 22. – חָרַשׁ, *faber*. Ezech. XXI, 31. *τεκταινόντων*. – פָּעַל, *operor*. *Al.* Ps. LXVII, 31. *ἐτέκτηνας*, *operatus es*. – שָׁחַר, *mane quaero*. Prov. XI, 27. *τεκταινόμενος ἀγαθὰ*, *parans s. moliens* bona. Dubium esse videtur *Vogelio* ad h. l., num ex coniectura aut lectionis varietate ita transtulerint. Si posterius, legisse ei videntur חָרַשׁ. Sed non cogitasse videtur, שָׁחַר metaphorice notare *studiosum esse*, *dilegentem operam dare*, sicut et nos formula *früh aufstehen* uti solemus. *Hesych.* et *Suidas*: *τεκταινόμενος*, *κατασκευάζων*. Baruch. III, 18. *οἱ τὸ ἀργύριον τεκταίνοντες* sunt aut *argentum fabricantes*, *argenti fabri*, aut *qui argentum omni ratione comparant et cumulant*. Caeterum cum *τεκταίνοντες* l. l. coniungendum est *μεριμνῶντες*, ita ut hoc adverbialiter sumendum ac vertendum sit: *summa cum cura*.

ΤΕΚΤΟΝΙΚΟ'Σ, *ad fabrum pertinens*, *fabrilis*. חֲרֹשֶׁת, *fabrefactura*. Exod. XXXI, 5. *τὰ τεκτονικὰ τῶν ξύλων ἐργάζεσθαι*, *ligna fabricare*.

ΤΕ'ΚΤΩΝ, *faber*, *artifex*. חָרָשׁ, idem. 1 Sam. XIII, 19. 2 Sam. V, 11. Esdr. III, 7. et alibi saepius. – חֹרֵשׁ part. *fabricans*. 1 Reg. VII, 14. – *חֶרֶשׂ, *testa*. *Symm.* Iob. XLI, 22. Legit חָרָשׁ, *faber*. *Suidas*: *τέκτων*, *κοινὸς τεχνίτης*, *ὁ λαοξόος καὶ ὁ τῶν ξύλων εἰδήμων*. *Gloss. Cyrilli et Philoxeni*: *τέκτων*, *faber*, *faber tignarius*, *lignarius*, *materiarius*. Et *Graecus Gaii interpres* in *Pandectis* l. 235. §. 1. *de V. S.* *τέκτονας ξύλων οὐ μόνον λέγομεν τοὺς τὰ ξύλα πελεκοῦντας*, *ἀλλὰ πάντας τοὺς οἰκοδομοῦντας*. Conf. *C. S. Schurzfleischii* peculiare de hac voce *philologema Viteb.* 1688. §. 6. ac *Lexicon N. T.* s. h. v.

ΤΕΛΑΜΩ'Ν, *lorum ensis et id*, *ex quo scutum pendet*, *vinculum*, *fascia*, *ligamen*, it. *vitta*. אֵפֶר, *velamen*, *fascia*: coll. chald. מַעֲפְרָא, *sudarium*. 1 Reg. XX, 38. *κατεδήσατο ἐν τελαμῶνι τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ*, ligabat *fascia* oculos suos. Secundum *Cappellum* in *Crit. Sacra* p. 578. legerunt אֵזוֹר, quod notat *lineum quid*, unde *vittam* reddiderunt. Vide tamen ad h. l. *Scharfenbergium* ac *Buxtorfii Anticrit.* p. 668. Fortasse legerunt פְּאֵר usu Syriaco. Vide et 1 Reg. XX, 41. *Gloss. MS. in Lib. 3. Reg.* *ἀφεῖλε τὸν τελαμῶνα*, *ἤγουν τὸν λῶρον*. In *Cod. Fabric.* corrupte legitur *Ἀφεῖλε τὸν τελαμῶνα*, *σὺν τῷ σποδῷ τὸν τελάμωνα*. – שְׁבִיסִים plur. masc. *plectae*, *τὰ ἐμπλόκια*, ut LXX interpretati sunt. *Aqu.* Ies. III, 18. ubi vid. *Montf.* *Hesych.* *τελαμὼν*, *λῶρος*, *καὶ ὁ ἀναφορεὺς τοῦ ξίφους*, *καὶ*, *τῆς ἀσπίδος*, *ἡ δεσμὸς*, *ἡ φασκία*. Conf. *Steph. le Moyne Obss. ad Var. Sacr.* p. 300. sequ.

ΤΕ'ΛΕΙΟΣ, *perfectus*, *integer*, *sincerus*. אַשְׁרֵי plur. constr. *beatitates*. *Theod. Sext. edit.* Ps. I, 1. Deduxerunt a יָשָׁר, quod pariter notionem *pietatis* ac *felicitatis* habet. *Boeckelio* contra in *Specimine Clavis* etc. p. 30. verba *τέλειος*

ὁ ἀνὴρ κ. τ. λ. fragmentum non alius versionis, sed glossae, fortasse ex Ps. CXIX, 9. repetitae, continere videntur. — מֵבִין part. Hiph. a בִּין, *erudiens*, *magister*, vel *intellegens*. 1 Par. XXV, 8. κατὰ τὸν μικρὸν καὶ κατὰ τὸν μέγαν τελείων καὶ μανθανόντων, minor aeque ac maior *perfectorum*, h. e. *artem musicam iam penitus intellegentium vel magistrorum in arte illa et discentium.* Al. ibi habent: συνιὼν μετὰ μανθάνοντος. *Vulgatus* reddit: *doctus pariter et indoctus.* Conf. *Elsnerum* ad 1 Cor. II, 6. p. 75. — *מְשֻׁלָּם, *perfectus*, seu: *qui veram Dei cognitionem habet. Symm.* Ies. XLII, 19. — רָצוֹן, *beneplacitum. Theod.* Mal. II, 13. ubi τέλειον notat sacrificium perfectum, h. e. ita comparatum, ut praescriptis divinis sit consentaneum, adeoque Deo placeat. Simili ratione רָצוֹן, uti in universum *obiectum beneplaciti* notat, ita h. l. *sacrificium* significare, *quo Deus delectatur*, e parallelismo sententiarum luculenter apparet. — שָׁלֵם. 1 Reg. XI, 4. οὐκ ἦν καρδία αὐτοῦ τελεία μετὰ κυρίου, non erat cor eius *sincerum* cum Domino. Vide et 1 Reg. XV, 3. 14. 1 Par. XXVIII, 9. Dicitur alias καρδία πλήρης. Vide in πλήρης. *Aqu.* Prov. XI, 1. στάθμιον τέλειον, pondus *iustum. Symm. Theod.* Amos. I, 5. — שְׁלוֹם, *perfectio*, *pax*. Ierem. XIII, 19. — תַּכְלִית, idem. Ps. CXXXVIII, 21. — תָּם. Cant. V, 3. VI, 8. — תֹּם, *integritas. Symm. Theod.* Prov. X, 30. τελείῳ. — תָּמִים. Gen. VI, 9. τέλειος ὢν ἐν τῇ γενεᾷ αὐτοῦ, qui perfectus erat in generatione sua. Deut. XVIII, 13. τέλειος ἔσῃ ἐναντι κυρίου τοῦ θεοῦ σου, perfectus eris coram Domino Deo tuo. In his locis τέλειος dicitur, qui *Latinis* alias *integer vitae*. *Stobaeus* de tali: Τὸν ἀγαθὸν ἄνδρα τέλειον εἶναι λέγουσιν, διὰ τὸ μηδεμίας ἀπολείπεσθαι ἀρετῆς. Conf. *Reiners* Diss. de τοῖς τελείοις in *Bibl. Brem. Class* IV. p. 957. sequ. Vide et 2 Sam. XXII, 26. et conf. Sap. IX, 6. LXX alias תָּמִים ὅσιον interpretantur, ut Prov. II, 21. Amos. V, 10. et ἄμεμπτον et ἄμωμον et ἄκακον. — תֻּמִּים plur. *perfectiones*. Esdr. II, 63. Plura de hac voce vide in *Ott. Lud. Konigsmanni Diss.* de *vera notione vocis* τέλειος. *Ien.* 1739. 4.

ΤΕ'ΛΕΙΟΣ ΕἸΜΙ', *perfectus sum.* הִתַּמֵּם Hithp. a תָּמַם, *perfectum me exhibeo.* 2 Sam. XXII, 26. — *גָּרַס, *confringor. Symm.* Ps. CXVIII, 20. τελεία ἦν. Libere vertit hoc sensu: *perfectum s. summum erat desiderium legum tuarum*, quem quoque habent verba hebraica, quae ad verbum ita sonant: *Confracta est anima mea ob desiderium*, h. e. *summo desiderio teneor.* —

ΤΕΛΕΙΟ'ΤΗΣ, *perfectio*. *מוּת, *morior. Symm.* Iob. XII, 2. ubi plerisque legisse videtur תְּמוּתָה a תָּם, et תֻּמָּה, *perfectio*. Sed nollem hic numerum variarum lectionum pro lubitu augere. Τελειότης est h. l. *finis* s. *perductio ad finem*. — תֻּמָּה. Prov. XI, 3. — תְּמִימִים, *perfectus*. Iud. IX, 16. 19. *Symm.*

Deut. XXXIII, 8. Ps. LXXXIII, 13. *Reliqui* Exod. XXVIII, 30. *Aqu. Theod.* Lev. VIII, 8. *τελειότητες.* Vide et Sap. VI, 15. (*τελειότης φρονήσεως*, *summa* sapientia et prudentia). XII, 7. *ἀπιστούμενος ἐπὶ δυνάμεως τελειότητι*, h. e. cum non existimaris summa ac perfecta pollere potentia.

ΤΕΛΕΙΟ'Ω, *perficio*, *absolvo*, *impleo.* הִרְפָּה Hiph. *dimitto.* Nehem. VI, 4. *ὡς ἂν τελειώσω αὐτὸ*, sc. *ἔργον*, cum *absolvero* illud opus. Opus absolutum dimittitur. – חָתַם, *obsigno.* *Aqu.* (?) Dan. IX, 24. *τελειῶσαι.* Arab. خَتَمَ etiam *finire*, *perficere* notat, quia epistolae ad finem perductae sigillum imprimi solet. – כָּלַל. Ezech. XXVII, 11. – מִלֵּא Pih. *compleo.* Exod. XXIX, 10. *τελειώσεις τὰς χεῖρας Ἀαρὼν*, implebis manus Aaronis: quae phrasis servit *consecrationi ad munus* indicandae. *Hesych.* *τελειώσεις, ἁγιάσεις.* Exod. XXIX, 33. *τελειῶσαι τὰς χεῖρας αὐτῶν*, ad *implendas* manus eorum. Vide et Lev. VIII, 33. XVI, 32. et conf. *Glossii Philol. Sacr.* lib. V. Tr. I. cap. 4. p. 1500. ubi phrasin illam idem significare docet, quod *consecrare ad officium sanctum.* Nempe signum et ritus quidem *σημαντικὸς* consecrationis olim erat, traditio certarum partium de sacrificiis in manus. LXX sec. *Hex.* 1 Reg. XIV, 10. *ἕως τελειωθῆναι αὐτὸν* (lege *αὐτὴν*, scil. *τὴν κόπρον*), donec stercus *penitus remotum fuerit.* *Vulg.* *usque ad purum.* – שָׁלֵם, *perfectus.* 2 Par. VIII, 16. – תָּמַךְ, *sustento.* *Theod.* Psalm. XVI, 6. *τελείωσον.* Sensum secutus est. – תָּמַם. 1 Reg. VII, 21. XIV, 10. Adde *Inc.* 1 Sam. XVI, 11. *ἐτελειώθησαν*, h. e. *num nullus reliquus mansit* aut *restat?* *Vulg.* *numquid iam completi sunt?* Praeterea quoque legitur Lev. IV, 5. ubi *ὁ τετελειωμένος* sec. cod. *Vat.* et *ὁ τετελεσμένος* sec. alios libros videtur esse versio alius interpretis, pertinens illa ad מָשִׁיחַ, *unctus.* Sap. IV, 13. *τελειωθεὶς*, qui ad culmen sanctitatis evasit. Sir. XXXIV, 10. *ἐτελειώθη*, *integer*, *probus agnitus*, *deprehensus fuit*, coll. 2 Cor. XII, 9. Sir. L, 21. *τὴν λειτουργίαν αὐτοῦ ἐτελείωσαν*, ministerium eius *perfecerunt.*

ἘΓΕΝΗ'ΘΗ ΤΕΛΕΙΩΘΗ͂ΝΑΙ, *factum est*, *ut perficeretur vel absolveretur.* נַעֲשָׂה Niph. *fio*, *perficior.* Nehem. VI, 16. *ἐγενήθη τελειωθῆναι τὸ ἔργον τοῦτο.*

ΤΕΛΕΙ'ΩΜΑ, *perfectio*, *consummatio.* מָוֶת, *morior.* *Aqu.* Iob. XII, 2. *τελειώματα.* Legit חֻמּוֹת, a sing. תֹּם s. תֻּמָּה, *perfectio*, nisi statuere malis, *τελειώματα* esse h. l. i. q. *τέλος*, *finis*, *perductio ad finem.*

**ΤΕΛΕΙ'ΩΣ*, *perfecte*, *integre*, *omnino*, *prorsus*, *diligenter*, *summo cum studio.* Sirac. VI, 37. sec. *Compl.* *διανοοῦ ἐν τοῖς προστάγμασι κυρίου τελείως*, cogita ac perpende praecepta divina *summo cum studio.* Iudith. XI, 6. ubi loco *τελείως* *Bretschneidero* legendum videtur *τέλειον.* 2 Macc.

XII, 42. τελείως ἐξαλειφθῆναι, *proreus oblinire*. 3 Macc. III, 26. VII, 23. Vide *Fischeri Proluss. de vitiis Lex. N. T.* p. 675.

ΤΕΛΕΙ'ΩΣΙΣ, *perfectio*, *impletio*, *consummatio*, et speciatim *consummatio matrimonii*, *nuptiae*. כְּלוּלֹת plur. *sponsalia*. Ierem. II, 2. ἐμνήσθην ἐλέους νεότητός σου, καὶ ἀγάπης τελειώσεώς σου, recordabar gratiae adolescentiae tuae, et dilectionis *nuptiarum* tuarum. Sic et alias Graecis nuptiae τέλος dicebantur. *Eustathius* ad Il. λ', p. 832. Ἐκ δὲ τοῦ λοιποῦ τέλους, ὃ σημαίνει τὸν γάμον, τὰ προτέλεια· ὧν χρῆσις μὲν μόνη παρὰ Αἰλίῳ Διονυσίῳ, ἑρμηνεία δὲ παρὰ Παυσανίᾳ, εἰπόντι, ὅτι προτέλεια, ἡ πρὸ τῶν γάμων θέα (leg. θυσία), ἴσως τὰ λεγόμενα θεώρητρα. Ἐκεῖθεν δὲ τέλειοι οἱ γεγαμηκότες, καὶ τελειωθῆναι, τὸ γῆμαι. *Suidas*: Τέλος δὲ ὁ γάμος. διὸ καὶ προτέλεια ἐκαλεῖτο ἡ θυσία ἡ πρὸ τῶν γάμων γενομένη. Vide in v. τελεία, et conf. eundem in v. προτέλειον, *Polluoem* lib. III. c. 3. segm. 38. *Hesychium* in v. δόμος ἡμιτελής, et v. προτέλεια, et qui in not. ad h. l. citantur, *Meursium Graec. Feriat.* p. 257. et *Aeschyli Schol.* p. 178. *Spohnio* ob membrum parallelum τελείωσις h. l. est *aetas perfectior*, *matura*. - מִלֻּאִים plur. *impletiones*. Exod. XXIX, 26. ἀπὸ τοῦ κριοῦ τῆς τελειώσεως, ab ariete *impletionis*, *quo* scilicet *manus implebantur sacerdotum*, *cum initiarentur*. Vide et v. 27. 31. 34. Lev. VIII, 21. 27. *Inc.* Lev. VIII, 33. - תֻּמִּים plur. *perfectiones*. *Al.* Nehem. VII, 65. Iudith. X, 9. ἐξελεύσομαι εἰς τελείωσιν λόγων, ὧν ἐλαλήσατε μετ' ἐμοῦ, egrediar in *consummationem* verborum, vel *ut perficiam* verba, quae locuti estis mecum. Conf. Luc. I, 45. *Aqu. Theod.* Lev. VIII, 8. - תֻּמִּם, *absolutor*. *Aqu.* Deut. XXXI, 24. τελειώσεως αὐτῶν.

ΤΕΛΕΙ'ΩΣΙΣ 'ΕΠΙΣΧΕ'ΣΕΩΣ, *perfectio retentionis*. עֲצֶרֶת, *detentio*. *Samarit.* Num. XXIX, 35.

ΤΕ'ΛΕΟΝ, adverbium, *omnino*, *prorsus*. נֶצַח, *aeternitas*. *Aqu.* Ps. XII, 2. τέλεον. *Hieron. penitus.* 3 Macc. I, 22. οὐκ ἠνείχοντο τέλεον αὐτοῦ ἐπικειμένου, non ferebant illum *omnino* instantem. *Hesych.* τέλεον, τὸ τέλος ἢ πέρας. Conf. *Ioseph. de B. I.* IV, 4, 5. T. II. p. 285. ed. *Hav.*

ΤΕΛΕΣΙΟΥΡΓΕ'Ω, *ad perfectionem duco*. Prov. XIX, 7. ὁ πολλὰ κακοποιῶν τελεσιουργεῖ κακίαν, qui multa mala facit, ad perfectionem ducit malitiam. In textu hebr. pro his nihil legitur.

ΤΕ'ΛΕΣΜΑ, *finis*, *extremitas*. קָצֶה, idem. *Al.* Ps. CXXXIV, 7. ἐκ τελέσματος, *ex extremitate terrae*, h. e. interprete *Grotio*: *ab omni parte horizontis*, vel: *ab omni latere*, coll. Ps. CXLVII, 8.

ΤΕΛΕΣΦΟΡΕ'Ω, *ad perfectionem*, *ad maturitatem duco seu perduco*. הֵכִין Hiph. a כּוּן, *apto*, *paro*. *Symm.* Ps. LXIV, 10. τελεσφορήσεις. Sc. כּוּן in universum notat: *perfectum aliquid reddere*, unde in tali orationis serie est

ad maturitatem perducere. Vide ad h. l. *Knappium.* *Hesych.* τελεσφορεῖ, ἐντελῶς ἄγει. Idem: τελεσφόρος, ὁ τελεσφορῶν καθ' ὥραν τοὺς καρπούς. Conf. *Wolfium* ad Luc. VIII, 14. p. 640. ac *Lexicon N. T.* s. h. v. - קָמָה, *seges in culmum erecta.* *Al.* Ies. XXXVII, 27. ὡς ἄγρωστις ἀφανιζομένη πρὸ τοῦ τελεσφορηθῆναι, tanquam gramen perditum, antequam *ad maturitatem venit.* Vide *Grabium de vitiis LXX Intt.* p. 121. et conf. quae ex *Philone* notat *Alberti* in *Museo Phil. Theol. Brem.* p. 109. Adde 4 Macc. XIII, 19.

ΤΕΛΕΣΦΟ'ΡΟΣ, proprie: *qui ad finem perducit* vel *perducitur* sive *perductus est.* Apud LXX vero aut potius *Theodotionem*: *prostibulum* s. *foemina gentium sacris* vel *mysteriis fornicatione initiata.* Deut. XXIII, 17. οὐκ ἔσται τελεσφόρος ἀπὸ θυγατέρων Ἰσραὴλ, καὶ οὐκ ἔσται τελισκόμενος (πρὸς πᾶσαν εὐχὴν) ἀπὸ υἱῶν Ἰσραήλ. His verbis, quae absunt a quibusdam editt. et in *Grabiana hypolemniscis* notata sunt, eadem verba hebraica, לֹא תִהְיֶה קְדֵשָׁה מִבְּנוֹת יִשְׂרָאֵל וְלֹא יִהְיֶה קָדֵשׁ מִבְּנֵי יִשְׂרָאֵל, quae modo ante iam ita reddita fuerant: οὐκ ἔσται πόρνη ἀπὸ θυγατέρων Ἰσραὴλ, καὶ οὐκ ἔσται πορνεύων ἀπὸ υἱῶν Ἰσραὴλ, rursus exponuntur. Itaque fortasse ex *Theodotione* addita, cuius translationem *Origenem* editioni antiquae miscuisse, asterisco et obelo omne opus distinguentem, *Hieronymus* praefatione in *Pentateuchum* testatur. Vide *Salmasium de l. Hellenist.* p. 244. et *Grabium* de *vitiis LXX Intt.* p. 61. Vox ergo קְדֵשָׁה, quae ... ὁ est πόρνη, *Theodotioni* τελεσφόρος, et קָדֵשׁ, quae illis πορνεύων, huic τελισκόμενος exponitur. Conf. quae ex Hos. IV, 15. allata sunt in v. τελέω post hebr. קְדֵשָׁה, et *Spencerum* de *leg. Hebr. ritual.* lib. II. c. 35. p. 562. et c. 36. p. 567. sq. Adde *Seldenum* de *Diis Syr. Synt.* II. c. 1. p. 237. Non tamen repugnarem, si quis statuere mallet, verba οὐκ ἔσται τελεσφόρος posita esse pro לֹא תָבִיא אֶתְנַן זוֹנָה, et τελισκόμενος pro מְחִיר כֶּלֶב, aut potius ita legere: οὐκ ἔσται (ad hebr. veritatem ἔσῃ) τελεσφόρος πόρνης, καὶ οὐκ ἔσται τέλος κυνὸς, h. e. *non erit, qui inferat tributum meretricis, et non erit vectigal canis.* Qui legerat τελεσφόρος, incidit in cognatam vocem τελισκόμενος, quum non intellegeret, quid hic esset τέλος κυνός. Caeterum, quomodo alii hanc vocem acceperint, vide apud *Is. Vossium* de LXX Intt. c. 17. p. 57. *Bonfrerium* in *Deut.* l. c. p. 1002. *Casaubonum* ad *Baronii Annal.* An. 31. n. 17. *Flam. Nobilium* ad *Deut.* l. c. aliosque, quos citat *Seldenus de iure Nat. et Gent.* lib. II. c. 5. p. 179. *Cyrillus:* τελεσφόροι γε μὴν εἶεν ἂν οἱ πόρους τελοῦντες ὡς ἐξ ἀνάγκης ἑτέροις, καὶ τὰ ἐκ τῆς ἀσελγείας μισθώματα τοῖς πριαμένοις συλλέγοντες. *Theodoretus* ad Deut. l. l. τελεσφόρον ἐκάλει τὸν μυσταγωγοῦντα, τελισκόμενον δὲ τὸν μυσταγωγούμενον.

ΤΕΛΕΤΗ', *consecratio, initiationis ritus, ipsa initiatio, sacrificium.* Hinc:

ΤΕΛΕΤΑΙ', *sacrificia*, *mysteria sacra*, *sacra impura*. מִקְדָּשׁ, *sanctuarium*. Amos. VII, 9. αἱ τελεταὶ τοῦ Ἰσραὴλ ἐρημωθήσονται, *sacra impura* Israelitis evertentur. - קָדֵשׁ, *cinaedus*. Οἱ Γ' 1 Reg. XV, 12. ἀφεῖλε τὰς τελετὰς ἀπὸ τῆς γῆς, auferebat *sacra impura* a terra. *Vulg*. *effoeminatos*, quae interpretatio nonnullis ducere videtur ad τεθηλυμένους: conf. *Hesych*. et *Suidam* s. v. θηλυδρίας: ut adeo legendum videatur loco τοὺς τελετὰς (quod nomen in tota Graecia non puto esse) θηλυτὰς, a θηλύνω. *Symm*. 2 Reg. XXIII, 7. τελεταί. Conf. *Philonis* locum e lib. περὶ τῶν μετονομαζομένων observatum *Seldeno* de *Diis Syr*. *Synt*. I. c. 5. p. 159. Sap. XII, 4. τελετὰς ἀνοσίους, *sacrificia* non sancta. Sap. XIV, 15. 23. τεκνοφόνους τελετὰς, ἢ κρύφια μυστήρια, *sacrificia*, quibus liberi immolabantur, vel occulta mysteria: ad quem locum *Grotius*: *μυστήρια in arcanis quibusdam vocibus et symbolis consistebant, τελεταὶ in victimis*. Sic *Diodor*. *Sic*. lib. I. p. 20. *Anton*. *Liberal*. *Fab*. 10. τελετὰς καὶ μυστήρια, et *Augustinus* de *Civ*. *Dei* lib. IV. c. 31. *teletas ac mysteria* coniunctim memorat. 3 Macc. II, 30. ἐν τοῖς κατὰ τὰς τελετὰς μεμυημένοις, illis, qui mysteriis initiati sunt. Eodem sensu vocem legimus apud *Aelian*. *V*. *H*. lib. II. c. 31. et *Clementem Alex*. *Strom*. lib. V. p. 555. Et mysteria dicta esse τελετὰς, ὡς τελειούσας, καὶ εἰς τὸ τέλειον ἄγουσας τοὺς τελουμένους, docet *Maximus*, *Dionysii Areopagitae Scholiastes*, in Ep. 8. §. 6. T. II. p. 120. Conf. Idem ad eund. de *Coelest*. *Hierarch*. cap. I. T. I. p. 7. *Hesych*. τελεταὶ, ἑορταὶ, θυσίαι, μυστήρια. Conf. *Lud*. *Vives* et *Coqueus* ad *Augustinum* l. c. p. 477.

ΤΕΛΕΥΤΑΙ῀ΟΣ, *finalis*, *extremus*, *ultimus*, *novissimus*. אַחֲרוֹן. *Symm*. Cohel. IX, 3. τελευταῖα. - אַחֲרִית, *extremitas*. Prov. XIV, 12. 13. - קָצָה, *extremitas*, *finis*. *Aqu*. Ios. XV, 21. Ps. LX, 3.

ΤΕΛΕΥΤΑ'Ω, sc. βίον, *finio vitam*, *morior*, ac de morte tam naturali quam violenta adhibetur. גָּוַע, *exspiro*. Gen. VI, 17. Iob. XXXIV, 15. - מוּת, *morior*. Exod. XIX, 12. θανάτῳ τελευτήσει, morte morietur, aut: *mortis supplicio afficietur*. Vide et Exod. XIX, 16. Ezech. VI, 12. et conf. Matth. XV, 4. - נִקְבַּר Niph. *sepelior*. Iob. XXVII, 15. Profani aliquando plene dicunt τελευτᾶν βίον. Vide quae ex *Eurip*. *Hecub*. v. 409. observat *L*. *Bos* de *Ellips*. *gr*. p. 28. et *Herodotum* lib. I. c. 32. et lib. II. c. 121. et quae ex eodem notat *Raphelius* ad Matth. II, 19. p. 126. Sir. XIV, 21. ὃς ἐν σοφίᾳ τελευτήσει, qui in sapientia *usque ad mortem firmus*, *assiduus et constans est*. Sir. XXIII, 17. Conf. *Bretschneideri Spicil*. p. 254.

ΤΕΛΕΥΤΗ', *finis*, *terminus quicunque*, et, omisso βίου, *finis vitae*, *mors*. אַחֲרִית, *extremum*. Prov. XXIV, 14. - מוֹת infin. a מוּת. Gen. XXVII, 2. Deut. XXXI, 29. - קֶבֶר*,

sepulchrum. Deut. XXXIV, 6. sec. *Alex.* Baruch. III, 25. τόπος μέγας καὶ οὐκ ἔχει τελευτὴν, locus magnus, *terminis* carens. Sap. II, 5. τελευτὴ est i. q. ᾅδης, ut ex additis καὶ οὐδεὶς ἀναστρέφει apparet. Ex inferno reditus non datur. Sap. IV, 17. *cita s. praematura mors*, coll. v. 11. et 13.

ΤΕΛΕ'Ω, *finio*, *perficio*, *impleo*, et τελέομαι, *perficior*, it. *initior*, *particeps fio*, *polluor*; etiam *deficio*. *אֻכָל, *Uchal*, nomen proprium. *Aqu.* Prov. XXX, 1. τέλεσον. Legit וָאֻכָל. Scribendum enim mihi cum *Iaegero* videtur τελέσω. - גְּמִיר chald. *perfectus*. Esdr. VII, 11. - חָתַם, *obsigno*. *Aqu.* Dan. IX, 24. τελέσαι. Vide supra s. v. τελειόω. - כָּלָה : כִּלָּה, Kal et Pih. Ruth. II, 21. Esdr. I, 1. IX, 1. X, 17. *Aqu.* Ps. LVIII, 14. τέλεσον ἐν χόλῳ. Ex *Eusebii Comm.* ad h. l. *Aqu.* Ps. LXVIII, 4. ubi de oculis usurpatur, ac *deficere* notat. - *מָשִׁיחַ, *unctus*. Lev. IV, 5. τετελεσμένος. Vide supra s. v. τελειόω. - נִצְמַד Niph. *copulo me*. Num. XXV, 3. ἐτελέσθη Ἰσραὴλ τῷ Βελφεγὼρ, *initiabatur* Israel Belphegor. Ib. v. 5. τετελεσμένον τῷ Βελφεγὼρ, *initiatum* Belphegor. *Suidas*: τετελεσμένον, μεμυημένον. *Hesych.* τετελεσμένον, τὸ οἷον πρᾶγμα τελεσθῆναι, ἤγουν πληρωθῆναι, ἢ καὶ μεμιασμένον. Idem: τετελεσμένος, τελισκόμενος, ἀνδρόγυνος. Ps. CV, 28. ἐτελέσθησαν τῷ Βελφεγὼρ, *initiabantur* Belphegor. *Suidas*: ἐτελέσθησαν, ἐμιάνθησαν, μετέσχον τῆς μιαρᾶς συνουσίας. Ad haec intellegenda faciunt, quae ex *Ionathanis Ben Usiel Paraphrasi Chald.* Num. XXV, 1. affert *Iehring* in *Bibl. Brem.* Class. V. p. 590. de Israelitis denudantibus se coram figura Peoris, et scortantibus cum filiabus Moabitarum, quae protulerint figuram Peoris de subcinctoriis suis. *Hesych.* ἐτελέσθησαν, μετέσχον, ἐκοινώνησαν. - עָשָׂה, *facio*. Iud. XI, 39. ἐτέλεσεν ἐν αὐτῇ τὴν εὐχὴν αὐτοῦ, *implebat* in illa votum suum. *Hesych.* ἐτέλεσεν, ἔλαβεν, ἐπλήρωσεν. Ies. LV, 11. ἕως ἂν τελεσθῇ, ὅσα ἂν ἠθέλησα, donec *perficiantur*, quaecunque voluero. Conf. Luc. XII, 50. - קָדֵשׁ, *cinaedus*. 1 Reg. XXII, 47. τοὺς λοιποὺς τῶν τετελεσμένων, reliquos *initiatorum*, *impuris* scil. *gentium sacris*. *Al.* 1 Reg. XV, 12. τοὺς τετελεσμένους. *Heinsius Exerc. Sacr.* p. 325. *scorta mascula* interpretatur. Conf. *Outhov.* in *Bibl. Brem.* Cl. I. p. 216. - קְדֵשָׁה, *publica meretrix Veneri sacra Priapoque mancipata*. Hos. IV, 15. μετὰ πορνῶν συνεφύροντο, καὶ μετὰ τῶν τετελεσμένων ἔθυον, cum scortis commiscebant se, et cum *initiatis* sacrificabant. Apud gentiles τετελεσμέναι vel *publicae meretrices*, vel *sacerdotes Veneris* erant virginitatis imminutae pretium Diis suis primitiarum loco offerentes; persuasae, oblatione illa meretricia placari Deos sibique propitios reddi. Conf. *Spencer.* de *legib. Hebr.* lib. II. c. 22. p. 406. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* τετελεσμένων, μεμιασμένων. In *Gloss. MSS. in Proph.* vitiose scribitur: τετελεσμένον, μεμιασμένῳ, pro τετελεσμένῳ, με-

μιασμένων. Conf. *Τελισκόμενος*. – שְׁיצִיא chald. *perfecta est*, Esdr. VI, 15. – שְׁלִים *chald.* part. Peh. Esdr. V, 16. – שָׁלַם. Nehem. VI, 15. Sap. IV, 16. *νεότης τελεσθεῖσα ταχέως*, iuventus celerius *consummata*, h. e. *praematura morte abrepta*.

**ΤΕΛΕ'ΩΣ*, adv. i. q. *τελείως*, *perfecte*, *absolute*, *prorsus*, *omnino*. 3 Macc. VII, 22. sec. *Alex.* ubi reliqui libri *τελείως* habent.

ΤΕΛΙΣΚΟ'ΜΕΝΟΣ, proprie *completus*, *absolutus*, a *τελίσκω*, *perago*. Speciatim: *gentium*: *sacris* vel *daemonum mysteriis fornicatione initiatus*. קָדֵשׁ. Deut. XXIII, 18. *οὐκ ἔσται τελισκόμενος* (sc, *τὶς*) *ἀπὸ υἱῶν Ἰσραὴλ*, non erit *initiatus impuris gentium sacris* aliquis ex filiis Israel. Conf. notata in v. *τελεσφόρος*. *Hesych.* *τελισκόμενος*, *πληρούμενος*, *τελειούμενος*. Dicitur alias *τετελεσμένος*. Vide in v. *Τελέω* ac *Sturzium* de *dial. Maced.* p. 196. sequ. De etymologia autem verbi illius ita *Is. Vossius de LXX Intt.* c. 17. p. 57. *Paragoga cuiuscunque coniugationis eandem semper servant significationem cum primitivis. Cum vero paragoga secundae, tertiae, et quartae coniugationis contractorum finiantur in ἄσκω, ήσκω et ώσκω, usus docuit, ut, quae a prima contractorum coniugatione fiunt, paragogà terminentur in ίσκω. Ab εὑρῶ itaque fit εὑρίσκω, a στερῶ, στερίσκω, et a τελῶ, τελίσκω. Idem ergo est τελούμενος et τελισκόμενος.*

ΤΕ'ΛΜΑ, *coenum*, *locus palustris*. *Aelian.* *V. H.* XII. c. 46. *Suidas*: *τέλμα*, *τόπος πηλώδης*, *ὕδωρ ἔχων*. קָצֶה, *extremitas*. Ps. CXXXIV, 7. *Inc.* *τέλματος*. Sed recte iam monuit *Kreyssigius Symb.* P. I. p. 19., *Ἀλλ.* *τέλματος*, quod h. l. in *Hexaplis* ad hebr. מִקְצֵה a *Montfauconio* profertur, a praecedenti *Ἀλλ.* *ἐκ τελέσματος* originem traxisse suam.

ΤΕ'ΛΟΣ, *finis*, *terminus*, *scopus*, it. *numerus*, *summa*, it. *vectigal*. אַגְמוֹן, *iuncus*. Ies. XIX, 15. Scilicet אַגְמוֹן h. l. est i. q. *cauda* in antecedentibus, et *homines inferioris ordinis* significat, quos LXX voce *τέλος* exprimere voluerunt. Vide supra s. v. *ἀρχή*. – מֶכֶס, *summa*, *numerus*, it. *tributum*, *vectigal*. Arab. مكس, *tributum collegit*. Num. XXXI, 28. *ἀφελεῖτε τὸ τέλος κυρίῳ παρ᾽ ἀνθρώπων*, auferetis *numerum* Domino ab hominibus. Vide et v. 37. 38. 39. 40. 41. – מִכְסָה, idem. Lev. XXVII, 23. *λογιεῖται πρὸς αὐτὸν ὁ ἱερεὺς τὸ τέλος τῆς τιμῆς*, supputabit ad illum sacerdos *summam* pretii. Recte. Est nempe *τελεῖν* Graecis *solvere pretium*. *Τέλος Hesychio* est *τὸ καταβαλλόμενον τοῖς τελώναις*. Secundum *Tychsenium Tentam.* p. 86. מכסה loco מקצה radicis קץ positum putarunt. – נֵצַח, *victoria*. *Symm.* Ps. XLIII, 24. LXX Ps. XXXV, 1. ubi *τέλος* est i. q. *νῖκος*, qua voce *Theodotion* usus est. *Victoria* enim est *finis litium*. – סוֹף, *finis*, *terminus*. Cohel. XII, 13. *τέλος λόγου τὸ πᾶν ἄκουε*, *summam*

verbi omnem, vel *scopum* verbi omnem audi. Ita Rom. X, 4. τέλος γὰρ νόμου Χριστὸς, *scopus* enim legis est Christus. Conf. et 1 Tim. I, 5. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* τέλος, σκοπός. – קֵץ, *finis*, *terminus*. 2 Reg. XIX, 23. Ies. IX, 7. *Aqu.* Gen. VI, 13. Iob. XXVIII, 3. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* τέλος, πέρας, τελευταῖον. – *קָצָה, *extremitas*, *finis*. *Inc.* Ps. XLVII, 10. ubi de *finibus terrae* dicitur. LXX τὰ πέρατα. – רֹאשׁ, *caput*, *summa*. *Inc.* et *Samar.* Num. XXXI, 26. ubi τέλος *summam* notat. – *תְּכוּנָה, *sella iudicialis*. Iob. XXIII, 3. ubi τέλος sine dubio notat *ultimam iudicis sententiam*. Certe alio modo nexus utriusque vocis constitui nequit. Sap. III, 19. γενεᾶς γὰρ ἀδίκου χαλεπὰ τὰ τέλη, generationis enim iniquae difficiles sunt *exitus*. 1 Macc. X, 31. αἱ δεκάται καὶ τὰ τέλη, decimae et *vectigalia*. Vide et 1 Macc. XI, 35. et conf. Rom. XIII, 7. et ad h. l. *Wolfium* p. 259. *Hesych.* τέλος, τάγμα, πέρας, καὶ τὸ καταβαλλόμενον τοῖς τελώναις. *Suidas:* τέλος, καὶ τὸ διδόμενον τοῖς βασιλεῦσι. Conf. v. Φόρος ac *Lexicon N. T.* s. v. τέλος.

ἈΠΟ' ΤΕ'ΛΟΥΣ, *a fine*. מִקֵּץ, idem. 2 Sam. XV, 7. – מִקְצָה, idem. 2 Sam. XXIV, 8. 2 Reg. XVIII, 10.

ΔΙΑ' ΤΕ'ΛΟΥΣ, *post finem*, *semper*, *perpetuo*, *iugitor*. לְקֵץ, *in fine*. 2 Par. XVIII, 2. – תָּמִיד, *iugiter*. Ies. LXII, 6. οἳ διὰ τέλους οὐ σιωπήσονται, qui *semper* non tacebunt. Sic *Aelian. V. H.* XII, 20. διὰ τέλους ἀγρυπνεῖν, *semper* vigilare. Et lib. XIII, 1. φυτοῦ διὰ τέλους ἀκμάζοντος, arboris *semper* vigentis *Hesych.* διὰ τέλους, διὰ παντός. Conf. *Olearium de stylo N. T.* et not. *Schwartzii* ad eundem p. 101.

*ΤΡΟΧΗΛΑ΄ΤΗΣ, *auriga*. Sirac. XX, 31. sec. *Compl.* ἢ ἀδέσποτος τροχηλάτης τῆς ἰδίας ζωῆς, quam vitae suae *aurigam* esse suo arbitratu.

ΤΡΟΧΙΑ΄, *orbita*, *via*, *semita*. מַעְגָּל, idem. Prov. II, 15. IV, 11. 26. ὀρθὰς τροχιὰς ποίει σοῖς ποσὶ, rectas *semitas* fac pedibus tuis. *Iaegerus* ad h. l. recte monuit, σοῖς ποσὶ intellegendum esse casu tertio potius, qui loco secundi sit, quam sexto; ὀρθὰς autem τροχιὰς ποιεῖν esse *vias aequare, sic ut emineat nihil, nihil depressum, nec usus itineris ad commeandum corruptus sit* (i. q. ὀρθοτομεῖν τὰς ὁδοὺς c. III, 6. et εὐθείας ποιεῖν τὰς τρίβους Matth. III, 3.), adeoque metaphorice, *tollere quaevis impedimenta virtutis et pietatis*. Vide et Prov. V, 6. 21. *Inc.* Prov. II, 18. et conf. Hebr. XII, 13. *Suidas: Τροχιὰς, πορείας, τρίβους, ἐργασίας*. Ita et *Photius*, *Hesychius* et *Gloss. Gr. in N. T.* ed. *Alberti* pariter πορείας, et *Lex. Cyrilli MS. Brem.* τρίβους vocem interpretantur.

*ΤΡΟΧΙ΄ΖΩ, *in rota torqueo*. 4 Macc. V, 3. *Etymol. M.* 769, 12. τροχισθεῖσα, ἀπὸ τοῦ τροχός· ὅπερ ἐστὶν ὄργανον βασανιστικὸν, διατεῖνον τὰ σώματα τῶν βασανιζομένων.

ΤΡΟΧΙ΄ΣΚΟΣ, *rotula*, *ornamentum rotundum aurium*. עָגִיל, *inauris*. Ezech. XVI, 12.

ΤΡΟΧΟ΄Σ, *rota*, it. *circulus*. אוֹפַן, idem. Ies. XXVIII, 27. οὐδὲ τροχὸς ἀμάξης περιάξει ἐπὶ τὸ κύμινον, neque *rotula* plaustri circumaget super cuminum. Conf. *Vitringam* ad h. l. p. 129. sequ. et ad Ies. XLI, 15. p. 406. Nahum. III, 2. et alibi saepius. — גַּלְגַּל. Ps. LXXVI, 17. φωνὴ τῆς βροντῆς σου ἐν τῷ τροχῷ (Si fides habenda est *Catenae PP. GG. in Psalmos* T. II. p. 586., *Symmachus* scripsit ἐν τοῖς τροχοῖς.), vox tonitru tui *in circulo*, i. e. *circumcirca*, audiebatur. Sic apud *Hesychium* τροχὸς inter alia exponitur κύκλος. Aliter

verba accipit *Theodoretus*, et cum illo *Suidas* in v. τροχός. Ps. LXXXII, 12. θοῦ αὐτοὺς ὡς τροχὸν, *fac illos ut rotam.* Quae verba *Theodoretus* et ex illo *Suidas*, observante *Küstero* not. ad eund., ita interpretatur: Ἐν παντοδαπαῖς συμφοραῖς κέλευσον αὐτοὺς στρέφεσθαι, καὶ κακοῖς ἐπαλλήλοις περίβαλλε. — *חָרִיץ, *tribula acuta. Symm. Theod.* Amos. I, 3. habita formae rotarum orbicularis ratione. *Vulg. in plaustris ferreis.* — *כָּנָף, *ala.* Ezech. X, 5. sec. *Alex.* coll. v. 6. et 9. — מֹרַג, *tribula.* 2 Sam. XXIV, 22. ubi *Vulg. plaustrum.* Ies. XLI, 15. — קִדָּה וְקָנֶה, *casia et calamus.* Ezech. XXVII, 19. N. L. 4 Macc. V, 32. τροχοὶ notat *genus supplicii et cruciatus.* Sc. in rota alligati et distensi olim cruciabantur servi et martyres. Vide *Ant. Gallonii Romani lib. de SS. Martyr. cruciatibus* cap. 2.

ΤΡΥΒΛΙ'ΟΝ, *tryblium* (*Plaut. Stich.* V, 4, 9.), *catinus, patella.* כַּף, *acerra.* 1 Reg. VII, 50. — קְעָרָה, *scutula.* Exod. XXV, 29. *Vulg. acetabula*, a latino *accipio*, ut puto, h. e. *vasa ad aliquid recipiendum*, quasi *recipientia.* Num. IV, 7. VII, 19. Conf. Sir. XXXI, 16. *Suidas:* τρυβλίον, ὀξυβάφιον, πινάκιον. Plura de hac voce vide apud auctores laudatos *Wolfio* ad Matth. XXVI, 23. Confer et quae ex *Cod. Coislin.* CXCV, de illa habet *Alberti Append. ad Gloss. Graec. N. T.* p. 206. ac *Lexicon N. T.* s. h. v.

ΤΡΥΓΑ'Ω, proprie *vindemio, uvas de vite colligo*, deinde in genere *fruges cereales colligo, meto, decerpo.* אָרָה, *decerpo.* Ps. LXXIX, 13. Cant. V, 2. *Achill. Tat.* I. c. 8. τρυγῆσαι ῥόδον. — בָּצַר, *abscindo, vindemio.* Lev. XXV, 11. Deut. XXIV, 21. Iud. IX, 27. — דָּרַךְ, *calco*, spec. *torcular* et *uvas.* Ierem. XXV, 32. — חִלֵּל Pih. *profano.* Deut. XXVIII, 30. ubi verba hebr. vertenda sunt: *at eius fructus colligere non incipies.* Conf. *Rosenmülleri* scholia ad Deut. XX, 6. — חָמַס, *vi abripio.* Iob. XV, 33. — פֵּאֵר Pih. *ramos scrutor. Al.* Deut. XXIV, 20. τρυγήσεις. — קָצַר, *meto.* Hos. X, 12. 14. — *קָצִיר, *messis.* Hos. VI, 11. τρυγᾷν, ubi non aliter legerunt, sed τρυγᾷν sensu metaphorico accipiendum est, ut sit *messem quasi malorum sibi parare.* Vide quoque Sir. XXXIII, 20.

ΤΡΥΓΗΤΗ'Σ, *vindemiator.* בֹּצֵר partic. Ierem. XLIX, 8. Abd. v. 8. Sir. XXXIII, 20. ὡς καλαμώμενος ὀπίσω τρυγητῶν, sicut qui colligit calamos post messores.

ΤΡΥΓΗΤΟ'Σ, *vindemia, frugum collectio, messis.* בָּצִיר, idem. Lev. XXVI, 5. καταλήψεται ὑμῖν ὁ ἀλοητὸς τὸν τρυγητὸν, assequetur vobis tempus triturandi *vindemiam.* Ies. XXIV, 13. ἐὰν παύσηται ὁ τρυγητὸς, si cesset *vindemia.* Vide et Ies. XXXII, 10. Mich. VII, 1. Ierem. XLVIII, 32. ἐπὶ τρυγητοῖς σου ὄλεθρος ἐπέπεσε, super vindemias tuas pernicies irruit. — פְּצִירָה, *lima.* 1 Sam. XIII, 21. ἦν ὁ τρυγητὸς

ἕτοιμος τοῦ θερίζειν, *fructus* maturus erat ad metendum. Legerunt sine dubio בָּצִיר, nam בָּצַר est *vindemiare*, aut τρυγητὸς hic alienum est. - קָצִיר, *messis*. Ies. XVI, 9. Ioel. I, 11. ἀπόλωλε τρυγητὸς ἐξ ἀγροῦ, periit *fructus* ex agro. Ioel. III, 12. ἐξαποστείλατε δρέπανα, ὅτι πάρεστιν ὁ τρυγητὸς, emittite falces, quia adest *messis*. - קֹצֵר part. *messor*. Amos. IX, 13. Legerunt קָצִיר. Sir. XXIV, 28. ἐν ἡμέραις τρυγητοῦ, in diebus *vindemiae*. Ex his locis patet, quod apud Graecos V. T. Intt. vox τρυγητὸς tam de *vindemia* et *tempore messis*, quam de *ipsis fructibus*, *qui metebantur*, sumatur. Aliis autem τρύγητον cum acuto in antepenultima *tempus vindemiae*, et τρυγητὸν cum acuto in ultima *uvam*, *quae vindemiatur*, significare, docet nos *Suidas*. En verba: Τρύγητος, ὁ καιρὸς, ἐν ᾧ δεῖ τρυγᾷν, καὶ ἄμητος, ὁ καιρὸς, ἐν ᾧ δεῖ ἀμᾷν καὶ θερίζειν, προπαροξυτόνως. Τρυγητὸς δὲ, ὁ τρυγώμενος βότρυς, καὶ ἀμητὸς, ὁ θεριζόμενος, οἷον, ἀμητὸς στάχυς, ὀξυτόνως. Sic et *Hesychius*: Τρύγητος, ὁ καιρὸς, τρυγητὸς, ὁ τρύγος. Malim cum *Guieto* ἡ τρύγη. Quod autem τρύγη *fructum* significet, patet ex eodem *Hesychio*: Τρύγη, ὁ πυρὸς καὶ ἡ κριθὴ, καὶ πᾶς ἄλλος καρπός.

ΤΡΥΓΊΑΣ, *faex vini*, *vinum faeculentum*. *שְׁמָנִים, *pingues*. *Symm*. Ies. XXV, 6. τρυγιῶν. Legit fortasse שְׁמָרִים. Vide tamen notata supra ad διυλίζω. - שְׁמָרִים plur. *faeces*. Psalm. LXXIV, 8. ὁ τρυγίας αὐτοῦ οὐκ ἐξεκενώθη, *faex* eius non evacuata est. Huc respiciens *Suidas*: ὁ τρυγίας παρὰ τῇ γραφῇ τὸ ἔσχατον τῆς ὀργῆς. Idem: τρυγίας ὑπὸ θεοῦ, ἡ χαλεπωτέρα τιμωρία. Ies. XXV, 6. πότον τρυγιῶν, potum *faecum*. *Symm*. Ps. LXXIV, 9.

ΤΡΥΓὨΝ, *turtur*. דְּרוֹר, *hirundo*. Ps. LXXXIII, 3. Legerunt תּוֹר, aut pro lubitu nomina avium, sensu tamen non immutato, permutarunt. - תּוֹר, *turtur*. Gen. XV, 9. Lev. II, 15. V, 7. 11. et alibi. - *תּוֹר, *torques*. Cant. I, 10. ὡς τρυγόνος. Legerunt כְּתוֹרִים, *ut turtures*, permutatis literis Caph et Beth. Caeterum τρυγὼν nomen accepit a τρύζω, *strido*. *Suidas*: τρύζει, ψιθυρίζει, γογγύζει, ἀσήμως λαλεῖ. παρὸ καὶ ἡ τρυγὼν, ἐπεὶ ἀσήμως φθέγγεται καὶ γογγυστικῶς.

ΤΡΥΜΑΛΙΆ, *foramen*. חֲגָוִים plur. *fistulae*. Ierem. XLIX, 15. - מִנְהָרוֹת, *caulae*, *antra*. *Al*. Iud. VI, 2. τρυμαλίας. - מַקֶּבֶת, *perforatio*. *Symm*. Ies. LI, 1. - נְקִיק, *fissura*, *cavitas*. Ierem. XIII, 4. XVI, 15. - סְעִיף, *scopulus*, *summitas*. Iud. XV, 11. *Vulg*. *spelunca*. Libere verterunt. Spelunca enim erat in vertice montis. *Hesych*. τρυμαλιαὶ, τρύπαι.

ΤΡΥΠΑΝΙΣΜΌΣ, *terebratio*. אֶקְדָּח, *pyropus*. *Aqu*. Ies. LIV, 12. τρυπανισμοῦ. Est a τρυπανίζεσθαι, *terebrare*. *Aquila* hic respexisse videtur notationem thematis קדח, Chaldaeis usurpatam, *terebrare*. Vide *Vitringam* ad Ies. l. c. p. 695. b. Hebr. קָדַח proprie esse *terendo et exterebrando elicuit ignem*,

ex arab. ترق docuit *Schultens* in *Orig. hebr.* lib. I. c. 2. Iuxta *Hieronymum* ad Ies. l. c. τρυπανισμὸς *foratarum caelatarumque gemmarum sensum sonat.* Vide quoque ad h. l. *Montfauconium.*

ΤΡΥΠΑ'Ω, *terebro, perforo.* נָקַב, idem. Iob. XL, 21. Hagg. I, 6. *Symm.* Iob. XL, 19. - נָתַן, *do.* Deut. XV, 17. τρυπήσεις τὸ οὖς πρὸς τὴν θύραν. Recte quoad sensum. - רָצַע, *contundo, contero.* Exod. XXI, 6.

ΤΡΥ'ΠΗ, *vulnus.* מַכָּה, *plaga, percussio,* it. *vulnus.* *Inc.* 1 Reg. XXII, 35.

ΤΡΥΦΑΛΙ'Σ, *caseus.* חֲרִיצִים. plur. a חָרַץ, *secare.* Conf. *Schultens* in *Prov.* p. 252. 1 Sam. XVII, 18. τὰς δέκα τρυφαλίδας (Cod. *Alex.* vitiose στρυνφαλίδας habet) τοῦ γάλακτος τούτου, decem *caseos* ex hoc lacte. *Gloss.* in *lib.* 3. *Reg.* Τρυνπαλίδας (scr. τρυφαλίδας) τοῦ γάλακτος, τυρόν. Lege: τυρούς. In *Gloss. MSS. Cod. Barocc.* pariter vitiose: Τουμπαλίδα, τοῦ γάλακτος τυρὸς, pro: Τρυφαλίδας τοῦ γάλακτος, τυρούς. Apud *Aristotelem Hist. anim.* lib. III. c. 20. τρυφαλίδας *Gaza* interpretatur *formagines*, voce barbara inde enata, quod casei ex *formellis* s. *fiscellis* expressi sint. Vide *Bochartum Hieroz.* P. I. lib. II. c. 52. p. 516. *Hesych.* τρυφαλίδες ἢ τροφαλλίδες, τὰ τμήματα τοῦ ἁπαλοῦ τυροῦ. Inde ergo discimus, quod τρυφαλίδες etiam τροφαλλίδες dictae sint. Sic eidem Grammatico τροφαλλὶς est τυρὸς μακρός. Conf. et eundem in περιτρέφεται (Sic enim legendum pro περιτρέφετο. Conf. *Eustathium* ad *Homer. Il.* ε', v. 903.), ubi hanc vocem de lacte usurpatam interpretatur περιπήσσεται (Ita enim et hic scribendum opinatur *Bielius* pro περιεπήσσατο. Conf. *Schol. min.* in *Homer.* l. c. ubi περιπήγνυται exponitur.), et addit: ὅθεν καὶ τροφαλλὶς τὸ πεπηγμένον. Aliis scribitur τροφαλὶς per unum λ. Ita τυροῦ τροφαλὶς apud *Pollucem* lib. VI. c. 9. segm. 48. Et *Moeris Atticista*: Τροφαλὶς, Ἀττικῶς· τυροπάλη (*Hudsonus* ex coniectura corrigit per τυρόγαλα, sed fortasse malit aliquis τυρὸς γάλακτος), Ἕλληνες. Et *Suidas*: Τροφαλὶς, τυρός. Ἅρπασας (vid. *Aristoph. Vesp.* v. 333.) ὁ κύων τροφαλίδα τυροῦ Σικελὴν κατεδήδοκε. παρὰ τὸ τρέφω, τὸ πήσσω, ὡς τὸ ἔλπω, ἐλπὶς, κρέκω, κρεκὶς καὶ κερκίς. οὕτω τρέφω τροφὶς καὶ πλεονασμῷ τοῦ α καὶ τοῦ λ τροφαλίς. Pariter *Eustathius* ad *Homerum* l. c. *Herodianum* scribere docet τροφαλίδα per ο μικρὸν, non autem τρυφαλίδα, παρὰ τὸ τρέφεσθαι, h. e. πήγνυσθαι. *Schol.* ad *Aristoph.* l. c. ad vocem τροφαλίδα ita: οἱ μὲν τὸν ἐπιμήκη τυρόν. οἱ δὲ τρόχον τυροῦ Σικελικοῦ. De etymo autem vocis huius conf. *Scaligerum* in *Scaligeranis* p. 98. *Florent. Christianum* in *not.* ad *Aristophan.* l. c p. 143. *Sopingium* in not. ad *Hesych.* voce τρυφαλίδες. Caeterum *Alexis* ἐν παννυχίδι ἢ ἐρίθοις caseos etiam dixit

τρυφάλλια. Vide *Athenaeum* lib. XII. p. 254. Lectu digna de hac voce habet quoque *Fischerus* de *vers. GG. V. T.* p. 70. sequ.

ΤΡΥΦΑ'Ω, delicior, delicate vivo. הִתְעַדֵּן Hithp. *oblecto me.* Nehem. IX, 25. *ἐτρύφησαν, delicate vivebant.* – הִתְעַנֵּג Hithp. idem. Ies. LXVI, 11. Sir. XIV, 4. *τρυφήσουσιν, deliciabuntur, voluptuabuntur, luxu diffluent.* Vide et Iac. V, 5.

ΤΡΥΦΕΡΕΥ'ΟΜΑΙ, delicate, molliter me gero. Esth. XV, 6. *ὡς τρυφερευομένη*, quasi *molliter se gerens, delicate agens. Vulgatus* bene: *quasi prae deliciis et nimia teneritudine corpus suum ferre non sustinens. Lex. Cyrilli MS. Brem. ὡς τρυφερευομένη, μακαριζομένη, θρυπτομένη.*

ΤΡΥΦΕΡΙ'Α, delectatio, voluptas. עֶדְנָה, *voluptas. Aqu.* Gen. XVIII, 12. 1 Sam. XV, 32.

ΤΡΥΦΕΡΟ'Σ, delicatus, luxuriosus, mollis, deliciis deditus, deliciosus, tener. Dicitur de persona et de re. עֲדִינָה foem. *voluptuaria.* Ies. XLVII, 8. – עָנֹג. Deut. XXVIII, 54. 56. Ies. XLVII, 1. *Gloss.* in *Octat. τρυφερὸς, τρυφητὴς, σπατάλης.* – עֹנֶג, *voluptas.* Ies. LVIII, 13. *τὰ σάββατα τρυφερὰ*, sabbata *deliciosa.* – תַּעֲנוּג, *oblectatio.* Mich. I, 16. *ἐπὶ τὰ τέκνα τὰ τρυφερά σου*, super liberos tuos *deliciosos, iucundos.* Confer notata in v. *φανερός. Susann.* v. 30. *Σωσαννὰ ἦν τρυφερὰ σφόδρα*, Susanna erat *tenera* valde. *Hesych. τρυφερὸς, νέος, ἁπαλὸς, ἢ ψιλός.* Baruch. IV, 26. *οἱ τρυφεροί μου*, i. q. v. 25. *τέκνα.*

**ΤΡΥΦΕΡΟ'ΤΗΣ, mollities.* הִתְעַנֵּג Hithp. *oblecto me.* Deut. XXVIII, 56. *Athen.* XII. p. 544. F. Vide quoque *Suid.* s. v. *ἁβρότητι.*

**ΤΡΥΦΕΡΩ͂Σ, molliter, delicate.* רַךְ, *tener. Theod.* Prov. XV, 1. *ἀποκρινόμενος τρυφερῶς* (ubi opponitur *sermoni duro*), nisi, interpretum nominibus permutatis, haec *Symmacho*, et quae huic in *Hexaplis* tribuuntur, *ἀπόκρισις ἁπαλὴ*, *Theodotioni* vindicanda fuerint.

ΤΡΥΦΗ', deliciae, luxus, it. *ornatus*, et quidem *pretiosus*, it. *fructus praestantissimus, sapidissimus.* *בַּעֲדָנַי, *circa me.* Ps. CXXXVIII, 11. *ἐν τῇ τρυφῇ μου.* Legentes scilicet בְּעֶדְנִי vel בַּעֲדָנַי deduxerunt ab עֵדֶן, *deliciae*, cum Hebraei putarent, dictum esse pro בַּעֲדִי, *super me.* Sic quoque *Apollinarius: Νύκτα δὲ καίνυτο τέρψις, ἀτὰρ κνέφας ἤλασε φέγγος, noctem voluptas abstulit, ac tenebras expulit lumen.* – הִתְעַנֵּג Hithp. *delicias ago. Aqu.* Deut. XXVIII, 56. – מַעֲדַנִּים plur. Thren. IV, 5. *οἱ ἐσθίοντες τὰς τρυφὰς*, comedentes *delicias. Aqu.* Gen. XLIX, 20. *τρυφαὶ, fructus praestantissimi, pretiosissimi, sapidissimi. Symm. Thed.* Prov. XXIX, 17. – עֵדֶן. Gen. III, 25. Ierem. LI, 34. Ezech. XXXVI, 35. *Aqu. Symm.* 2 Sam. I, 25. ubi *τρυφὴ* est i. q. *κόσμος, ornatus*

pretiosus. - תַּעֲנוּג. Prov. XIX, 10. Mich. II, 9. Cant. VII, 6. - תַּעֲנֻגוֹת. *Aqu.* Cohel. II, 8. - תִּפְאֶרֶת, *ornatus.* Prov. IV, 9. στεφάνῳ δὲ τρυφῆς ὑπερασπίσῃ, corona autem *deliciarum* protegat te. Legitur praeterea Dan. IV, 28. sec. cod. *Chis.* ubi nihil in textu reperitur. Sir. XVIII, 32. *Vulg. in turbis*; unde volunt, eum legisse ἐν τύρβῃ, h. e. *in turba*, quod tamen non opús est, modo per *turbam multitudinem convivantium* intellegas. *Syrus: in multitudine deliciarum.* - Vide quoque supra s. v. θυγάτηρ.

ΤΡΥ'ΦΗΜΑ, i. q. τρυφή, *id, ex quo deliciae percipiuntur, vel deliciae.* Sir. XXXI, 3. ἐμπίπλαται τῶν τρυφημάτων αὐτοῦ. Vide quoque s. v. ἐντρύφημα.

ΤΡΥΦΗΤΗ'Σ, *voluptati deditus, delicatus.* רַךְ, *tener. Aqu.* Deut. XXVIII, 54. Sed sine dubio τρυφητὴς ibi pertinet ad עָנֹג, ut iam observavit *Scharfenbergius* ad h. l. - סָרוּחַ part. Pah. *longe extensus, superfluus.* Hinc סְרֻחִים plur. *luxuriantes. Symm.* Amos. VI, 7.

ΤΡΥ'ΧΟΜΑΙ, *affligor, vexor, fatigor, enervor, consumor, conficior.* Sap. XI, 12. ἀπόντες δὲ καὶ παρόντες ὁμοίως ἐτρύχοντο, absentes vero et praesentes similiter *affligebantur. Hesych.* ἐτρύχοντο, ἐταλαιπώρησαν, κατεπονοῦντο. Ita et in *Gloss. MS.* in Πανάρετον, nisi quod pro κατεπονοῦντο legatur κατεπόνουν. Sap. XIV, 15. ἀώρῳ γὰρ πένθει τρυχόμενος πατὴρ, intempestivo enim luctu *afflictus* pater. *Hesych.* τρυχόμενος, καταπονούμενος, ἀνιώμενος, δαπανώμενος. *Suidas*: τρύχεται, κακοπαθεῖ, καταπονεῖται, ταλαιπωρεῖται, ἐκνευρίσται.

ΤΡΩ'ΓΛΗ, *caverna s. foramen rosione factum*, a τρώγω, *rodo, arrodo.* Alii faciunt a τράω, *perforo.* Hinc Τρωγλοδύται 2 Par. XII, 3. ita dicti, quia τρώγλας subeunt, i. e. terrae foramina et specus. Dicuntur quoque Τρωγοδύται. Vide *Turnebi Advers.* XXIV, 42. חֹר, idem. 1 Sam. XIV, 11. Iob. XXX, 6. 2 Reg. XII, 9. - *חֹר, idem. Ies. XI, 8. - מְחִלּוֹת plur. Ies. II, 19. εἰς τὰς τρώγλας τῆς γῆς, in *cavernas* terrae. - בְּקִיעַ, *fissura, cavitas.* Ies. VII, 19. - נִקְבָּה, *perfossio, fissura.* Ies. II, 21. *Hesych.* τρώγλας, τρύπας.

ΤΡΩ͂ΣΙΣ, *vulnus.* מְחֹלָה, *chorus. Symm.* Cant. VII, 1. ἐν τρώσεσι. Deduxit a חָלַל, quod *vulnerare* notat. - חִלָּה Pih. *Symm.* Ps. LXXVI, 11.

ΤΥΓΧΑ'ΝΩ, *adipiscor, nanciscor, assequor, sortior, incido, vulnero, existo, sum.* בְּגָד. *Al.* Gen. XXX, 10. τετύχηκα, h. e., interprete *Chrysostomo Serm.* 56. in *Genesin*, ἐπέτυχον τοῦ σκοποῦ, *scopum assecutus sum.* Legerunt divisim secundum *Kri* בָּא גָד, *venit Gad*, h. e. *prospera fortuna.* Vide *Seldenum* de *Diis Syr. Synt.* I. cap. 1. p. 79. - מָצָא, *invenio.* Deut. XIX, 5. ἐκπεσὸν τὸ σιδήριον ἀπὸ τοῦ ξύλου, (ἐὰν) τύχῃ τοῦ πλησίον καὶ ἀποθάνῃ, excidens ferrum a ligno,

(si) *incidat* in proximum vel *vulneret* proximum, ut moriatur. Sic *Aelianus V. H.* XIII, 1. ἀφῆκε δὲ τὸ βέλος καὶ ἔτυχε τοῦ πρώτου. Sic etiam vernaculum *treffen* usurpatur. - נִבְעַל Niph. *marito iungor.* Prov. XXX, 23. γυνὴ, ἐὰν τύχῃ ἀνδρὸς ἀγαθοῦ, mulier, si *sortita fuerit* virum bonum. - שָׁאַף, *anhelo.* Iob. VII, 2. τετευχὼς σκιᾶς, *assecutus* umbram, aut, ut equidem vertere mallem, ut nempe voci hebraicae magis respondeat, *assequi studens aut cupiens umbram.* Nam verba activa haud raro de *conatu* ac *voluntate* explicanda sunt. Vide quoque infra ad 2 Macc. V, 9. Cod. *Alex.* habet τετυχηκώς. Sed etiam apud *Cornutum Nat. Deor.* c. 15. p. 163. *Gal.* legitur τὸν τετευχότα, et apud *Euryphamum* Pythagoreum in *Exc. libri de vita* p. 665. *Gal.* τέτευχε, unde suspicio oritur, LXX hanc praeteriti formam revocasse e lingua *Doriensium.* Vide tamen *Sturzium* de *dial. Maced.* p. 198. Sap. XV, 19. τυγχάνει, *accidit.* 1 Macc. XI, 42. ἐὰν εὐκαιρίας τύχω, si opportunum tempus *nanciscar.* Vide et 2 Macc. IV, 6. XIII, 7. XV, 7. 2 Macc. III, 9. εἰ ταῖς ἀληθείαις ταῦτα οὕτως ἔχοντα τυγχάνει, *num revera haec ita sese haberent.* 2 Macc. IV, 32. ἕτερα ἐτύγχανε πεπρακὼς εἴς τε Τύρον καὶ τὰς κύκλῳ πόλεις, alia vendidit Tyro et circumiacentibus civitatibus. 2 Macc. V, 8. πέρας οὖν κακῆς ἀναστροφῆς ἔτυχεν, finem igitur vitae pessimae actae *nactus est.* 2 Macc. V, 9. τευξόμενος σκέπης, refugium *habiturus,* seu: *sperans se tutum perfugium habiturum.* Vide supra s. v. שָׁאַף. 2 Macc. VI, 2. καθὼς ἐτύγχανον οἱ τὸν τόπον οἰκοῦντες, ut *erant* hi, qui locum inhabitabant. 3 Macc. III, 4. οὐ τῷ τυχόντι περιῆψαν ψόγῳ, h. e. *non mediocriter* eos vituperabant. Τυχὸν enim Graecis dicitur *vulgare, mediocre, facile, obvium et tritum.* Vide Act. XIX, 10. et XXVIII, 2. Vide *Vigerum* de *Idiotismis gr. l.* p. 355. *Hesych.* τυχὸν, ὡς φθάσει, ὡς λάχοι, ἢ πολλάκις.

ΤΥΛΟ'Ω, *callosum reddo, callum obduco,* a τύλος, *callus.* Hinc:

ΤΥΛΟ'ΟΜΑΙ, *occalleo.* בָּצֵק, *intumesco.* Deut. VIII, 4. οἱ πόδες σου οὐκ ἐτυλώθησαν, pedes tui non *occalluerunt,* sensu eodem. *Hesych.* οὐκ ἐτυλώθη, οὐκ ἐπαχύνθη, οὐκ ἐτραυματίσθη. In *Lex. Cyrilli MS. Brem.* exponitur etiam οὐκ ἐτραυματίσθη.

ΤΥΜΠΑΝΙ'ΖΩ, *tympanum pulso.* תָּוָה Pih. *signo characteribus, circumscribo.* 1 Sam. XXI, 13. ἐτυμπάνιζεν ἐπὶ ταῖς θύραις τῆς πόλεως, in ianuis urbis quasi tympanum pulsabat. Legerunt וַיְתֹף a תָּפַף, *pulsare tympanum,* hoc sensu minime incommodo: Davidem fores portarum pulsasse manu, quasi esset tympanum. Sic nos quoque vocibus *pauken, lospauken* uti vulgo solemus. *Meibomio* videtur interpres reddidisse hebr. מתופף et simul ὡς παραφράζων ad-

didisse *καὶ παρεφέρετο*, cui opinioni nemo facile accedet. Caeterum confer de h. v. *Gatakeri Miscell. Post.* cap. 46. p. 908. sequ.

ΤΥΜΠΑΝΙ'ΣΤΡΙΑ, *tympanistria, pulsatrix tympani.* תּוֹפְפוֹת plur. *pulsatrices tympani.* Ps. LXVII, 27. *Zonaras Lex.* 1755. *τυμπανιστριῶν, μελῳδουσῶν.*

ΤΥ'ΜΠΑΝΟΝ, *tympanum, instrumentum musicum, quod pulsatur,* it. *supplicii instrumentum,* h. e. *machina illa, ad quam devincti plagis afficiebantur.* מְצִלְתַּיִם dual. *cymbala.* 1 Par. XXX, 1. - תֹּף, *tympanum.* Gen. XXI, 27. Exod. XV, 20. Iud. XI, 34. et alibi saepius. Conf. *Perizonium* ad *Aelianum V. H.* IX, 8. 2 Macc. VI, 19. *αὐθαιρέτως ἐπὶ τὸ τύμπανον προῆγε,* ultro ad *tympanum* processit. Vide et v. 28. *Hesych.* *τύμπανον, ᾧ αἱ Βάκχαι κρούουσιν, ἢ εἶδος τιμωρίας.* Posteriori sensu vox accipitur 2 Macc. l. c. ibique ex sententia *Perizonii* per *τύμπανον* intellegendum est instrumentum supplicii convexum et incurvum, ut erant tympana, cui incumbebant et illigabantur noxii, ut dein virgis vel fustibus caederentur, et saepe usque ad necem. Eadem sententia prae caeteris arridet *Wolfio* ad Hebr. XI, 35. p. 768. ubi et plures allegat, qui vocem *τύμπανον* allegarunt. Adde *Hemsterhusii* notas ad *Polluc.* T. II. p. 897. ac *Lexicon N. T.* s. h. v.

ΤΥ'ΠΟΣ, *figura, imago, simulacrum, exemplar.* צֶלֶם, *imago.* Amos. V, 26. *τοὺς τύπους, οὓς ἐποιήσατε ὑμῖν, simulacra,* quae fecistis vobis. Ita *Polybio* deorum simulacra *τύποι* dicuntur. Vide *Raphelium* ex eodem ad Act. VII, 43. p. 320. - תַּבְנִית, *structura,* etiam *exemplar,* et *πρωτότυπον.* Exod. XXV, 40. *ποιήσεις κατὰ τὸν τύπον δεδειγμένον σοι,* facies iuxta *exemplar* ostensum tibi. Conf. Act. VII, 44. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* *τύπον, χαρακτῆρα, ὑπόδειγμα.* *Hesych.* *τύπος, χαρακτὴρ, εἰκών.*

*ΤΥΠΟ'Ω, *formo, fingo, figuro, signum imprimo et insculpo.* Sir. XXXVIII, 33. ubi de figulo dicitur: *ἐν βραχίονι αὐτοῦ τυπώσει πηλόν.* *Vulg. in brachio suo formabit lutum.* Adde Sap. XIII, 13. ubi de efformatione simulacrorum deorum dicitur, ac *Sirac.* XXXVIII, 39. ubi de figulo sermo est. *Hesych.* *τυποῖ, πλάττει, γλύφει.* Idem: *τυποῦται, πλάττεται, γλύφεται, μιμεῖται.* *Philoxeni Gloss.* *τυπώσωσιν, tractaverint.* Id. *τυπῶσαι, informare.*

ΤΥ'ΠΤΩ, *verbero, percutio, occido, penetro, vexo.* לְגֵו dat. *corpori, tergo.* Prov. X, 14. *ῥάβδῳ τύπτει ἄνδρα ἀκάρδιον.* Libere verterunt. - הָגָה, *removeo.* Prov. XXV, 4. *τύπτε ἀδόκιμον ἀργύριον.* *Grabius* posuit *κρύπτε.* Sed ex *Iaegeri* sententia utrumque corruptum est, ac fortasse legendum *ῥύπτε, sordibus purga,* vel *ἔκριπτε ἀδόκιμον ἀργυρίου, proiice, quod in argento reprobum est.* - הֶחֱלִיק Hiph. *levigo.*

Ies. XLI, 7. – הִכָּה Hiph. a נָכָה, *percutio.* Exod. II, 11. 13. 2 Sam. I, 1. τύπτων, postquam *percusserat.* Ib. II, 23. 2 Sam. V, 24. *vincere, profligare*, ut vernac. *schlagen. Symm.* Mich. V, 1. – הִכְרִית Hiph. *caedo.* 1 Reg. XVIII, 4. ἐν τῷ τύπτειν τὴν Ἰεζαβὴλ τοὺς προφήτας, cum *occideret* Iesabel prophetas. – יָרַד, *descendo.* Prov. XXVI, 22. οὗτοι δὲ τύπτουσιν εἰς ταμιεῖα σπλάγχνων, hi vero *percutiunt* usque ad penetralia viscerum. Alii ibi habent κοιλίας pro σπλάγχνων. Inde ergo *Lex. Cyrilli MS. Brem* τύπτουσιν εἰς ταμεῖα κοιλίας, ἐνδύνουσιν. Iudice *Raphelio* ideo hac voce ibi usi sunt, quia Graeci ita loquebantur *de re, quae animum alicuius vehementer commovet*, eamque in rem affert locum *Herodoti* lib. I. p. 212. ἐνταῦθα ἀκούσαντα Καμβύσεα τὸ Σμέρδιος οὔνομα ἔτυψε ἡ ἀληθηΐη τῶν τε λόγων καὶ τοῦ ἐνυπνίου, ibi Cambysem, quum Smerdis audisset nomen, percussit veritas sermonis ac somnii. Posset tamen facile aliquis coniicere, pro τύπτουσιν legendum esse πίπτουσιν, quemadmodum e contrario 1 Sam. XXI, 14. loco ἔπιπτεν scribendum est ἔτυπτεν. – יֵרַע, *malum est.* 1 Sam. I, 8. ἱνατί τύπτει σε ἡ καρδία σου; *quare verberat te cor tuum?* h. e. *male se habet* (aut, ut *Vulgatus* transtulit: *affligitur*) *cor tuum?* – הֲוָה מַחֵא chald. part. Aph. *eum vivificans.* Dan. V, 19. ubi τύπτειν (si lectio sana est) notabit *levius punire*, quia τῷ ἀναιρεῖν opponitur. – נָגַף. Exod. VIII, 2. τύπτω πάντα τὰ ὅριά σου βατράχοις, *vexo* omnes terminos tuos ranis. – *נָגַשׁ. Dan. XI, 20. sec. *Chis.* נָגַשׁ proprie est *ferire, feriendo pellere*, inde *urgere, impellere.* – סָלַל, *aggero.* Prov. XV, 20. ubi tamen alii rectius τετριμμέναι pro τετυμμέναι habent. 1 Macc. IX, 66. 2 Macc. III, 39. τύπτων ἀπολλύει, ubi de Deo sermo est, adeoque τύπτειν vel *poenis* vel *morbis afficere* notat.

ΤΥΡΑΝΝΕ'Ω, dominor, impero, opprimo. מָשַׁל, idem. Prov. XXVIII, 15. Vide et Sap. X, 14. (ubi *Vulg.* per *deprimere* reddidit.) XVI, 4.

ΤΥΡΑΝΝΙ'Α, dominatio, imperium, regnum. 1 Macc. I, 5. Olim tyranni appellabantur, quicunque rerum potiebantur, adeoque etiam *reges legitimi.*

ΤΥΡΑΝΝΙΚΟ'Σ, regius, ad regem pertinens (ut apud *Euripidem* τυραννικαὶ στέγαι, *domus, palatium principis*), etiam *omne, quod a tyranno proficiscitur*, *adeoque est durum, asperum, crudele.* 3 Macc. III, 8. τυραννικὴ γάρ ἦν ἡ διάθεσις, *durum* enim erat de Iudaeis edictum publicatum. 4 Macc. V, 27.

ΤΥΡΑΝΝΙ'Σ, idem, it. *uxor principis.* שָׂרוֹת plur. Esth. I, 18. αἱ τυραννίδες αἱ λοιπαὶ τῶν ἀρχόντων, *uxores reliquae principum.* Non dubium debet videri, quin graecum vocabulum τύραννος ortum sit ex hebr. שׂוּר, nam literae שׂ et ת permutantur inter se, etiam in ipsis linguis orientalibus.

Sap. XIV, 21. τυραννίδι δουλεύσαντες, *imperio* servientes. Vide et Sir. XLVII, 21. De *immanitate* et *crudelitate* legitur 4 Macc. XI, 24.

ΤΥ'ΡΑΝΝΟΣ, *dominator*, *princeps*, *praefectus*. Conf. *Isidor.* lib. IX. *Etym.* c. 9. אֲחַשְׁדַּרְפְּנִים plur. *satrapae*. Esth. IX, 3. - גְּדָבְרַיָּא chald. plur. *quaestores*. Dan. III, 2. 3. - הַדָּבְרַיָּא chald. plur. *gubernatores*. Dan. IV, 33. - נָגִיד, *princeps*. Prov. VIII, 16. - רֹזְנִים plur. Hab. I, 10. - *פַּרְתְּמִים plur. *proceres*. *Aqu.* sec. ed. secundam Dan. I, 3. - שׁוֹעַ, *nobilis*, *dives*. *Aqu.* Ezech. XXIII, 23. Vide et Sap. VI, 9. 21. XIV, 16. Sir. XI, 5. 2 Macc. IV, 25. 40. (ubi dubium est, an vox τύραννος sit pro nomine proprio an vero appellativo capiendum.) V, 8. coll. 2 Cor. XI, 32. ubi loco τύραννος legitur βασιλεὺς, et *Lud. Vives* ad *Augustin. de Civ. Dei* lib. II. c. 21. p. 231.

ΤΥΡΟ'Ω, *coagulo*, *denso*, seu *cogo in caseum*, *obduro*, *agito*, *turbo*, *commisceo*. אָדַם, *rubeo*. Thren. IV, 7. ἐτυρώθησαν. Fuit quidem haec lectio iam *Origenis* aevo (vide ad h. l. *L. Bos.*), sed sine dubio ibi legendum est ἐπυῤῥώθησαν. - גַּבְנֻנִּים plur. *valde gibbosi*, *eminentes*. Ps. LXVII, 16. ὄρος τετυρωμένον, mons *ex lacte quasi coagulatus*, i. e. *pinguis*, ut statim etiam exponitur. *Veron. lat. mons incaseatus*. Derivarunt a גְּבִנָה, *caseus*. Hinc *Grotius* vertit: montes plenos caseo, h. e. pascuis pinguibus abundantes, in quibus pascunt greges, lac adeoque et caseos praebentes. *Montf.* transtulit: *montes coagulatos*, fortasse formam casei referentes. Vide *Bocharti Hieroz.* P. I. lib. II. c. 33. p. 316. Inde forte apud *Hesychium: τετυρωμένον* (ita enim legendum videtur pro τετυρευμένον), συγκείμενον ἀπὸ τοῦ πηγνυμένου γάλακτος. - הִקְפִּיא, *coagulo*. *Al.* Iob. X, 10. ἐτύρωσας. - טָפַשׁ, *pinguesco*. Ps. CXVIII, 70. ἐτυρώθη, ὡς γάλα, ἡ καρδία αὐτῶν, *condensatum* vel *obduratum* est, ut lac, cor eorum. *Schol.* ἐσκληρύνθη, ἐλιθώθη, e reliquis Intt. Inde rursus apud *Hesychium* pro ἐτρώθη, ἐσκληρύνθη, reponendum ἐτυρώθη, ἐσκληρύνθη, ut iam monuit *L. Bos. Proleg.* in *LXX Intt.* c. 3. Sic etiam apud *Suidam* ἐτυρώθη exponitur ἐσκληρύνθη, et verba Psalmi l. c. subiunguntur.

ΤΥΡΟ'Σ, *caseus*. גְּבִינָה, idem. Iob. X, 10.

**ΤΥ'ΡΟΣ*, *Tyrus*. צַר, *hostis*. Amos. III, 11. Legerunt צֹר. - צוֹר, *munitio*. Mich. VII, 12. ἀπὸ τύρου. Legerunt מִצֹּר.

ΤΥΦΛΟ'Σ, *coecus*. אָסוּר part. Pah. *ligatus*, *vinctus*. Ies. LXI, 1. τυφλοῖς, *vinctis*, *quasi oculis*, h. e. *coecis* (quae formula loquendi Orientalibus minime est inusitata), aut qui in carcere tenebricoso detinentur. Tunc ex opposito ἀνάβλεψις esset *dimissio e carcere tenebricoso*. De dimissis e carcere commode dici potest, eos in lucem venientes visum quasi recuperare. Secundum *Cappellum Crit. S.* p. 159. LXX lege-

runt עִוְרִים vel סַנְוֵרִים. - זָב part. *fluens*. *Aqu*. 2 Sam. III, 29. Sed haec interpretatio videtur suspecta *Montfauconio* statuenti, aliud legisse *Aquilam*. Mihi ita videtur. Vox hebr. notat *seminifluum*, vel, ut *Vulgati* verbis utar, *fluxum seminis substinentem*. Ex hoc coniicere fortasse aliquis posset, זָב h. l. notare *eum*, *qui fluxu oculorum laborat*, s. *lippum*. Sed locus *Procopii* a *Montfauconio* in nota subiecta adductus docere quemlibet potest, τυφλὸν hic alieno loco positum esse. Pertinet potius ad מַחֲזִיק בַּפֶּלֶךְ, *apprehendens in scipionem*. Nam coeci baculo uti ac duci solent. Quodsi verum est, nec *Aquilae* haec versio tribui poterit, sed fortasse *Symmacho*, liberius vertenti. - עִוֵּר, *coecus*. Exod. IV, 11, Lev. XIX, 4. et alibi saepius.

ΤΥΦΛΟΩ, *excoeco*, *coecum reddo*. עִוֵּר, *coecus*. Ies. XLII, 19. ἐτυφλώθησαν οἱ δοῦλοι τοῦ θεοῦ, ubi metaphorice de *ignorantia* et *stupore animi* adhibetur. Conf. *Lexicon N. T.* s. v. τυφλὸς et τυφλόω.

ΤΥΦΟΜΑΙ, *fumigo*, *ardeo*, *leniter exuro*. כֵּהָה, *caligans*. *Al*. Ies. XLII, 3. λίνον τυφόμενον οὐ σβέσει, linum *fumigans* non extinguet. *Hesych*. τύφεται, καίεται, καπνίζεται, φλέγεται. Idem: τύφεσθαι, μαραίνεσθαι, ἡσυχῇ ἐκκαίεσθαι, χωρὶς φλογὸς καπνὸν εἶναι. *Suidas*: τυφομένης, καπνιζομένης, καιομένης. Confer *Lexicon N. T.* s. h. v.

*ΤΥΦΟΣ, proprie *fumus*, metaph. *fastus*, *arrogantia*, quia haec semper vana et inanis est. 3 Macc. III, 12. ubi Iudaei dicuntur τύφοις φερόμενοι παλαιοτέροις, h. e. *veteri fastu* et *superbia elati*. *Hesych*. τύφος, ἀλαζονία, ἔπαρσις, κενοδοξία. τυφωθεὶς, ἐπαρθεὶς, ὑπερηφανεύσας. *Suidas*: τύφος, ἀλαζονεία, μανία· ὁ δὲ τοιοῦτος ἀγνοεῖ, καὶ ὡς τετύφωται. Hinc τυφογέρων apud *Homerum* est, teste *Suida*, ὑπερήφανος καὶ τετυφωμένος γέρων.

ΤΥΦΩΝ, *ventus quidam repentinus et procellosus*, *turbo*, *vortex igne factus* s. *vortex procellosus*, a τύφω, *accendo*, *incendo*. אֹחִים plur. *Aqu*. Ies. XIII, 21. τυφώνων. *Drusius* ad h. l. *Typhonibus*, τυφὼν *nomen daemonis*, *quem Hieronymus inter Aegyptios Deos numerat*, inquiens, *significat*, *quod Aegyptii Heroas et Deos auctores suae gentis simulent*, *Oron et Isin et Osirin et Typhonem*. De Aegyptio autem Typhone videndi sunt *Herodotus et Diodorus Siculus*. Est et nomen gigantis. - סְעָרָה, *procella*, *turbo*. *Inc*. Ps. CXLVIII, 8. ἄνεμος τυφῶνος. - *קִיטוֹר, *fumus adolendo factus*. *Inc*. Ps. CXLVIII, 8. τυφῶνες. Sed pertinet ibi haec vox sine dubio ad רוּחַ סְעָרָה, nisi τυφῶν legere malis. *Hesych*. et *Lex. Cyrilli MS. Brem*. τυφὼν, ὁ μέγας ἄνεμος. *Suidas*: τύφων, οὐχ ἡ φλὸξ ἐκ τοῦ ἀέρος, ἀλλ' ἐκ τῆς ἀναθυμιάσεως συστροφὴ πρὸ τοῦ ἐκπυρωθῆναι, ὡς Πλάτων ἐν Φαίδρῳ. Idem: τυφὼν, κεραυνὸς βίαιος πολὺς καὶ πνευματώδης. ἢ πνεῦμα καπνῶδες, ἐῤῥωγὸς ἀπὸ νέφους. (Haec verba esse *Laertii* in

Zenone Citt. num. 154., cum *Pearsono* observat *Küsterus*, et praeterea, quod apud *Laertium* pro ἐῤῥωγὸς ἀπὸ νέφους legatus ἐῤῥωγότος νέφους.) λέγεται καὶ διὰ τοῦ σ τυφώς (*Aristoph. Ran.* v. 871.)· Ἄρν' ἄρνα μέλαιναν, παῖδες, ἐξενέγκατε· Τυφὼς γὰρ ἐκβαίνειν παρασκευάζεται. Τοὺς γὰρ καταιγιδώδεις ἀνέμους τυφὼς καλοῦσι. τούτῳ ἐνόμιζον μέλαιναν ἄρνα σφαγιάζειν, ὅπως λήξῃ τὸ πνεῦμα. Vide et *Suidam* in v. Τυφώς. Idem ventus Act. XXVII, 14. dicitur ἄνεμος τυφωνικός. Conf. ad h. l. *Wolfium* p. 1372. ac *Lexicon N. T.* s. h. v.

ΤΥ'ΧΗ, *fortuna, eventus s. casus fortuitus, sive prosper sit sive adversus, felicitas.* גד, *turba,* etiam *prosperitas.* Vide *Grotium* ad Gen. XXX, 10. Gen. XXX, 10. ἐν τύχῃ, *feliciter,* vel: *bona fortuna.* Intellegitur enim ἀγαθὴ τύχη vel εὐτυχία, ut apud *Hesychium* explicatur. Vide *Montf. Lex. hebr.* s. גד. Scil. LXX rati, esse nomen numinis apud Syros culti, cuius mentio fit Ies. LXV, 11. (Ἀγαθὴν τύχην Graeci, *Fortunam bonam* s. *primigeniam* Romani vocabant, si fides habenda est *Ioh. Seldeno de Diis Syris Synt.* I. cap. 1. p. 76. ed. *Lips.*), ἐν τύχῃ h. l. reddiderunt, unde *Iosephus A. I.* I, 19, 8. suum τυχαῖον hausit. Ies. LXV, 11. ἑτοιμάζοντες τῇ τύχῃ τράπεζαν, καὶ πληροῦντες τῷ δαιμονίῳ κέρασμα. Ita in Codd. quibusdam olim lectum esse pro ἑτοιμάζοντες τῷ δαιμονίῳ τράπεζαν, καὶ πληροῦντες τῇ τύχῃ κέρασμα, non solum patet ex versione *Hieronymi: Et paratis fortunae mensam, et impletis daemoni potionem,* sed etiam ex Commentario eiusdem, quo exerte monet, τοὺς ό vocem מני reddidisse τῷ δαιμονίῳ. Vide *Huetii Diss. ad Orig. Comm. in Iohann. Origen. Tom. poster.* p. 109. *Vitringa Comm. ad Ies.* l. c. p. 902. not. A. suspicatur, *Hieronymum*, cum ex doctrina magistri *Iudaei* alte sibi impressisset, גד esse *fortunam,* locum festinante oculo sic legisse, ut alterum pro altero sumserit. Sed aliter rem se habere firmari potest e Geneseos loco laudato. Conf. quoque *Zornii Opusc. Sacr.* T. II. p. 647. et *Menagii Comment.* in *Diogenis Laertii* VIII, 34.

ΤΩΦΕ'Θ, i. q. τοφέθ, de quo supra. תפת. Ierem. XIX, 11. *Al.* 2 Reg. XXIII, 10. Ierem. XIX, 12. 14.

Υ.

"ΥΑΙΝΑ, *hyaena, animal ferum et crudele;* de quo vide *Aeliani Hist. anim.* VII, 22. et *Plinii H. N.* VIII, 30., ab ὗς, *sus,* quia dorsum ei suillis setis quasi riget. צבוע part. Pah. *coloratus,* vel *dentatus,* i. e. *rapax unguibus,* it. *hyaena.* Ierem. XII, 9. Vide et XIII, 20. — צבעים, *Sebohim. Aqu.* 1 Sam. XIII, 18. Vallis et urbs Sebohim in tribu Beniamin nomen accepit ab hyaenis, qui hebr. צבעים dicuntur,

Conf. *Barnabae Epist.* p. 231. et *Bocharti Hier.* P. I. lib. III. cap. 11. p. 830.

ὙΑΚΊΝΘΙΝΟΣ, *color hyacinthinus, caeruleus, violaceus*, quem *amethystinum* nominat *Plinius* inter pretiosos colores *H. N.* IX, 38. 41. et XXI, 8. Conf. *Franc. Rueum* lib. II. de *gemmis* c. 11. Dicitur et *ἰάνθινος* a *violae colore.* Conf. *Bonfrerium* ad *Pentat.* p. 484. sequ. – תַּחַשׁ, *phoca, Seehund.* Exod. XXV, 5. Num. IV, 6. 10. et alibi saepius. *Theod.* Ezech. XVI, 10. – תְּכֵלֶת. Exod. XXVIII, 27. XXXIX, 21. Num. IV, 9. et alibi. *Hesych.* et *Lex. Cyrilli MS. Brem.* *ὑακίνθινον, ὑπομελανίζον, πορφυρίζον.* Conf. *Salmasium* in *Solinum* p. 860. *Bochartum Hier.* P. II. lib. V. c. 10. p. 729. sequ. et *Vitringam* in Apoc. IX, 17. p. 401.

ὙΆΚΙΝΘΟΣ, *hyacinthus flos*, it. *gemma*, it. *lana* vel *fila hyacinthino colore imbuta.* לֶשֶׁם, *gemmae species*, vulgo *cyanus*, aliis rectius *hyacinthus.* *Al.* Exod. XXVIII, 19. XXXIX, 10. – תַּחַשׁ, *phoca, Seehund.* Colorem intellegit *Bochartus Hieroz.* P. I. lib. 3. cap. 30. Ezech. XVI, 10. – תְּכֵלֶת, *color hyacinthinus.* Exod. XXV, 4. XXVI, 1. Ierem. X, 9. – תַּרְשִׁישׁ, *beryllus marinus.* *Symm.* Exod. XXVIII, 20. Cant. V, 14. Ezech. X, 9. *Al.* Ezech. I, 16. et XXVIII, 13. *Ambrosius* in Apoc. XXI, 20. *Hyacinthus, cuius species hyacinthino colori nomen imposuit, pretiosissimus est, coeli sereni colorem habens, sicut sapphirus.* Conf. *Bochartum* l. c. – Vide alibi *συγκαθυφασμένος.*

ὝΑΛΟΣ, *crystallus* vel *lapis crystallinus.* זְכוּכִית, *gemma nitidissima.* Iob. XXVIII, 17. *οὐκ ἰσωθήσεται αὐτῇ χρυσίον καὶ ὕαλος*, non aequiparabitur illi aurum et *crystallus.* Al. ibi habent *κρύσταλλος.* *Olympiodorus* quoque in *Cat. Nicetae* p. 432. *διαυγῆ κρύσταλλον* interpretatur. Eandem notionem habet vox Hebr., quam *Hieronymus* male *vitrum* interpretatus est; nam arab. زُجَاج *crystallum* notat, ut docuit *Schultensius* in *Opp. min.* p. 61. sequ. *Schol.* ad *Aristoph. Nub.* v. 764. sequ. *ὕαλον ἡμεῖς μὲν ἀρτίως τὸ ἐκ βοτάνης τινὸς κεκαυμένης καὶ διὰ πυρὸς τηκόμενον εἰς κατασκευὴν ἀγγείων τινῶν λέγομεν, οἱ παλαιοὶ δὲ τὸν διαφανῆ λίθον αὐτὸν ἰδιωτικῶς λεγόμενον κρύος, ἐοικότα δὲ ὑάλῳ.* Unde *Hesychius*: *Ὕαλον, λαμπρὸν κρύος, ἢ λίθον τίμιον.* Sic enim bene *Spanhemius not.* ad *Aristoph. l. c.* ex *Schol.* ad eundem legendum censet pro *λαμπρὸν, πρᾶον, ἠλίθιον, τίμιον.* Conf. et *L. Bos Obss. Critt.* p. 191. *Philo Legat. ad Cai.* p. 733. lapidem illum *ὕαλον λευκὴν*, et *Dionysius Perieget.* v. 781. *κρυστάλλου καθαρὸν λίθον* appellat. Vide et LXX Ies. LIV, 12. *Polluci* lib. III. c. 12. *ὕαλος* inter *metalla* refertur. *Herodotus* lib. III. c. 24. *ὕελον* appellat, eumque facile apud Aethiopes effodi testatur. Vide et *Diod. Sic.* lib. II. p. 102. Hinc non

dubitandum est, quin etiam Apoc. XXI, 18. et 21. huic voci eadem notio subiicienda sit. Caeterum *Bochartus Hier.* P. II. lib. VI. c. 16. p. 872. observat ex *Schol. Aristoph. l. c.*, *Homerum* aliosque veteres, cum ὑάλου vocem ignoraverint, pro ea ἤλεκτρον dixisse, et paulo ante loca veterum adducit, quibus aurum cum electro eodem modo, quo Iob. l. c. χρυσὸς cum ὑάλῳ, coniungitur. Conf. et de pretio *crystalli Alb. Schultensii anim. in Iob.* p. 105. sequ.

ὙΒΡΙ'ΖΩ, *iniuria* vel *contumelia afficio*, *insolenter ago*, *insulto*. גָּאָה, *superbus*. Ierem. XLVIII, 29. ἤκουσα ὕβριν Μωὰβ, καὶ ὕβρισε λίαν, audivi insolentiam Moab, et *insolenter valde egit*. – גַּאֲוָה, idem. Ies. XIII, 3. χαίροντες ἅμα καὶ ὑβρίζοντες, laetantes simul et *insultantes*. *Suidas:* ὑβρίζοντες, σκιρτῶντες. Ἡρόδοτος. – הֵקַל Hiph. a קָלַל, *vilipendo*. 2 Sam. XIX, 43. ἱνατί τοῦτο ὕβρισάς με; *quare tam insolenti iniuria me affecisti?* *Moschopulus:* Ὑβρίζω σε καὶ ἀντὶ τοῦ κατὰ πάντα τρόπον ἀτιμάζω σε, δηλονότι δι' ὕβρεως καὶ πληγῶν καὶ ἄλλης τινὸς ἐπηρείας. – חֵרֵף, *obtrecto*, *probro afficio*. *Inc.* 1 Sam. XVII, 10. – עָלַז, *exulto*. Ies. XXIII, 12. οὐκέτι οὐ μὴ προσθήσετε τοῦ ὑβρίζειν, neutiquam amplius pergetis *insultare*. – קָלַל, *levis sum*, metaph. *vilis sum vel habitus sum*. *Ed. Quint.* Nahum. I, 14. ὑβρίσθης. *Vulg. quia inhonoratus es.* 2 Macc. XIV, 42. ἰδίας εὐγενείας ἀναξίως ὑβρισθῆναι, *contumelia* natalibus suis minus digna *affici*.

ὝΒΡΙΣ, *iniuria*, *contumelia*, *insultatio*, *fastus*, *superbia*, *insolentia*, etiam *mors violenta et contumeliosa*, item *magnitudo*, *vehementia*. גֵּאָה, *superbia*. Prov. VIII, 13. ὕβριν τε καὶ ὑπερηφανίαν, ubi ὕβρις est *iniuria*, *quae ex insolentia oritur*, cuiusmodi iniuriae certissima indicia sunt animi fastuosissimi alios nihili aestimantis. – גַּאֲוָה, idem. Prov. XIV, 3. XXIX, 23. Ies. IX, 9. et alibi. – גָּאוֹן. Levit. XXVI, 19. Iob. XXXIV, 7. βροντήσει ἐν φωνῇ ὕβρεως αὐτοῦ, ubi *Vulg.* ὕβριν per *magnitudinem*, h. e. *vehementiam* interpretatus est. גָּאוֹן proprie *elationem* notat. Nah. II, 2. et alibi. – גֵּאוּת, idem. Ies. XXVIII, 1. 3. – גֹּבַהּ, *elatio*. Ierem. XLVIII, 29. – גֵּוָה, *superbia*. Ierem. XIII, 17. – דַּהֲרוֹת plur. *plausus*, aut *praeceps cursus*, quo utuntur *insolenter se gerentes*. Iud. V, 22. – הֵמִית Hiph. a מוּת, *occido*. Prov. XIX, 18. *Henslerus* ad h. l. putat, eos legisse חָמָסוֹ, *violentiam ipsi inferendam*, quod facile ex הֲמִיתוֹ aut הֲמִתוֹ defective scripto oriri potuerit. *Iaegero* ὕβρις non est *probrum* et *ignominia*, qua filius a patre castigatus affligatur, sed ipsius patris filium castigantis ob peccatum, qui sit in animadversione poenaque durus, infestus ac furens clamore, ut adeo legerint vel הֹמִיָּה (Prov. I, 21.), vel הֲמִיּוֹת ab הָמָה. Ies. XIV, 11. Equidem existimo, ὕβριν, quod in universum *contumeliam* s. *poenam publicam* significare potest, h. l. *mortem violentam et contu-*

meliosam notare. Conf. *Schol. min.* ad Il. α', v. 203. Est etiam hac vi apud *Pindar. Nem.* I. p. 14. et *Pyth.* IX. p. 354. ed. *Schmid.* - זָדוֹן, *superbia.* Prov. XI, 2. XIII, 10. Ierem. L, 32. - זָר, *alienus.* Prov. XIV, 10. Legerunt זֵד, ut cap. XXVII, 13. - לָצוֹן, *derisio.* Prov. I, 22. - עַלִּיזָה adiect. foem. *exultabunda.* Ies. XXIII, 7. - צַוָּאר, *collum.* Iob. XV, 26. ὕβρει, *fastu.* Hebr. *erecta cervice*, h. e. *feroci superbia.* - קוֹמָה, *structura.* Ies. X, 33. - *רוּם. Ies. II, 17. Sed loco ὕβρις ibi fortasse reponendum erit ὕψος, ut legitur in *Alex. Ald. et Compl. Vulg. altitudo.* Conf. quoque v. 11. - רָזוֹן, *macies.* Mich. VI, 10. Legerunt זָדוֹן. - שַׂר, *princeps.* Prov. XIX, 10. Loco בּ ante שָׂרִים legisse videntur כּ similitudinis. Sir. X, 6. μὴ πράσσε μηδὲν ἔργοις ὕβρεως, nihil agas in operibus iniuriae s. *iniuriose.* Sir. X, 8. διὰ ἀδικίας καὶ ὕβρεις καὶ χρήματα δόλια, propter iniustitiam et *iniurias* et opes fraudulentas. Sir. XXI, 5. καταπληγμὸς καὶ ὕβρις. Conf. *Lex. N. T.* s. h. v.

ʽΥΒΡΕΙ ΦΕΡΟΜΕΝΟΣ, *fastu agitatus, superbia elatus, contumeliose et iniuriose agens.* רֹאשׁ כּוֹכָבִים, *caput stellarum*, h. e. *supremae stellae.* Iob. XXII, 12. τοὺς δὲ ὕβρει φερομένους ἐταπείνωσε, *superbia* autem elatos humiliavit. Male nempe interpres verba hebr. sensu metaphorico accepit de fastuosis ac superbis, qui, ut *Horatii* (lib. I. Od. 1. v. 36.) verbis utar, *sublimi feriunt sidera vertice.*

ʽΥΒΡΙΣΤΗΣ, *conviciator, superbus, iniurius, iniquus, peccator, scelestus.* גֵּא per apocopen ex גֵּאֶה, *superbus.* Ies. XVI, 6. - גֵּאֶה, idem. Iob. XL, 6. πάντα δὲ ὑβριστὴν ταπείνωσον, omnem autem *superbum* humilia. Vide et Prov. XV, 26. XVI, 20. - זָר, *alienus*, a זוּר. Prov. XXVII, 13. Legerunt זֵד. - זָרִים plur. (a זָרָה), *ventilatores.* Ierem. LI, 2. ἐξαποστελῶ εἰς Βαβυλῶνα ὑβριστὰς, mittam in Babylonem iniuriosos. Legerunt זֵדִים per Daleth, a rad. זוּד, *superbire, insolescere, ὑβρίζειν.* Fortasse tamen sensum tantum expresserunt. Nam, uti *ventilatio* metaph. *hostilem dispersionem* notat, ita etiam Deo hostes immissuro tribuitur Ierem. XV, 7. - רָם, *excelsus.* Prov. VI, 17. - De homine scelesto et peccatore legitur Sirac. XXXV, 23. ubi est i. q. ἄδικος. *Hesych.* ὑβριστὴς, ὑπερήφανος, ἀγνώμων. *Phavorinus:* ὑβρισταὶ δὲ ὡς μάλιστα οἱ αἰσχρουργοῦντες.

ʽΥΒΡΙΣΤΙΚΟΣ, propr. *contumeliosus, iniurius,* aut *pronus ad afficiendum iniuria et contumelia,* item: *ex quo iniuriae facile sequuntur.* הֹמֶה part. *tumultuans.* Prov. XX, 1. ὑβριστικὸν μέθη, *iniuriosum facit* sicera. Conf. supra s. v. ἀκόλαστος.

ʽΥΒΡΙΣΤΡΙΑ, *conviciatrix, superba, arrogans, iniuriosa.* זָדוֹן, *superbia.* Ierem. L, 31. ubi זָדוֹן per metonymiam *superbum* notat.

ὙΓΕΙ'Α, per syncopen pro ὑγιεία, *sanitas*, *bona valetudo*. Vide infra νὴ τὴν ὑγιεῖαν.

ὙΓΙΑ'ΖΩ, *sano*, *sanitati restituo*. חָיָה: חָיָה, *Kal et Pih. vivo*, *vivifico*. Ios. V, 8. 2 Reg. XX, 7. Hos. VI, 2. Arab. حي pro حيي, *convaluit*, *revaluit e morbo*. Sic et gr. ζῆν sumitur Ioh. IV, 50. Conf. *Lexicon N. T.* s. h. v. - מִחְיָה, *vitalitas* Lev. XIII, 24. - נִרְפָּה Niph. Lev. XIII, 18. 37. Ezech. XLVII, 9. - נִשְׁעַן Niph. *nitor*. Iob. XXIV, 23. ὑγιασθῆναι. Recte: nam opponitur ibi τῷ μαλακίζεσθαι.

ὙΓΙΑΙ'ΝΩ, *sanus sum*, *incolumis sum*, *valeo*. רָפָא, *sanor*. *Aqu.* Deut. XXVIII, 35. ὑγιάσαι. - שָׁלוֹם, *pax*. Gen. XXIX, 6. εἶπε δὲ αὐτοῖς, ὑγιαίνει; pro εἰ ὑγιαίνει; dicebat autem illis, num *valet?* Bene sensum expresserunt. Vide Dan. X, 19. sec. cod. *Chis.* Vide et Gen. XXXVII, 13. XLIII, 27. 28. *Theod.* 2 Sam. XI, 7. εἰ ὑγιαίνει πόλεμος, an *bene se habeat* bellum. *Vulg. quomodo* (h. e. *quo successu*) *administraretur bellum*. שָׁלוֹם enim in hac orationis serie *felicem successum* notat. Vide s v. σωτηρία. - *שָׁלַם Pih. *compensatione afficior*, *retributionem accipio*. Prov. XIII, 13. ὑγιαίνει. Legerunt יִשְׁלָם pro יְשֻׁלָּם. Habuisse autem שָׁלַם olim hanc notionem apparet ex subst. שָׁלוֹם, quod de *sanitate* adhibetur Gen. XXIX, 6. XXXVII, 13. Caeterum pro ὑγιαίνει reponendum est ὑγιανεῖ, ut iam *Grabius* edi iussit. Commendant hanc correctionem antitheses, nec unicus hic est locus, ubi literam ι librariorum culpa irrepsisse deprehendimus. Praeterea quoque legitur 2 Sam. XIV, 8. ubi voci ὑγιαίνουσα nihil respondet in textu hebr. Est autem h. l. ὑγιαίνουσα *omni metu libera* ac *fiducia plena*, nam de sanitate proprie sic dicta ibi non est sermo. Tob. V, 13. ὑγιαίνων ἔλθοις, ἀδελφέ, *faustus* nobis advenias, amice. Ib. XI, 17. ubi *Syrus: veni in pace*, et XII, 3. ὕπαγε ὑγιαίνων, *abi in pace*, *vale*. Ita quoque *Syrus*. 2 Macc. I, 10. τοῖς ἐν Αἰγύπτῳ Ἰουδαίοις χαίρειν καὶ ὑγιαίνειν, sc. εὔχονται, Iudaeis in Aegypto salutem et *incolumitatem* precantur. Vide et 2 Macc. IX, 19. et conf. 2 Ioh. v. 2. et *L. Bos Ellips. graec.* p. 275. 2 Macc. XI, 38. ὑγιαίνετε, *valete*.

ὙΓΙΕΙ'Α, *sanitas*, *bona valetudo*. צוֹם, *ieiunium*. Esdr. IX, 31. ubi tamen pro τῆς ὑγιείας legere mallem τὴν νηστείαν. - *לְמַרְבֵּה, *ad multiplicandum*. Ies. IX, 7. ὑγιείαν αὐτῷ. Legerunt לָם רָפָא vel לוֹ מַרְפֵּא. Sed verba videntur esse glossema ex alia interpretatione. Vide ad h. l. *Cappelli notas critt.* p. 500. - תְּרוּפָה, *sanatio*. Ezech. XLVII, 13. Sir. I, 16. ὑγιεία ἰάσεως, *perfecta sanatio*. Nam coniunctio duarum vocum, quarum eadem est potestas, augendi vim habet. Est autem h. l. ὑγιεία *felicitas*, *quae ex remissione peccatorum oritur*. Vide supra ad ἴασις. Tob. VIII, 13. 16. Sap. VII, 11. XIII, 18.

ΝΗ' ΤΗ'Ν ὙΓΙΕΙ'ΑΝ, *per sanitatem.* חֵי pro חַי, *vivus*, formula asseverandi vel iurandi. Gen. XLII, 15. 16. νὴ τὴν ὑγιείαν φαραὼ, per sanitatem Pharaonis. In Cod. *Alex.* νὴ τὴν ὑγείαν. Unde apud *Hesychium:* νὴ τὴν ὑγείαν, μὰ τὴν ὑγείαν.

ὙΓΙΗ'Σ, *sanus.* חַי, *vivus.* Lev. XIII, 15. 16. - מִחְיָה, *vitalitas.* Lev. XIII, 9. - *מְתֹם, *integritas.* *Symm.* Ies. I, 6. ὑγιές. - בְּשָׁלוֹם, *in pace.* Ios. X, 21. Sir. XVII, 26. ὑγιὴς τῇ καρδίᾳ, homo *pius et integer vitae.* *Hesych.* ὑγιής, τέλειος, σῶος.

ὙΓΙΗ'Σ Ε'ΙΜΙ', *sanus sum.* חָיָה, *vivo.* Ies. XXXVIII, 21. Vox hebr. saepe de recuperatione valetudinis usurpatur.

*ὙΓΙΗ" 'ΑΠΟΔΕΙ'ΚΝΥΜΙ, *sanum demonstro s. declaro.* חִיָּה, *vivifico.* *Ed. Quinta* Hos. VI, 2. ubi tamen ἀποδείκνυμι non tam *demonstrare*, quam *reddere* notat.

ὙΓΙΩ"Σ, *sane, recte.* חֲלוֹף, *transitus.* Prov. XXXI, 8. κρίνε πάντα ὑγιῶς, iudica omnia *recte.* *Iaegerus* de h. l. dubius haeret. Mihi respexisse videntur notionem *revirescendi* ac *renovandi*, quam habet חָלַף, quod etiam de *viribus* quandoque usurpatur, v. c. Ies. IX, 9. et XL, 31. *Hesych.* ὑγιῶς, ὀρθῶς, σώως, ὁλοκλήρως, ἐῤῥωμένως, καὶ εἴ τι ὅμοιον.

ὙΓΡΑΙ'ΝΩ, *humidum facio, humecto, madefacio, irrigo.* רָטַב, *madeo.* *Theod. et LXX* Iob. XXIV, 8. ἀπὸ ψεκάδων ὀρέων ὑγραίνονται, ex montium inundationibus madescunt.

ὙΓΡΑΣΙ'Α, *humiditas, humor, uligo.* *דָּם, *sanguis.* *Hebr.* Ezech. XVI, 6. ubi *Schol. Ed. Rom.* Ὁ Ἑβρ. ἐν τῇ ὑγρασίᾳ ἔχει, ὑγρασίαν καλέσας τὸν περικείμενον ἰχῶρα. - מַיִם, *aqua.* Ezech. VII, 17. (ubi *Hieronymus urinam* intellegit.) XXI, 7. - צָמָא, *sitis.* Ierem. XLVIII, 18. *Houbigantius* putat, eos legisse בבצא (idem quod בבצה), *in humore.* *Venema* vult, eos scripsisse ξηρασίᾳ pro ὑγρασίᾳ. Verum et *Hexapla Syr.* habent: *in humido loco.* Vide ad h. l. *Michaelis* in *Obss. phil. et critt.* p. 331.

ὙΓΡΟ'Σ, *humidus, humens.* לַח, *recens.* Iud. XVI, 7. ἐὰν δήσωσί με ἐν ἑπτὰ νευρίαις ὑγραῖς, si vinciant me funibus septem *humidis* s. *nondum arefactis.* *Vulg. nerviceis funibus.* Potest quoque reddi *flexilibus*, de qua notione vide *Wartonum* ad *Theocrit. Idyll.* I, 55. et *Iacobsii Exercitatt. critt.* T. II. c. 3. - רָטֹב, *succosus.* Iob. VIII, 16. Sir. XXXIX, 13. ῥεύματος ὑγροῦ sec. *Alex.* et *Compl.*, *flumen aquosum.* Alii habent ἀγροῦ.

ὙΔΡΑΓΩ'ΓΙΟΝ, *aquaeductus.* אַמָּה, *Amah*, nomen proprium. *Aqu.* 2 Sam. VIII, 1. Videtur legisse יָם, quod de omnibus maioribus aquarum receptaculis dicitur. Ὁ χαλινὸς τοῦ ὑδραγωγίου, fraenum aquaeductus, est fons s. scaturigo seu locus, ubi erat fons (qui hucusque in potestate Philistaeorum fuerat), et a cuius obstructione aut reseratione pendebat fluxus aquarum per aquaeductum.

ὙΔΡΑΓΩΓΟ͂Σ, *aquaeductus.* אַמָּה. *Theod.* 2 Sam. II, 24. Vide supra s. v. ὑδραγώγιον. - מוֹצָא מַיִם, *exitus aquae.* Ies. XLI, 8. - תְּעָלָה, *canalis, aquaeductus.* 2 Reg. XVIII, 17. XX, 20. *Al.* Iob, XXXVIII, 25. ὑδραγωγὸν, h. e. *cursum, fluxum.* Adde Sir. XXIV, 31.

ὝΔΡΕΥΜΑ, *aquatio.* יָגֵב, *ager. Theod.* Ierem. XXXIX, 10. ὑδρεύματα. Legit sine Iod גֵּבִים, *fossas, puteos,* a גֵּב. *Vulgatus* bene *cisternas.*

ὙΔΡΕΥ͂ΟΜΑΙ, *peto seu haurio aquam, aquor.* שָׁאַב, idem. Gen. XXIV, 11. ἡνίκα ἐκπορεύονται αἱ ὑδρευόμεναι, cum egrediuntur aquam haurientes. Interdum ὕδωρ adhuc pleonastice additur, v. c. Gen. XXIV, 43. 1 Sam. IX, 11. 1 Par. XI, 18. *Hesych.* ὑδρευσάμενος, ἀντλήσας. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* ὑδρευσάμενος, ὕδωρ ἀντλήσας.

ὙΔΡΙ͂Α, *hydria, vas aquarium.* כַּד, *cadus.* Gen. XXIV, 14. 15. 16. Iud. VII, 16. 1 Reg. XVII, 12. et alibi saepius. - סַפּוֹת plur. foem. *pelves. Aqu. Symm.* 1 Reg. VII, 50. *Aqu.* Ierem. LII, 19. - צְלֹחִית, *patina.* 2 Reg. II, 20. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* ὑδρεία, ἡ ὑδροφορία. τὸ δὲ σκεῦος ὑδρία. Similiter *Suidas:* ὑδρεία τὸ ὑδρεύεσθαι. ὑδρία δὲ τὸ ἀγγεῖον.

ὙΔΡΙ͂ΣΚΗ deminut. *parva hydria, urnula.* צְלֹחִית, *patina. Al.* 2 Reg. II, 20. *Hesych.* ὑδρίσκη, ὑδρεία. Scribe ὑδρία.

ὙΔΡΟΚΗΛΙ͂Α, *tumor* seu *impetus aquarum,* ab ὕδωρ et κέλλω, quod de *cursu celeri* dicitur. כְּמַיִם, *sicut aquae. Symm.* Hos V, 10. ὑδροκηλίαν (sic enim legendum est pro impresso ὑδροκελλίαν, ut iam monuit *Fischerus Clav.* p. 82.) ὁρμήματός μου, *tumorem irae meae,* h. e. *iram tumidam. Semlerus* coniicit legendum: ὑδροῖκελον ὅρμημά μου.

*ὙΔΡΟΠΟΤΕ͂Ω, *aquam bibo.* Dan. I, 12. sec. cod. *Chis.* καὶ ὑδροποτεῖν, ubi in textu hebr. legitur: וּמַיִם וְנִשְׁתֶּה, *et aquam, et bibemus. Etymol. Gudian.* p. 540. 16. ὑδροποτεῖν, ἐκ τοῦ ὕδωρ, ὕδωρ ποτεῖν, καὶ κατὰ συγκοπὴν, ὑδροποτεῖν.

ὙΔΡΟΦΟ͂ΡΟΣ, *qui aquam portat et quoque haurit, lixa, calo.* שֹׁאֵב מַיִם, *hauriens aquam.* Deut. XXIX, 11. Ios. IX, 21. 23. 27. Dicitur alias ὑδατηγός. *Suidas:* ὑδατηγὸς, ἀνὴρ ὁ ἀντλῶν.

ὝΔΩΡ, *aqua,* it. *pluvia, imber.* *אֵשׁ, *ignis. Symm.* Ies. LXIV, 2. Verba *Symmachi* sunt haec: ἐτάκη θάλασσα, ὕδατα. Si sumitur, quod iam monitum est a *Montf., Symm.* vocem הֲמָסִים tanquam duas distinctas voces legisse הֲמַס יָם, sequitur etiam ὕδωρ ibidem non ad אֵשׁ, sed ad מַיִם referendum esse. - *בְּאֵר, *puteus. Inc.* Prov. V, 15. per metonymiam contenti pro continente. - בִּצָּה, *lutum.* Iob. VIII, 11. Vocem hebr. h. l. plerique Intt. recentiores per *uliginem* reddiderunt. - דָּם, *sanguis.* Hos. VI, 8. Loco מִדָּם legerunt מַיִם.

mitosa hac vita *multum solatii et gaudii* ab illo acciperem. Iob. XXIX, 24. φῶς τοῦ προσώπου μου οὐκ ἀπέπιπτεν, h. e. vultus mei *serenitas* non obnubilabatur, vel; *laetam et hilarem frontem* prae me ferre non desinebam. Metaphora a coelo sereno et lucido desumta est. Conf. *Glassii Philol. Sacr.* p. 1044. Iob. XXXIII, 28. ἡ ζωή μου ὄψεται φῶς, h. e. vita mea *felicitatis* compos erit, seu: in felicem statum veniam. Vide et v. 30. Iob. XXXVII, 3. τὸ φῶς αὐτοῦ ἐπὶ πτερύγων τῆς γῆς, *fulgur* eius in extremitatibus terrae. Vide et Hab. III, 10. et conf. Act. IX, 3. et ad h. l. *Elsnerum* p. 401. Psalm. IV, 7. ἐσημειώθη ἐφ' ἡμᾶς τὸ φῶς τοῦ προσώπου σου, *gratia* tua claris signis nobis declarata est. Ps. XXXV, 10. ἐν τῷ φωτί σου ὀψόμεθα φῶς, per *gratiam* tuam verbo patefactam ad veram *beatitudinem* perveniemus. Vide et Ps. XLVIII, 20. et conf. *Glassii Philol. Sacr.* l. 6. Ps. XXXVII, 6. τὸ φῶς τῶν ὀφθαλμῶν μου οὐκ ἔστι μετ' ἐμοῦ, oculorum meorum *lumen* cessat. Ps. XLII, 3. ἐξαπόστειλον τὸ φῶς σου καὶ τὴν ἀλήθειάν σου, mitte lucem et veritatem tuam, h. e. exhibe mihi tuum *favorem* ac imple promissiones tuas mihi datas. Alii φῶς de *verbo Dei* h. l. explicant, coll. Ps. CXIX, 5. Prov. VI, 23. Ps. LXXXVIII, 16. ἐν τῷ φωτὶ τοῦ προσώπου σου πορεύσονται, *coram te* adorantes comparebunt. Ps. XCVI, 12. φῶς ἀνέτειλε τῷ δικαίῳ, *salus* obtigit iusto. Vide et Ps. CXI, 4. Prov. XIII, 9. Ies. XLIX, 6. LI, 4. Ita *Homerus Il.* ζ', v. 6. de Aiante: Τρώων ῥῆξε φάλαγγα, φόως δ' ἑτάροισιν ἔθηκε, ubi *Schol.* φῶς, χαρὰν, σωτηρίαν. Vide et Il. θ', v. 282. ubi φόως in *Schol.* pariter σωτηρία exponitur. Conf. et *Suicerum Thes.* T. II. p. 1486. et *Wolfium* ad Ioh. I, 3. p. 784. Ies. II, 5. πορευθῶμεν ἐν τῷ φωτὶ κυρίου, vitam *secundum Iovae voluntatem* instituamus. Conf. Ies. LX, 3. 1 Ioh. I, 7. Ies. V, 20. οἱ τιθέντες τὸ σκότος φῶς καὶ τὸ φῶς σκότος, ubi *tenebrae* et *lux* sunt symbola *mali* et *boni*, *infortunii* et *prosperitatis*. Ies. IX, 2. εἶδε φῶς μέγα, contigit magna *felicitas*. Ies. XLII, 16. ποιήσω αὐτοῖς τὸ σκότος εἰς φῶς, mutabo tenebras ante eos in lucem, h. e. iter facile et expeditum ipsis faciam. Alii reddunt: *ignorantiam eorum in salutarem cognitionem convertam.* Conf. notata ex *Suida* in v. σκότος. Soph. III, 6. δώσει κρίμα αὐτοῦ εἰς φῶς, *clare manifestabit* suum iudicium. *Symm.* Iob. XXVIII, 11. ubi vel φῶς positum est pro εἰς φῶς (sic *Vulgatus: abscondita in lucem produxit*), vel φῶς sunt h. l. *ipsa metalla, quae splendent. Aqu. Symm. Theod.* Prov. XVI, 15. ubi φῶς est *vultus placidus et hilaris, benevolentiae signum. Vulg. in hilaritate.* — אוּר, *ignis.* Ies. L, 11. Legerunt אוֹר. — אוֹרָה foem. Esth. VIII, 16. τοῖς δὲ Ἰουδαίοις ἐγένετο φῶς καὶ εὐφροσύνη, Iudaei autem summa perfundebantur *laetitia.* — אֵשׁ, *ignis. Theod.* Iob. XVIII, 5. Ita *Bielius.* Sed ibi potius respondet formu-

lae שְׁבִיב אֵשׁ, *scintilla s. flamma ignis.* - בָּעַר Pih. *accendo.* 2 Par. IV, 20. - גָּדֵר, *murus*, *maceria*, *sepes.* Ezech. XLII, 7. φῶς. Ita quoque *Itala. Bielio* φῶς h. l. significare videtur *aream* vel *ambulacrum luci expositum*, coll. XLI, 11. *Semlerus* legere mavult φραγμὸς, ut alibi semper recte verterunt, ut φοῖς compendio scribendi ortum suum debeat. - *גָּדֵר, *idem.* Ez. XLII, 10. Vide antecedentia. - מָאוֹר. Exod. XXVII, 20. XXXV, 13. 15. *Theodot.* Ps. LXXII, 6. - מָקוֹם. Ezech. XLI, 11. ubi pro φωτὸς *Compl.* quidem habet τόπου, mihi autem φῶς *omne, quod est luci seu soli expositum*, notare videtur, adeoque h. l. *spatium intermedium* seu *viam.* Vide supra s. גָּדֵר. - נֹגַהּ, *splendor.* Ies. IV, 5. L, 10. LXII, 1. *Hebr.-Int.* Ez. I, 4. - נָגְהָא. *Chald.* Dan. VI, 19. - נְהוֹרָה chald. Dan. II, 22. - נִיר, *novale*, it. *lumen.* Hos. X, 13. φωτίσατε ἑαυτοῖς φῶς γνώσεως, accendite vobis lumen scientiae. - נֵר, *lucerna.* Prov. XIII, 9. XX, 27. - פָּנִים plur. *facies.* Ezech. XLII, 12. Vide ad h. l. *Jütt.* - פֶּתַח, *ianua*, *per quam intromittitur lux.* Ezech. XLII, 11. κατὰ τὰ φῶτα αὐτῶν, iuxta *ostia* illorum. *Hesych.* φῶτα, ἄνθρωπον ἢ ὄμματα καὶ θυρίδες. Apud GG. φῶς etiam de *fenestris* adhiberi *Schneiderus* docuit. - צַח, *serenus.* Ies. XVIII, 4. - רוּחַ, *ventus.* Ierem. X, 13. ἐξήγαγε φῶς ἐκ τῶν θησαυρῶν αὐτοῦ. *Cappello* legisse videntur אוֹר. Sed potius pro φῶς (sec. *Vat.* et *Alex.*, quod habet h. l. etiam *Arabs*) reponendum est ἀνέμους, ut legitur non solum in *Compl.* et *Ald.* (in qua tamen utraque lectio coniunctim posita reperitur, ἀνέμους φῶς), sed etiam in *Cod. Syr. Hexapl.*, *Theodoreto* et *Cosma Indicopleusta* in *Topographia Christiana* Lib. II. p. 127. ed. *Montf.* Eadem lectionis varietas reperitur quoque infra c. LI, 16. Praeterea legitur Ies. LI, 5. ubi verba ὡς φῶς, quae in textu hebr. desunt, ac recte omisit *Iustinus M.* p. 228., a sciolo librario ex antecedente commate huc translata sunt. Tob. X, 5. ubi φῶς, ut *oculus* (*Plaut. Curcul.* I, 3, 47.), *ocellus* (*Gellius N. A.* XV, 7.) et *lux* (*Cic. ad Div.* XIV, 2.), est *inprimis carus.* Tob. XIV, 10. ἐκ τοῦ φωτὸς ἤγαγεν αὐτὸν εἰς τὸ σκότος, ex luce adduxit eum in tenebras, h. e. *conatus est illum e vita tollere.* Sic quoque apud profanos scriptores *lux* pro *vita* saepe ponitur. Vide *Fesselii Advers. Sacr.* lib. VII. c. 2. p. 144. Simili ratione etiam Baruch. III, 20. φῶς de *luce vitali* explicare mallem, ubi alii de *rebus prosperis* cogitant. Sir. XVI, 16. φῶς metaphorice *misericordiam et gratiam divinam* denotat, *quam sequitur felicitas.* Vide supra s. σκότος. Sir. XVII, 18. φῶς ἀγαπήσεως est *religio revelata*, *qua Deus amorem suum erga homines declarat.* Sir. XXII, 9. ἐξέλιπε γὰρ φῶς, defecit enim eum *lux*, h. e. *vita.* Baruch. III, 14. ubi φῶς ὀφθαλμῶν vel est *vita*, vel *magna felicitas.* Sap. XVIII, 4. τὸ ἄφθαρτον νόμου φῶς, *lex*

Mosaica in aeternum homines collustratura, coll. Matth. V, 14. Baruch. IV, 1. 1 Macc. XII, 29. ubi τὰ φῶτα notat *ignem, quem in castris alunt milites.* Conf. Marc. XIV, 54. Luc. XXII, 56. ubi est i. q. v. 55. πῦρ, quo vocabulo etiam ab *Hesychio* explicatur. Sic *Xenoph. Hist. Gr.* VI, 2, 17. πρὸ δὲ τοῦ στρατεύματος φῶς ἐποίει, ἵνα μηδεὶς λάθῃ προσιών.

ΦΩΣΤΗ'Ρ, *luminare.* *זִיהַר, *splendor.* Dan. XII, 3. sec. *Chis.* ὡς φωστῆρες τοῦ οὐρανοῦ, ut *luminaria* coeli. - מָאוֹר. Gen. I, 14. 16. *Aqu.* Ps. LXXIII, 17. Prov. XVI, 2. et XV, 30. 3 Esdr. VIII, 79. hebr. עֵינַיִם, *oculi*, coll. Esdr. IX, 8. et Matth. VI, 20. Sap. XIII, 2. Sir. XLIII, 8. et conf. Phil. II, 15. Apoc. XXII, 12.

*ΦΩΤΑΓΩΓΕ'Ω, *illumino, instituo in divinis rebus.* 4 Macc. XVII, 5. φωταγωγήσασα πρὸς τὴν εὐσέβειαν, *ad claram* pietatis *lucem adduxisti. Hesych.* φωταγωγός, ὁ τὸ φῶς φέρων. seu *luminarium*, ut explicant *Gloss. Vett.*

ΦΩΤΕΙΝΟ'Σ, *lucidus.* *אוֹר, *lux.* *Symm.* Ps. CXXXVIII, 11.

ΦΩΤΕΙΝΟ'ΤΕΡΟΣ, *lucidior.* Sir. XVII, 25. XXIII, 26.

ΦΩΤΙ'ΖΩ, *illustro, illumino, luceo, refulgeo, lucere facio, accendo,* it. *doceo, ostendo.* אוֹר, verbum, in Kal, Niph. Hiph. Num. VIII, 3. φωτιοῦσιν οἱ ἑπτὰ λύχνοι, *lucebunt* septem candelabra. 1 Sam. XXIX, 10. καὶ φωτισάτω ὑμῖν, et *lux orta sit* vobis. *Vulg. et coeperit dilucescere.* Esdr. IX, 8. τοῦ φωτίσαι ὀφθαλμοὺς ἡμῶν, ut *illuminet* oculos nostros. Vide et Ps. XII, 4. XVIII, 9. et conf. Baruch. II, 8. Sir. XXXIV, 19. Nehem. IX, 12. τοῦ φωτίσαι αὐτοῖς (κατὰ) τὴν ὁδὸν, ut *luceret* illis in via. Nehem. IX, 19. φωτίζειν αὐτοὺς (κατὰ) τὴν ὁδὸν, ut *luceret* illis in via. Cohel. VIII, 1. σοφία ἀνθρώπου φωτιεῖ πρόσωπον αὐτοῦ, sapientia hominis *illuminat* faciem eius. Ies. LX, 1. φωτίζου Ἱερουσαλὴμ, *illuminare* Hierosolyma. Apud *Aquilam* Ies. XXVII, 11. φωτίζειν accipiendum est in notione *accendendi*, quam quoque habet hebr. הֵאִיר. - אוֹר, nomen, *lux.* Mich. VII, 8. - אוּרִים plur. ex אוּר, *ignes.* Sic vocantur gemmae lucentes in pectorali summi pontificis. Esdr. II, 63. Nehem. VII, 65. - הִגִּיהַּ Hiph. a נָגַהּ, *splendere facio.* Ps. XVII, 31. - הוֹרָה Hiph. a יָרָה, *doceo.* Iud. XIII, 8. φωτισάτω ἡμᾶς, τί ποιήσωμεν τῷ παιδαρίῳ, *doceat* nos, quid faciamus puero: ubi alii συμβιβασάτω habent. 2 Reg. XII, 2. ἐφώτισεν αὐτὸν ὁ ἱερεύς, *docuit* illum sacerdos. *Hesych.* ἐφώτισεν, ἐδίδαξεν. 2 Reg. XVII, 27. φωτιοῦσιν αὐτοὺς τὸ κρίμα τοῦ Θεοῦ τῆς γῆς, *docebunt* illos ius Dei terrae. Vide et *Aqu.* Exod. IV, 12. 15. Iob. XII, 7. Ps. XXIV, 8. XXXI, 8. *Theod.* Iud. XIII, 8. φωτισάτω. Conf. Eph. III, 9. 2 Tim. I, 10. et *Fesselii Advers. Sacr.* lib. VII. c. 1. §. 9. p. 108. *Inc.*, sine dubio *Aquila*, Exod. XV, 25. ubi miscuit verba diversi generis הוֹרָה et הֵאִיר,

ac, quasi הוֹרָה deducendum sit ab אור, illi tribuit notionem *lucere facere*, *φωτίζειν*, quod h. l. intellexit sensu physico, *illustrare*, *illuminare*. Vide ad h. l. *Scharfenbergium* p. 64. Versio *Aquilae* *φώτισόν με*, quam ad Ps. XXVI, 12. ad vocem הוֹרֵנִי ex *Theodoreto* produxit *Montfauconius*, sine dubio mendosa est. Certe apud *Euthymium* laudatur versio *Aquilae*: *doce me*. Conf. *Drusii Miscell. Cent.* I. c. 65. *Inc.* Deut. XVII, 11. *φωτίσουσί σοι*. Sic cum casu tertio verbum construit *Philo Byblius* apud *Eusebium Praep. Evang.* lib. I. p. 122. *καὶ ἡμῖν ἐφώτισεν*. - הֵנִיר Hiph. a נִיר, *novello*. Hos. X, 13. *φωτίσατε ἑαυτοῖς φῶς γνώσεως*, *accendite* vobis ipsis lumen scientiae. Scil. הֵנִיר, *iterare arationem* (unde per *νεόω* vertunt Ierem. V, 3.), h. l. intellexerunt, ac si esset a נור, *lucere*. Sic quoque *Syrus*. - הֶרְאָה Hiph. *videre facio*. Iud. XIII, 23. *καὶ οὐκ ἂν ἐφώτισεν ἡμᾶς ταῦτα πάντα*, et non sane ostendisset nobis haec omnia. - מָאוֹר, *lux*. Num. IV, 9. - *מוֹרֶה, quod non solum *pluviam primam* s. *auctumnalem*, sed etiam *doctorem* notat. *Ed. Quinta* Ps. LXXXIII, 8. - נָהַר, *confluo*. Ps. XXXIII, 5. *φωτίσθητε*. Ex significatione chaldaica huius vocis. - פָּקַח, *aperio*. *Al.* Ps. CXLV, 6. *φωτίζει*. - קוּם, *surgo*. Ies. LX, 1. *φωτίζου*, ubi pro קוּמִי non legerunt אוֹרִי, ut nonnulli putarunt, sed *φωτίζεσθαι* h. l. est *in lucem prodire*, *apparere*, quod in hac orationis serie a קוּם minime differt. - *רָאָה, *video*. *Aqu.* 1 Sam. XIV, 27. *ἐφωτίσθησαν*. *Vulg. illuminati sunt oculi eius*: ubi *Aquilam* sine controversia secutus est. *Schultensius* in *Vindicc. Opusc. de defectt. hodiernis l. Hebr.* I, 2. p. 525. docuit quidem, verbum רוא superesse in l. arab. et usurpari de *oculis micantibus* s. *acie oculorum splendente*, sed h. l. dubio caret, *Aquilam* cum *Syro* et *Ionathane* exprimere voluisse lectionem Masorethicam תָּאֹרְנָה pro תִּרְאֶנָה. Confer *Fischerum* de *verss. GG. V. T.* p. 164. sequ. Sir. XLII, 26. *ἥλιος φωτίζων*, *sol lucens*. Vide et Sir. XLIII, 11. L, 7. *ὡς τόξον φωτίζον ἐν νεφέλαις δόξης*.

ΦΩΤΙΣΜΌΣ, *lumen*, *splendor*. אוֹר. Iob. III, 9. Ps. XXVI, 1. XLIII, 5. LXXVII, 17. - אוּרִים, *ornamentum pectorale summi pontificis*. *Aqu. Symm. Theod.* Exod. XXVIII, 30. *Aqu. Theod.* Lev. VIII, 8. *Reliqui* Num. XXVII, 21. *Al.* Nehem. VII, 65. *Aqu.* 1 Sam. XXVIII, 8. - אוֹר, verbum, *illumino*. *Aqu.* Ps. LXXV, 4. - מָאוֹר. Ps. LXXXIX, 8. *Symm.* Prov. XVI, 2. - *נָאוֹר, *illustris*. *Aqu.* Ps. LXXV, 5. Sine dubio legit מָאוֹר.

X.

ΧΑΒΡΑΘΑ' ΓΗ͂Σ, hebr. כִּבְרַת אֶרֶץ, *sicut miliare terrae*, s. *ad tractum*, *ad iugerum terrae*. 2 Reg. V, 19. ubi *Alii*

pro *χαβραθὰ* male *δεβραθά.* Romani codd. *εἰς χαβραθὰ* habent, mendose. Illud *εἰς* e sequentibus huc irrepsit. Male etiam ibi legitur *χεβραθά.* כִּבְרַת notat *multum et magnum interstitium* (a כָּבַר, *multum esse*, unde כַּבִּיר, *multus*), quod alii *milliare*, alii *stadium* interpretantur. Vide et Gen. XLVIII, 7. et ad h. l. notata supra in v. *ἱππόδρομος.*

ΧΑΙ'ΝΩ, hisco, aperio, dehisco. פָּצָה, idem. Gen. IV, 11. de terra, *ἣ ἔχανε τὸ στόμα αὐτῆς*, quae *aperuit* os suum. *Hesych.* *ἔχανεν, ἤνοιξεν.* Ezech. II, 8. *χάνε τὸ στόμα σου, aperi* os tuum. *Hesych.* *χαίνων στόμα, ἀνοίγων στόμα.*

ΧΑΙΡΕΤΙ'ΖΩ, saluto, cum gaudio suscipio. Tob. VII, 1. *ἐχαιρέτισε αὐτοὺς, καὶ αὐτοὶ αὐτὴν*, salutavit ipsum et ipse eam. Ita enim legendum est.

ΧΑΙ'ΡΩ, gaudeo, laetor, exsulto, et infin. *χαίρειν, salus.* אָהַב, *amo.* Prov. XVII, 20. *φιλαμαρτήμων χαίρει* (*ἐπὶ*) *μάχαις*, amans peccata *gaudet* rixis. – הָגִיל Hiph. a גּוּל. Prov. II, 14. *χαίροντες ἐπὶ διαστροφῇ κακῇ*, *gaudentes* perversitate mala. Hab. I, 15. *χαρήσεται ἡ καρδία αὐτοῦ*, *gaudebit* cor eius. Vide et Zach. X, 7. et conf. Ioh. XVI, 22. Hab. III, 17. *χαρήσομαι ἐπὶ τῷ Θεῷ τῷ σωτῆρί μου*; *laetabor* in seu de Deo, servatore meo. – הִתְחָרָה Hithp. *ira accendor.* Prov. XXIV, 18. *μὴ χαῖρε ἐπὶ κακοποιοῖς*, ne *delecteris* illis, qui male faciunt. *Iaegerus* aliquando suspicatus est, interpretem scripsisse *μὴ ἔχθαιρε* aut *μέγαιρε*, quod in *Schol.* ad *Iliad.* *η'*, v. 408. explicatur *φθονῶ*, sed deinde mutata sententia putat, LXX legisse אַל תִּבְחַר, *ne delecteris*, quod etiam cum אַל תְּקַנֵּא coniunctum reperitur cap. III, 31. – יָטַב, *bonum est.* Gen. XLV, 16. – *יַחְדָּו, *simul, pariter.* Ierem. XXXI, 13. *χαρήσονται.* Legerunt יֶחֱדוּ, a rad. חָדָה, *laetari.* – *נָהַר, quod non tam *fluere*, quam *laetari*, *voluptatem capere* notat. Cf. Ps. XXXIV, 6. *Theod.* Ies. LX, 5. *Vulg. affluet*, sc. *laetitia.* – עָלַז, *exulto.* Ps. XCV, 11. – עַלִּיז, *exsultabundus.* Ies. XIII, 3. – רָנַן, *cano.* Soph. III, 15. – שׂוּשׂ: הֵשִׂישׂ, Kal et Hiph. Ies. LXVI, 10. 14. Thren. IV, 21. I, 22. – שָׁלוֹם, *pax, salus.* Ies. XLVIII, 22. *οὐκ ἔστι χαίρειν, λέγει κύριος, τοῖς ἀσεβέσιν*, non est *salus*, inquit Dominus, impiis. Vide et Ies. LVII, 21. Eodem sensu Graeci *χαίρειν* praemittere solent literis suis. Ita 3 Esdr. VIII, 10. *ἀναγνώστῃ τοῦ νόμου Κυρίου χαίρειν*, lectori legis, sc. *salutem apprecatur.* Et 2 Macc. IX, 19. *τοῖς πολίταις πολλὰ χαίρειν καὶ ὑγιαίνειν*, sc. *εὔχεται* (Conf. *L. Bos Ellips. Gr.* p. 275.), civibus *salutem* plurimam et valetudinem apprecatur. Verbo hoc in epistolae initio Cleonem primum usum esse, quidam tradunt. Vide *Schol. Aristoph.* in *Plut.* v. 322., et quae ex aliis afferunt *Colomesius Obss. Sacr.* ad Act. XXIII, 26. p. 120. et *L. Bos not. ad Thom. Magistr.* p. 42. Sed iam antiquiorem eius in epistolis usum esse docet *Schol.* ad *Aristoph. Nubes* v. 109.

Sic etiam in v. χαίρειν Suidas: Ἀρχαῖον ἔθος τὸ (leg. ταῖς, et conf. Hesychium in v. χαίρειν) ἐπιστολαῖς προστιθέναι τὸ χαίρειν. οἱ δὲ λέγοντες, πρῶτον Κλέωνα χρήσασθαι τούτῳ, ψεύδονται. Conf. Heisen. Nov. Hypothes. interpr. felicius Epist. Iacob. Diss. III. p. 95. sequ. Sicuti autem locis adductis verbum χαίρειν pro homine ponitur, ita alias etiam verba pro nominibus tam in sacris quam profanis monumentis occurrunt. Conf. Glassii Philol. S. p. 292. et, quae ex Anacreonte Od. 23. Hom. Il. α, 259. Aeschylo Prometh. Vincto p. 46. affert L. Bos. anim. ad Scriptt. GG. p. 79. sequ. – שָׂמַח. Ies. XXXIX, 2. Ierem. XXXI, 13. Zach. X, 7. et alibi. – שָׂמֵחַ, verbale, laetans. 1 Reg. IV, 20. VIII, 67. 2 Reg. XI, 15. – שִׂמְחָה, laetitia. Ierem. VII, 32. – שָׁמַע, audio. Exod. IV, 31. ἐχάρη. Legerunt וַיִּשְׂמְחוּ. Idem valet de loco altero 2 Reg. XX, 13. – *שֵׁשׁ, sex. Prov. VI, 16. Pronuntiabant שָׂשׂ. Addit. Esth. XIV, 11. μὴ χαρείησαν ἐπὶ τῇ πτώσει ἡμῶν sec. Vet. Arund.

ΧΑΙ'ΤΗ, *coma*, et quidem *prolixa*. *Lex. MS. Bibl. Coisl.* p. 464. χαῖται, αἱ κεχυμέναι κόμαι. Dicitur quoque de *frugibus luxuriantibus*, *quae admodum creverunt*, *et quasi comatae sunt*. קָצִיר, *ramus*. *Symm.* Iob. XVIII, 16. *Symm.* et *Sexta editio* Ps. LXXIX, 12. Prov. XX, 4.

**ΧΑΛΑΛΒΩ'ΤΗΣ*. Lev. XI, 20. sec. cod. *Vat.* ubi *Oxon.* et *Compl.* ἀσκαλαβώτης, *Ald.* καλαβώτης habent, quae vide supra.

ΧΑ'ΛΑΖΑ, *grando*. אֶלְגָּבִישׁ, *grando immanis*. Ez h. XXXVIII, 22. – בָּרָד. Exod. IX, 19. Ios. X, 11. ‚. XXXVIII, 2. *Symm.* Ps. LXXVII, 47. – אֶבֶן בָּרָד, *lapis grandinis*. Ies. XXX, 30. – בָּרַד, verbum, *grandino*. Ies. XXXII, 19. Praeterea legitur apud *Inc.* in *Hexaplis* Exod. IX, 22. ἐν τῇ χαλάζῃ, ad hebr. בְּכָל־אֶרֶץ. Verba haec vel inepto loco posita sunt, ac pertinent ad בְּתוֹךְ הַבָּרָד v. 24., vel scribendum est ἐν πάσῃ τῇ γῇ, sc. Αἰγύπτου.

**ΧΑΛΑ'ΝΔΡΙΟΝ*. Levit. XI, 19. sec. *Compl.* ubi reliqui libri habent χαράδριον, quod vide infra.

ΧΑΛΑΣΤΟ'Ν, *τὸ*, *catena* (quoniam laxatur et demittitur, modo intenditur aut adducitur, a χαλάω, *laxo*, *remitto*), *catenula*, *monile demissum*. שרוֹת plur. *Symm.* Ies. III, 19. χαλαστά. Conf. *Drusium in Fragm. vett. Intt. GG.* p. 201. et *Montfauconii Hexapla* T. II. p. 392. – שַׁרְשְׁרוֹת plur. 2 Par. III, 5. 16. *Theod.* Exod. XXVIII, 14.

ΧΑΛΑ'Ω, *laxo*, *demitto*. הֶאֱרִיךְ Hiph. *prolongo*. Ies. LVII, 4. ἐπὶ τίνα ἐχαλάσατε τὴν γλῶσσαν; super quem *laxastis* linguam? Conf. 4 Macc. X, 19. – נִזַּח Niph. a זָחַח, *auferor*. Exod. XXXIX, 20. *Al.* Exod. XXVIII, 28. – פָּרַשׂ, *expando*. Ies. XXXIII, 23. – שִׁלַּח Pih. Ierem. XXXVIII, 6.

ΧΑΛΒΑ'ΝΗ, *galbanum*, *succus arboris seu fruticis cuiusdam e ferularum genere, in Amano monte Syriae nascentis, ad thus accedens nidore suo, qui etiam serpentes fugat. Plin. H. N.* XII, 25. fin. *Dioscor.* III, 8. *Isidor.* XVII, 9. qui et *genus pigmenti albi* esse scribit. Caeterum est ipsa vox hebr. חֶלְבְּנָה, cui respondet Exod. XXX, 34. et apud *Symm.* Ezech. XXVI, 18. ubi vid. *Monf.* Vide et Sir. XXIV, 18. ubi cod. *Alex.* habet χαρβάνη, *Hilleri Hierophyt.* P. I. c. 53. p. 450. et *Ol. Celsii Hierobotan.* T. I. p. 262.

*ΧΑΛΔΑΙΚΟ'Σ. כַּשְׂדִּים, *Chaldaei. Alex.* Dan. I, 4. διάλεκτον χαλδαϊκήν. E.

ΧΑΛΔΑΙ'ΟΙ, *Chaldaei*, item: *qui inter illos astronomiae, genethliacae mathematicaeque operam dabant.* כַּשְׂדִּים, idem. Dan. II, 2. 4. *Suidas:* Χαλδαῖοι, ὄνομα ἔθνους, περὶ τὴν ἀστρονομίαν ἠκριβωμένοι. *Hesych.* Χαλδαῖοι· γένος μάγων πάντα γινωσκόντων. Conf. *Drusium Observ.* lib. VIII. c. 12. et *Geierum* comm. ad *Dan.* l. c. p. 102. sequ. - פִּלֶגֶשׁ, *concubina, uxor.* Ezech. XXIII, 20. *N. L.*

*ΧΑΛΔΑΙ'ΣΤΙ', *lingua chaldaica. Alex.* Dan. II, 26. ubi nihil respondet in textu hebraico.

*ΧΑΛΕΠΑΙ'ΝΩ, *acerbo, exacerbo, saevio. Gl. V. irascor.* 4 Macc. XVI, 22. μὴ χαλεπαίνητε, ne *conturbemini s. aegre feratis. Zonaras Lex.* col. 1845. χαλεπαίνει, ὀργίζεται. Idem: χαλεπήνας, ἀγανακτήσας. καὶ χαλεπήνη.

ΧΑΛΕΠΟ'Σ, *difficilis, gravis, incommodus*, it. *durus, saevus.* נוֹרָא part. Niph. a יָרֵא, *terribilis.* Ies. XVIII, 2. ξένον λαὸν καὶ χαλεπὸν, peregrinum populum et *saevum.* Nam qui sunt terribiles et tremendi, iidem sunt χαλεποὶ, *molesti. Philostratus Vit. Apoll. Tyan.* lib. VI. c. 8. p. 285. Δομετιανοῦ δὲ, ἐπεὶ χαλεπὸς ἦν, ἀφίστη τοὺς ἄνδρας. Matth. VIII, 28. Sap. III, 19. χαλεπὰ τὰ τέλη, *dirae* consummationes. 2 Macc. IV, 4. συνορῶν ὁ Ονίας τὸ χαλεπὸν τῆς φιλονεικίας, considerans Onias *incommoda* contentionis. 2 Macc. IV, 16. χαλεπὴ περίστασις, *gravis* necessitas vel afflictio. 2 Macc. VI, 3. χαλεπὴ δὲ καὶ τοῖς ὄχλοις ἦν καὶ δυσχερὴς ἡ ἐπίστασις τῆς κακίας, *gravis* autem erat et dura mali incursio. *Homer. Il.* ε, 384. ἄλγεα χαλεπὰ, *graves aerumnas s. dolores. Philo* de *Ios.* p. 552. D. χαλεπῶς ἄγαν θλίβεσθαι καὶ βιάζεσθαι. Sic quoque *difficilis* adhibetur apud Arabes. Vide *Coran. Sur.* LXXIV, 9. *Hesych.* χαλεπὸν, δύσεργον, σκληρὸν, δεινόν. *Gellius Noct. Attic.* lib. IV. c. 15. *Arduum Salustius non pro difficili tantum, sed pro eo quoque ponit, quod Graeci* δυσχερὲς *aut* χαλεπὸν *appellant, quod est tum difficile, tum molestum quoque et incommodum et intractabile.* Adde *Graevii Lectt. Hesiod.* cap. 13.

*ΧΑΛΕΠΩ'ΤΕΡΟΣ, compar. *difficilior, molestior.* Verba *Inc. Int.* χαλεπώτερος ἀμφοτέρων Prov. XXVII, 4. in *Hexaplis*

afferuntur ad וּמִי יַעֲמֹד לְפָנָי, *et quis stabit ad facies*, quae mihi tamen potius pertinere videntur ad כָּבֵד מִשְּׁנֵיהֶם, *gravis prae ambobus istis*, in fine commatis 3. Sir. III, 20. χαλεπώτερά σου μὴ ζήτει, *difficiliora* te (h. e. *difficiliora intellectu et peractu*) ne quaesieris. Est hebr. proverb. בְּמוּפְלָא מִמְּךָ אַל תִּדְרוֹשׁ. *Vulg. altiora.* Non legit ὑψηλότερα: nam *altum* e stilo SS. eodem modo usurpatur. Alii legunt βαθύτερα sensu eodem. *Syrus: duriora.* Conf. *Lex. N. T.* s. v. σκληρός. Sap. XIX, 13. χαλεπωτέραν μισοξενίαν ἐπετήδευσαν, *duriorem* inhospitalitatem exercebant. 4 Macc. VIII, 1.

ΧΑΛΙΝΟ'Σ, *fraenum.* חוֹחַ, *spina*, it. *hamus. Theod.* Iob. XL, 21. – חַח, *acutum quid, hamus. Inc.* Ezech. XXIX, 4. *Theod.* Ezech. XXXVIII, 4. – מְצִלּוֹת plur. *tintinnabula*, speciatim *aerea cymbala vel tintinnabula*, quae de *equorum collo dependebant.* Zach. XIV, 20. *Vulg. fraenum.* – מֶתֶג. 2 Reg. XIX, 28. Ies. XXXVII, 29. – *מֶתֶג, nomen proprium loci cuiusdam. *Aqu.* 2 Sam. VIII, 1. – עֲלִיצוּת, *exsultatio.* Hab. III, 13. χαλινοὺς αὐτῶν, ubi nonnulli statuunt eos legisse מְצִלּוֹתָם, coll. Zach. XIV, 20. *Cappellus* in *nott. critt.* p. 115. suspicatur, LXX retinuisse vocem hebr. עֲלִיצוּתָם, et scripsisse γαλιοουτὸμ, quod postea mutatum fuerit librariorum audacia in χαλινοὺς αὐτῶν. Potest tamen et aliud coniici. עָלַץ Prov. XI, 10. redditur κατορθῶσαι, *dirigere.* Quia autem equi fraenis et habenis reguntur atque diriguntur, hinc forte putarunt, עֲלִיצוּת significare *fraena*, χαλινούς. Vide quoque infra in v. χλαῖνα. – רֶסֶן. Iob. XXX, 11. Ps. XXXI, 12. Vide quoque 2 Macc. X, 29.

ΧΑ'ΛΙΞ, *acervus lapidum, qui una manu tolli possunt, silex, lapillus.* אֶבֶן, *lapis.* Iob. VIII, 17. ἐν μέσῳ χαλίκων ζήσεται, in medio *silicum* vivet. – חָצָץ, *scrupus.* Prov. XX, 20. – רֶגֶב, *gleba.* Iob. XXI, 33. χάλικες χειμάῤῥου, *lapilli torrentis. Vulg. glarea.* Adde *Theodot.* Iob. XXXVIII, 37. sec. *Montf.* in *Lex. hebr.* s. v. רגב, nam in notis hexaplaribus ad h. l. nihil annotatur. Praeterea legitur *Sirac.* XXII. v. 18. sec. cod. *Alex.* ubi reliqui libri χάρακες habent. *Hesych.* χάλικες, οἱ εἰς τὰς οἰκοδομὰς μικροὶ λίθοι. *Suidas*: χάλιξ, μικρὸν λιθίδιον. *Lex. vet.* χάλιξ, *silex, cementum.*

ΧΑΛΚΕΙ'ΟΝ, *ahenum.* סִיר, *olla.* 2 Par. XXXV, 13. Iob. XLI, 23. ubi χαλκεῖον *vas aereum, ad calefaciendam aquam aptum* notat. Conf. 3 Esdr. I, 11.

ΧΑ'ΛΚΕΙΟΣ, *aeneus, aereus.* נְחוּשׁ. Iob. VI, 12. XX, 24.

**ΧΑ'ΛΚΕΙΑΙ ΠΕ'ΔΑΙ*, *aeneae compedes.* נחשת, *idem.* Iud. XVI, 21. sec. *Vat.* Adde Ierem. XXXIX, 7. ubi in cod. *Syr. Hex. Mediol.* quidem legitur χαλίκαις, sed, ut iam observatum est a Doct. *Norbergio*, reponendum est χαλκίαις vel χαλκείαις, ita ut πέδαις supplendum sit.

ΧΑ'ΛΚΕΟΣ, contr. οῦς, *aereus, ex aeneo, ex aere factus.* אָפִיק, *robustus, validus.* Iob. XLI, 6. κόπιδες χαλκαι. *Vulg. scuta fusilia.* – נְחוּשׁ. 2 Sam. XXII, 35. Ps. XVII, 37. Mich. IV, 13. – נחשׁ : נְחָשָׁא chald. Dan. II, 32. IV, 12. 20. V, 4. – נְחֹשֶׁת, *aes.* Exod. XXVI, 11. 37. XXVII, 3. et alibi saepius. Levit. XXVI, 19. dicitur de *terra, quae humoris et succi inopia nihil ex sese profert.* Conf. et Deut. XXVIII, 23. Praeterea legitur Iob. XLI, 19. ubi χάλκεον post τόξον vel de suo addiderunt, vel est alius interpretis, qui pro בֶּן קֶשֶׁת legit בִּנְחֹשֶׁת. Fortasse etiam χάλκεον ex antecedente versu irrepsit. Possit quoque coniici, legendum esse τόξου βέλος, vel τόξῳ βάλλων. – Vide alibi πέδαι.

ΧΑΛΚΕΥ'Σ, *faber aerarius.* חָרָשׁ, *faber, artifex.* 2 Par. XXIV, 12. Ies. LIV, 16. – חֹרֵשׁ part. *fabricans, fabricator.* Gen. IV, 21. – צֹרֵף, *fusor, aurifaber.* Nehem. III, 32. Ies. XLI, 7. *Hesych.* χαλκεὺς, πᾶς τεχνίτης, καὶ ὁ ἀργυροκόπος, καὶ ὁ χρυσοχόος.

ΧΑΛΚΕΥ'Ω, *aerariam artem tracto, aes exerceo et malleo tundo, fabricor.* לָטַשׁ, *polio.* 1 Sam. XIII, 20.

ΧΑΛΚΟΠΛΑ'ΣΤΗΣ, *faber aerarius, qui ex aere statuas aut alia opera fingit.* Sap. XV, 9.

*ΧΑΛΚΟ'Σ, adi. *aeneus.* Hinc χαλκαὶ πέδαι, *compedes aeneae.* Iud. XVI, 21. hebr. נְחֻשְׁתַּיִם respondet.

ΧΑΛΚΟ'Σ, *aes.* נְחֻשָׁה foem. ex נָחוּשׁ. Iob. XXVIII, 2. XLI, 19. – נְחָשׁ : נְחָשָׁא *chald.* Dan. II, 35. IV, 2. – נְחֹשֶׁת. Gen. IV, 21. Exod. XXV, 3. et alibi saepius. Interdum, ut latinorum *aes*, notat quoque *pecuniam, argentum*, v. c. Ep. Ierem. v. 50. ubi *Syrus* vertit *argentum.* Vide Matth. X, 9. Marc. VI, 8. *Hesych.* χαλκοῦς, τοῦτο ἐπὶ χρυσοῦ καὶ τοῦ ἀργυροῦ ἔλεγον. Vide *Fischeri Prolus. de vitiis Lex. N. T.* p. 270. et *Stephanum* in *Thes.* s. h. v. 3 Esdr. VIII, 57. coll. Esdr. VIII, 27. Sir. XII, 10. ubi *Vulg. aeramentum*, h. e. *vas ex aere factum*, quod licet splendeat et politum sit, facile tamen aeruginem contrahit.

*ΧΑ'Μ, *Cham.* Filius Noachi. כְּנַעַן. Gen. IX, 25. Sed legendum ibi χαναάν, ut legitur apud *Philon.* de *resipisc. Noae* T. I. ed. *Mang.* p. 897. Videtur haec lectio vitiosa ex compendio scribendi orta.

ΧΑΜΑΙ', *humi.* אַרְצָה, *terram versus.* Iob. I, 20. Dan. VIII, 12. et Dan. II, 46. sec. cod. *Chis.* ubi nihil in textu respondet. Vide et Iudith. XII, 14. XIV, 17. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* χαμαὶ, εἰς γῆν.

ΧΑΜΑΙΛΕ'ΩΝ, *chamaeleon.* Est genus animantis admodum simile lacertae, colorem rei, cui adhaerescit, maxime si metu corripiatur, induens. Vide *Aristotelem* lib. II. *hist. anim.* c. 11. et *Plin.* lib. VIII. c. 33. כֹּחַ, *lacerta.* Lev. XI, 30. – קָאַת, *pelecanus.* Soph. II, 14. ubi tamen nihil est

verosimilius, quam ordinem verborum apud LXX perturbatum esse, ut loco χαμαιλέοντες reponendum sit κόρακες, et κόρακες loco χαμαιλέοντες, adeoque χαμαιλέοντες ad ינשוף referendum sit. *Hesych.* χαμαιλέων, ζῶον ὠτόκον καὶ πεζόν. *Suidas:* χαμαιλέων, ζῶον εἰς πάντα τὴν χροιὰν μετατρέπον, πλὴν λευκοῦ. Plura de illo vide apud *Allatium* in not. ad *Eustathii Hexaemeron* p. 163. sequ. et *Bochartum* in *Hieroz.* P. I. lib. IV. c. 6. qui putat, ex Punico גמליון, *gamalion*, posse deflexum esse, *quia camelei gibbum in dorso habeat*, quod Arabes observent.

ΧΑΜΑΙΠΕΤΗ'Σ, *humi prostratus.* 3 Esdr. VIII, 93. hebr. מִתְנַפֵּל, coll. Esdr. X, 1. *Suidas:* χαμαιπετής, χαμαὶ ἐῤῥιμμένος.

ΧΑΜΩ'Ν. Vide in v. χαυῶνες.

ΧΑΜΩ'Σ, *Chamos*, idolum Moabitarum, כְּמוֹשׁ. Ierem. XLVIII, 7. Ad quem locum *Olympiodorus:* χαμώς, εἴδωλον Μωαβιτῶν. *Zonaras Lex.* 1840. s. v. χαμώς: χαμώς, εἴδωλον, βδέλυγμα. *Suidas:* χαμώς: θεὸς ἦν Τυρίων καὶ Ἀμμανιτῶν, ὥσπερ ἡ Ἀστάρτη θεὸς Σιδονίων, ἣ ἐλάτρευον Σολομῶν. ubi per Amanitas intelligitur procul dubio gens Nabataeorum Arabum, qui alias Ἀμμανῖται per duplex μ dicuntur. Vide *Stephanum* de *Urb.* v. Ἀμάνον, et quae ex *Iosepho* ibi in notis observantur. Plura de illo vide apud *Seldenum* de *Diis Syr. Synt.* I. c. 5. p. 165.

ΧΑΝΑΑ'Ν, *Chanaan*, nomen regionis, it. *mercator*, כְּנַעַן. Ps. CV, 36. Hos. XII, 7. χαναάν, ἐν χειρὶ αὐτοῦ ζυγὸς ἀδικίας, *mercator*, in manu eius statera iniusta. Vide et Soph. I, 12. et conf. Ies. XXIII, 8. ubi כִּנְעָנִים LXX sunt ἔμποροι. — כְּנַעֲנִי. Ezech. XVI, 3.

ΧΑΝΑΑΝΙ'ΤΙΣ, *Chanaanitis.* Legitur Zach. XI, 7. ubi verba εἰς τὴν χαναανῖτιν (Alex. χαναανῖτιν. B. γῆν χαναάν.) respondent hebr. לָכֵן עֲנִיֵּי הַצֹּאן, *profecto afflictos pecoris*, ut adeo legerint לִכְנַעֲנֵי אֶרֶץ, quae lectio generat praeclarum sensum. *Semlero* videtur ibi esse ipsum nomen hebr. graecis literis scriptum.

ΧΑΝΑΝΑΙ'ΟΣ, *Chananaeus*, it. *mercator.* כְּנַעֲנִי. Gen. XXXVIII, 2. Zach. XIV, 21. Prov. XXXI, 24. ubi appellative sumitur pro *mercatoribus*, quia Chananaei mercatores primi et maximi erant. — כְּנַעֲנִים. *Symm.* Iob. XI, 25. χαναναίων, ubi *Aquila* μεταβόλων habet. Sed sunt ibi nomina Intt. permutata. — סָבְאָם, *vinum eorum.* Hos. IV, 19. Legerunt hic סְבָאִים, *Sabaei*, quos cum Chananaeis confuderunt, quod utrique a Cham sint oriundi. Conf. ad h. l. *Pocockium* p. 232. *Gloss. Graec.* in *N. T.* ed. *Alberti:* χαναναῖοι, μετάβολοι.

ΧΑ'ΟΣ, *hiatus*, *vorago.* גַּיְא, *vallis*, etiam *fossa*, coll. arab. جوء, unde et chald. גיאוח in *Lex. Aruch. fossae*

aquarum exponuntur. Hinc et *Chald.* Mich. I, 6. חילא. Zach. XIV, 4. χάος μέγα σφόδρα, magnus valde *hiatus*. Mich. I, 6. κατασπάσω εἰς χάος τοὺς λίθους αὐτῆς, deiiciam in *hiatum* lapides eius. Sic vocatur ibi *vasta vorago* s. *profunda vallis* Samariae subiecta. Forte vox haec graeca ab ista hebraica est deducta. *Hesych.* χάος, χώρησις, καὶ τὸ κενὸν, ἀπὸ τοῦ κεχύσθαι, ἢ σκότος.

ΧΑΡΑ', *gaudium*, *laetitia*, *exultatio*. גיל, *exultatio*. Ioel. I, 16. – חדוה, Nehem. VIII, 12. – מחול, *chorus*. Ps. XXIX, 14. Conf. ad h. l. *Fulleri Miscell. Sacr.* lib. III. cap. 9. p. 327. ubi pro χαρὰν legandum censet χορὸν, quam lectionem *Grabius* quoque in textum recepit. Verosimilis quidem est haec coniectura, inprimis ob locum parallelum Thren. V, 15. Sed cum vox hebraica per synecdochen *omne laetitiae genus* designet, atque χαρὰν hoc modo bonum det sensum, LXX Interpretibus lectionem receptam χαρὰν tribuendam indico, pro qua praeterea pugnant *Syrus*, *Arabs*, *Aethiops*. – משוש, Ies. LXVI, 10. Thren. V, 15. – משתה, *convivium*. Esth. IX, 18. 19. – רנה, *cantus*. Ies. LV, 12. – שחוק, *risus*. Ps. CXXV, 2. – שלום, *pax*. Ies. LV, 12. – שמחה, 1 Par. XXIX, 22. Esth. VIII, 17. Ps. XX, 6. – ששון, *gaudium*. Ierem. XVI, 8. XXV, 10. Ioel. I, 12. *Hesych.* χαρά, ἡδονὴ, ἀγαλλίασις, εὐφροσύνη. *Suidas:* χαρά, ἡδονὴ, εὐφροσύνη, τέρψις.

'ΕΝ ΧΑΡΑ͂Ι 'Ε'ΙΜΙ', *in gaudio sum*. רנן, *canto*. Prov. XXIX, 6.

ΧΑΡΑ'ΔΡΙΟΣ, *avis*, *quae in salebris et alveis torrentium degit*. Vide *Aristotel. hist. anim.* lib. VIII. c. 3. ubi *Gaza rupicem* vertit, *quasi qui in rupibus niduletur*. Idem lib. IX. c. 11. ubi *Gaza charadrium* reddit, sed addit, quam latine *hiaticulam* dicere possumus, quod circa fluminum alveos et rivorum charadras seu hiatus riparum versari soleat. Meminit et *Plutarchus* lib. V. *Symp. quaest.* 7. et *Suidas* in *Hipponacte*. Scribitur quoque χαλάνδριον et χαλάδριον. – אנפה, *ardea*. Lev. XI, 19. Deut. XIV, 18. Conf. *Eustathium Hexaem.* p. 40. et *Leon. Allatii* notas ad eundem p. 187. *Bochartum Hieroz.* P. II. lib. 2. c. 30. p. 340. *Tychsenium* ad *Physiologum Syrum* p. 88. sequ. et *Suiceri Thes. Eccles.* s. h. v.

ΧΑΡΑΚΟΒΟΛΙ'Α, *iactus seu constructio aggeris*. שפך סללה infin. *diffundendo aggerem*. Ezech. XVII, 17. Male *Sopingius* ad *Hesych.* s. v. χάρακα coniicit legendum ἐν χαρακώματι.

ΧΑΡΑΚΟ'Ω, *vallo communio*, *circumvallo*, *obsideo*. בלס, *vellico*. *Theod.* Amos. VII, 14. χαρακῶν συκομόρους, h. e. *pedimentis fulciens sycomoros*, vel *vallans* s. *fossa muniens*. Num pro χαρακῶν legendum potius est χαράσσων,

incidens? Nam sec. Avicennam non maturescit fructus, nisi incidatur ungue ferreo. Cf. Warnekros hist. natur. sycomori §. 19. - הִכָּה Hiph. a נָכָה, percutio. Inc. 1 Reg. XV, 27. ἐχαράκωσεν. Sed vide infra s. χαρύσσω. - סִקֵּל Pih. elapido, lapides amoveo. Ies. V, 2. Sic etiam multi Intt. h. l. סִקֵּל per circumsepire interpretati sunt LXX et Vulg. secuti. Sed LXX speciem providae et liberalis curae vinitorum, quae est in circumseptione vineae, ne vites a feris animalibus aut viatoribus laedantur (Conf. Psalm. LXXX, 13. sequ.), pro altera libere posuerunt. - צוּר. Ierem. XXXII, 2. δύναμις βασιλέως Βαβυλῶνος ἐχαράκωσεν ἐπὶ Ἱερουσαλήμ, exercitus regis Babylonis obsidebat Hierosolyma. Hesych. ἐχαράκωσεν, ἐκύκλωσεν, ἐπολιόρκησεν. Symm. Ies. XXIX, 3.

ΧΑΡΑΚΤΗ'Ρ, character, nota, signum, forma, item ritus. צָרֶבֶת, cicatrix. Lev. XIII, 28. ὁ γὰρ χαρακτὴρ τοῦ κατακαύματός ἐστι, est enim nota adustionis. Sic Eurip. Hecuba v. 379. δεινὸς χαρακτὴρ κἀπίσημος ἐν βροτοῖς, ἐσθλῶν γενέσθαι. - צוּרָה, forma. Aqu. Ps. XLVIII, 15. χαρακτὴρ αὐτῶν κατατρίψαι ᾅδην. Loco χαρακτὴρ rectius scribetur χαρακτῆρα, et pro κατατρίψαι ᾅδην reponendum erit κατατρίψει ᾅδης. Posset quoque scribi κατατρίψεται. Certe Hieronymus habet: et figura eorum conteretur. Caeterum Aquila vocem hebr. a צִיֵּר, formavit, vel a צוּר, idem interdum significante, deduxit. Herodot. I, 116. χαρακτὴρ τοῦ προσώπου est forma faciei. Diod. Sic. lib. I. p. 58. τῆς ὄψεως χαρακτῆρας vacat lineamenta faciei. 2 Macc. IV, 10. ἐπὶ τὸν Ἑλληνικὸν χαρακτῆρα τοὺς ὁμοφύλους μετῆγε, ad Graecanicum ritum contribules suos transtulit. 4 Macc. XV, 4.

ΧΑΡΑ'ΚΩΣΙΣ, circumvallatio, vallum. מָצוֹר, munitio. Deut. XX, 20. οἰκοδομήσεις χαράκωσιν ἐπὶ τὴν πόλιν, construes vallum (scil. castrense, turres ligneas et similia) contra civitatem.

ΧΑ'ΡΑΞ, vallum, agger, quo castra muniri solent. גֵּיא, vallis. Al. 1 Par. IV, 14. χάρακος τεκτόνων. N. L. - כָּרִים plur. ex כַּר, duces exercitus, it. arietes. Ezech. XXI, 22. τοῦ βαλεῖν χάρακας ἐπὶ τὰς πύλας αὐτῆς, ut mittat arietes adversus portas eius. Ita Bielius, et recte: nam χάραξ latissime patet, et omnes machinas, quibus in obsidione utuntur, adeoque quibus muri oppugnantur, notat. Cappello in notis critt. ad h. l. p. 552. videntur LXX propter affinitatem soni inter כַּר et χάραξ ita vertisse, quia nempe solent voces hebraicas per graecas soni vicini, licet significationis diversae, reddere. - מָגוֹר, metus. Ies. XXXI, 9. ὡς χάρακι. Loco מָגוֹר, prae timore, legisse videntur כְּמָגוֹר, et גוּר in notione colligendi acceperunt, quam habet גּוּר, ut docuit Simonis Lex. hebr. p. 320. sequ. Alii statuunt, eos legisse מָצוֹר. - מַצָּב, statio, castra. Ies. XXIX, 3. βαλῶ περὶ σὲ χάρακα, circum-

dabo te *vallo*. Conf. Luc. XIX, 43. et ad h. l. *Raphelii annotatt. ex Polybio* p. 227. sequ. - מָצוֹר, *munitio*. Cohel. IX, 14. - מְצוּרָה, idem. Deut. XX, 19. - סֹלְלָה. Ies. XXXVII, 33. Ez. IV, 2. XXVI, 8. *Al.* 1 Sam. XX, 15. Sir. XXII, 22. ubi χάρακες sunt *valli*, h. e. *firmiores pali, quibus vites alligantur*. Latini *pedamentum* dicunt et *statumen*. Vide ad h. l. *Grotium*. 2 Macc. XII, 17. εἰς τὸν χάρακα. Possis τὸν χάρακα appellative *castra vallo munita* interpretari. Syriaca tamen versio ut nomen loci proprium sumit iisdemque literis scribit, quibus Arabes *Caracam seu Montem Regium*. *Suidas*: χάρακα, χαράκωμα, περίφραγμα, χαράκωμα, ὃ περιεβάλλοντο τινὲς ἐπὶ σωτηρίᾳ. *Lex. MS. Bibl. Coisl.* p. 602. χάρακα, περίφραγμα, τειχομαχίας, ἑλεπόλεις.

ΧΑΡΑ'ΣΣΩ, ΤΤΩ, *insculpo, incido*. *הִכָּה Hiph. a נָכָה. 1 Reg. XV, 27. ἐχάραξε, ubi *Compl.* habet ἐπάταξεν, quod in *Hexaplis Incerto Int.* tribuitur. *Bielius* ex mera coniectura, sed non necessaria, substituit ἐχαράκωσε, deceptus sine dubio iis, quae in eadem nota hexaplari leguntur: Ἄλλος καὶ ἐπεχαράκωσε. Non autem sollicitanda mihi videtur lectio impressa, nam הִכָּה etiam *caedendi* et *secandi* notionem habet. - רַע, *malus*. 2 Reg. XVII, 11. ubi notandum est in textu hebr. legi וַיַּעֲשׂוּ דְּבָרִים רָעִים, quae LXX transtulerunt καὶ ἐποίησαν κοινωνοὺς καὶ ἐχάραξαν. Sc., si quid video, exponere voluerunt liberiore sua hac versione, in quonam fuerint male facta, quorum Israelitae h. l. incusantur, nempe in eo, quod se participes reddiderint idololatriae gentilium, et fabricaverint s. sculpserint simulacra idolorum. Plene scribere proprie debuissent καὶ ἐποίησαν ἑαυτοὺς κοινωνοὺς (sc. gentibus, quae in antecedentibus commemorantur) καὶ ἐχάραξαν κ. τ. λ. Vide et Sir. L, 29. 3 Macc. II, 29.

*ΧΑΡΙ'ΕΙΣ, *venustus, iucundus, gratiosus*. 4 Macc. VIII, 2. ἐν παντὶ χαρίεντες, *omni decore et gratia splendidi*. Conf. *Zonarae Lex.* col. 1841. *Hesych.* χαρίεν, καλὸν, ἀγαθὸν, ἀστεῖον, ὡραῖον. Idem; χαρίεντα, καλὰ, κεχαριτωμένα.

ΧΑΡΙ'ΖΟΜΑΙ, *dono, largior, do, gratificor*. חָנַן. *Aqu.* Gen. XXXIII, 5. ἐχαρίσατο, *largitus est*. Sir. XII, 3. τὴν ἐλεημοσύνην μὴ χαριζομένῳ, eleemosynam non *danti*. 2 Macc. I, 35. pro οἷς ἐχαρίζετο *Grotius*, cui quoque assentitur *Houbigantius*, legere mavult οἷς ἐχρήσατο, *quorum opera usus fuerat*. 2 Macc. III, 33. σοὶ κεχάρισται τὸ ζῆν ὁ κύριος, tibi *donavit* vitam Dominus. Vide et 2 Macc. IV, 32. VII, 22. et conf. Luc. VII, 21. Act. XXVII, 24. Rom. VIII, 32. Adde *Aelianum V. H.* IX, 1. ubi χαρίζεσθαι opponitur τῷ λαμβάνειν, et *Philonem* de *Charit.* p. 701. e. coll. 702. a. ubi δωρεῖσθαι idem est, quod antea χαρίζεσθαι.

ΧΑ'ΡΙΣ, *gratia*, *suavitas*, *elegantia*, *venustas*, *oblectatio*, *beneficium*, *remuneratio beneficii*, *praemium*. גְּדוּלָּה, *magnificentia*. Esth. VI, 3. τίνα δόξαν ἢ χάριν ἐποιήσαμεν τῷ Μαρδοχαίῳ; quem honorem aut quam *gratiam*, seu quod *praemium* contulimus in Mardochaeum? Conf. *Elsnerum* ad Luc. VI, 32. p. 207. – חֵן. Gen. VI, 8. εὗρε χάριν ἐναντίον Κυρίου, invenit *gratiam* coram Domino. Vide et Gen. XVIII, 3. XXX, 27. Exod. XXXIII, 16. εὕρηκα χάριν παρά σοι, inveni *gratiam* apud te. Vide et Esth. II, 16. 17. et conf. Luc. I, 30. Num. XI, 11. εὕρηκα χάριν ἐνώπιόν σου. Vide et Esth. V, 7. VII, 3. et conf. Act. VII, 46. Ps. XLIV, 3. ἐξεχύθη χάρις ἐν χείλεσί σου, effusa est *gratia* in labiis tuis, h. e. *suavitas sermonis* copiose tibi concessa est. Vide et Cohel. X, 12. et infra notata ex Prov. X, 33. Sic χάρις alias etiam de *sermonis suavitate* usurpatur. *Homer. Od.* θ', v. 175. ἀλλ' οὔ οἱ χάρις ἀμφιπεριστέφεται ἐπέεσσιν. Et *Dio Chrysostomus Orat.* LIII. de *Homero* agens τὴν μὲν ἡδονὴν καὶ χάριν τὴν τῶν ἐπῶν laudat. Conf. et Luc. IV, 22. coll. III, 16. IV, 6. *Wolfium* ad *Luc.* l. c. p. 611. et ad Ephes. IV, 29. p. 113. Prov. I, 9. στέφανον χαρίτων, coronam *ornatissimam*, *elegantissimam*. Vide et Prov. IV, 9. ac supra s. v. στέφανος. Prov. III, 22. καὶ χάρις ᾖ περὶ σῷ τραχήλῳ, et *ornamentum* sit circa collum tuum. Prov. V, 19. πῶλος σῶν χαρίτων, pullus tuus *suavissimus*. Prov. XIII, 16. σύνεσις ἀγαθὴ δίδωσι χάριν, intellectus bonus dat *oblectationem*, s. conciliat *gratiam*. Conf. Eph. IV, 29. Prov. XVII, 8. μισθὸς χαρίτων, merces *gratissima*. Prov. XXVIII, 23. χάριτας ἕξει, *gratias* habebit. Zach. XII, 10. πνεῦμα χάριτος καὶ οἰκτιρμοῦ, spiritum *gratiae* et misericordiae. *Symm. Theod.* Prov. V, 19. ἔλαφος χάριτος, cerva *suavissima*. – חֶסֶד, *benignitas*. Esth. II, 9. *Theod.* Prov. XXXI, 26. νόμος χάριτος ἐπὶ γλώσσῃ αὐτῆς, lex *grata*, *suavis*, *iucunda*, in lingua eius. – טוֹב, *bonum*. Prov. XVIII, 22. qui nactus est uxorem bonam, εὗρε χάριτας, invenit rem *suavissimam* s. *optimam*, ubi χάριτας *bonum* notat, *pro quo gratiae agendae ac persolvendae sunt*. *Symm.* 2 Sam. II, 6. – רַחֲמִים plur. ex רַחַם, *miserationes*. Gen. XLIII, 14. Dan. I, 9. sec. cod. *Chis.* – רָצוֹן, *benevolentia*. Prov. X, 33. χείλη ἀνδρῶν δικαίων ἀποστάζει χάριτας, labia virorum iustorum destillant *iucundissima* s. *gratiosa*, *id quod placet*. Conf. Sir. XX, 12. XXI, 18. Praeterea legitur Prov. XXX, 7. ubi voci χάρις in notione *beneficii* nihil respondet in textu hebraico. Tob. I, 13. ubi χάρις καὶ μορφὴ per Hendiadyn est χάρις τῆς μορφῆς, *forma placens*. *Münsterus* tamen μορφὴν per חֶסֶד, *favorem*, transtulit, ac *Fagius* praeterea addidit רַחֲמִים, *miserationes*. Vide ad h. l. *Drusium*. Esth. XV, 17. τὸ πρόσωπόν σου χαρίτων μεστόν, facies tua est admodum *gratiosa*. Sirac. VII, 33. χάρις δόματος κ. τ. λ., donum gratum est omni viventi, seu, ut *Tigurina*, *gratiosa*

est apud vivos omnes beneficentia. Sirac. VIII, 16. ubi *Houbigantius* χάριν ex hebr. חסד per *opprobrium* reddidit. Sirac. XVII, 22. *benignitas*, *miseratio*, *beneficium*, i. q. ἐλεημοσύνη in antecedentibus. Sirac. XX, 13. χάριτες, *verba gratiosa*, *facetiae*, *lepores*, *quibus aliorum gratiam captare studemus*. Sirac. XXI, 16. χάρις, *lepor*. Sir. XXIV, 20. ὡς ἄμπελος βλαστήσασα χάριν, tanquam vitis *pulchre germinans* s. *fructus suavissimos producens*. *Complut.* habet εὐωδίαν (*Vulg. suavitatem odoris*), quod mihi merum glossema esse videtur, q. d. odoram gratiam. Sir. XXVI, 15. χάρις γυναικὸς, *gratia* vel *suavitas* uxoris delectabit maritum ipsius. Sir. XXVI, 17. χάρις ἐπὶ χάριτι, h. e. *summe grata et suavis est* mulier pudica et fidelis. Sir. XXIX, 18. χάριτας ἐγγύου μὴ ἐπιλάθῃ, *beneficia* sponsoris ne obliviscaris. *Suidas*: χάριτας, τιμὰς, εὐεργεσίας. Sir. XXXV, 2. ἀνταποδιδοὺς χάριν, referens *gratiam*. Vide et Sir. XXX, 6. Apud *Hesychium* χάρις inter alia exponitur δωρεὰ καὶ ἀμοιβὴ κατὰ εὐεργεσίαν. Vide et *Elsnerum* ad Luc. VI, 32. p. 207. Sir. XL, 24. χάριν καὶ κάλλος ἐπιθυμήσει ὁ ὀφθαλμός σου, *elegantiam* et pulchritudinem desiderabit oculus tuus. Sic *Aelianus V. H.* XIII, 33. θαυμάσας τοῦ ὑποδήματος τὸν ῥυθμὸν, καὶ τῆς ἐργασίας αὐτοῦ τὴν χάριν. 2 Macc. III, 33. πολλὰς τῷ Ὀνίᾳ χάριτας ἔχε, multas Oniae *gratias* age. Tob. VII, 20. ubi χάρις est i. q. χαρὰ, *gaudium*, ut in quibusdam codd. e glossemate legitur. *Hesych.* χάρις, χαρά. Idem: πρὸς χάριν, πρὸς τέρψιν. *Suidas*: χάριν, τέρψιν. *Pindar. Olymp.* Od. VII, 8. συμποσίου χάρις. Vide quoque Ep. ad Philem. v. 7. ac *Lexicon N. T.* s. h. v. n. 10. Sir. VII, 21. ἡ γὰρ χάρις αὐτῆς ὑπὲρ τὸ χρυσίον, *praestantior* est auro. 4 Macc. V, 7. *donum*.

*ΧΑ'ΡΙΣ 'ΑΓΑΘΗ', *gratia bona*. יָצֵר, *benevolentia*. Prov. XI, 27. χάριν ἀγαθήν.

*ΠΡΟ'Σ ΧΑ'ΡΙΝ, *ad gratiam*, h. e. *gratiosus*. חָלָק, *blandus*. Ezech. XII, 24. *Hesych.* πρὸς χάριν, πρὸς τέρψιν. Confer quoque Prov. VII, 5.

ΛΟ'ΓΟΙΣ ΤΟΙ~Σ ΠΡΟ'Σ ΧΑ'ΡΙΝ 'ΕΜΒΑ'ΛΛΟΜΑΙ, *verbis blandis vel audita iucundis aggredior*. אֲמָרֶיהָ הֶחֱלִיק, *verba laevificio*, *sermonibus blandior*. Prov. VII, 5. ἐάν σε λόγοις τοῖς πρὸς χάριν ἐμβάλληται, si te verbis blandis vel auditu iucundis aggrediatur. Ita *Xenoph. Hist. Gr.* l. VI. c. 3. §. 5. οὐ πρὸς χάριν ὑμῖν ῥηθήσεται, non iucunda vobis audita erunt. Ita *Bielius*. Sed πρὸς χάριν ἐμβάλλεσθαι est ibi potius *ad amorem pellicere*.

ΧΑ'ΡΙΝ. Est quidem accusativus ex χάρις, sed adverbiascit, estque idem quod ἕνεκα, quasi εἰς χάριν, *in gratiam*, *gratia*, *causa*, *propter*. בִּגְלַל, *propter*. 1 Reg. XIV, 16. *Symm.* Mich. III, 9. Vide et Sir. XXXI, 6. 19. XXXII, 4. et alibi. Conf. *L. Bos Ellips. Gr.* p. 310.

ΧΑΡΙΣΤΗ'ΡΙΟΝ, *munus pro praestita gratia, munus, donum, praemium, quod ex gratia datur.* Est a χαριστήριος, *ad gratiarum actionem pertinens.* 2 Macc. XII, 45. *Hesych.* χαριστήρια, χαρίεντα δῶρα.

ΧΑΡΙΣΤΙΚΟ'Σ, *gratiosus.* חָנַן, *gratiam facio, gratiosus sum. Symm.* Ps. CXI, 5.

ΧΑΡΙΤΟ'ΟΜΑΙ, *gratia praeditus sum, gratia plenus sum, gratiosus, benignus sum.* חָסִיד, *gratiosus, benignus,* et תִּתְחַסָּד, *gratiosus sum, benignus sum. Symm.* Ps. XVII, 28. μετὰ τοῦ κεχαριτωμένου χαριτωθήσῃ, *cum gratioso s. benigno gratiosus* vel *benignus eris.* Ita *Bielius.* Sed pertinent potius haec *Symmachi* verba ad תָּמִים et תִּתַּמָּם, et κεχαριτωμένος est h. l. *favore divino dignus,* h. e. *pius, integer vitae;* ac χαριτόομαι est *favoris sui ac benevolentiae documenta dare,* quemadmodum תִּתַּמָּם notat *tractare aliquem tanquam integrum et perfectum. Al.* Sir. IX, 8. averte oculum ἀπὸ γυναικὸς κεχαριτωμένης, a muliere *speciosa s. compta,* ut *Vulg.* transtulit. Sir. XVIII, 17. ubi ἀνὴρ κεχαριτωμένος vulgo vertitur: *homo gratiosus,* qui cum in summa sit apud homines aestimatione, plus apud eos valet hac ratione, quam oratione blanda, aut largitione etiam profusa alii. Sed mallem legere κεχαριτωμένα, *utraque homini conciliant gratiam.*

ΧΑ'ΡΜΑ, *gaudium.* מָשׂוֹשׂ, idem. *Aqu.* Ps. XLVII, 3.

ΧΑΡΜΟΝΗ', *gaudium, laetitia.* רְנָנָה. Hebr. et LXX Iob. XX, 5. ubi *Schol.* vocem χαρμονή interpretatur ἀγαλλίαμα. Inde forte apud *Hesychium,* apud quem χαρμονή exponitur χαρὰ, συλλογὴ, pro συλλογὴ reponendum ἀγαλλίαμα. Iob. III, 7. verba μηδὲ χαρμονὴ videntur esse glossema ortum ex praecedente voce εὐφροσύνη. Ierem. XXXI, 33. sec. *Compl.* Vide quoque 3 Macc. VI, 31.

ΧΑΡΜΟΝΗ'Ν ΠΟΙΕ'Ω, *gaudium facio.* שָׂחַק, *ludo.* Iob. XL, 15.

ΧΑΡΜΟΣΥ'ΝΗ, *gaudium, laetitia.* שִׂמְחָה. 1 Sam. XVIII, 6. Ierem. XXXIII, 10. XLVIII, 33. — שָׂשׂוֹן. Ierem. XXXI, 13. 33. Vide et Iudith. VIII, 6. Baruch. IV, 16. — Vide alibi εὐχή.

ΧΑΡΟΠΟΙΕ'Ω, *gaudio afficio, exhilaro,* ut *Gloss. vett.* interpretantur. חָדָה Pih. *Symm.* Ps. XX, 7. χαροποιήσεις αὐτὸν ἐν εὐφροσύνῃ μετὰ τοῦ προσώπου σου, *afficies eum gaudiis,* quibus perfunduntur ii, qui tecum sunt et versantur.

ΧΑΡΟΠΟΙΟ'Σ, *laetificus, gaudio et laetitia afficiens,* it. *pulcher.* חַכְלִילִי, *rubicundus.* Gen. XLIX, 12. ubi tamen alii pro χαροποιοὶ rectius χαροποί. Vide mox in χαροπός, ac *Amersfoordt Diss. Phil. de variis lectionibus Holmesianis in Pentateucho* p. 99. Caeterum occurrit vox χαροποιός apud *Eurip. Hec.* 917. *Schol. Soph. Aiac.* 523.

ΧΑΡΟΠΟ'Σ, *fulvus*, *rutilus*, et, de oculis si dicitur, est vel *caesius*, quales oculi referuntur ad pulcritudinem, vel *torvus*, *flammeus*, *ferox*, in qua significatione inprimis apud poetas Graecos, praeeunte *Homero* ac *Aristotele Phys.* c. 5., tribuitur leonibus ob insitam ferociam. חַכְלִילִי, *rubicundus*. *Inc.* Gen. XLIX, 12. χαροποὶ οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ ἀπὸ οἴνου, *rutili oculi eius a vino*. *Schol.* ad h. l. χαροποὶ, θερμοὶ, διάπυροι, φοβεροί. *Archelao* exponitur *suffusi*, *Augustino fulvi et fulgentes*. Vide *Flam. Nobilium* ad Gen. l. c. et *Grabium* Diss. de *Vitiis LXX Intt.* p. 56. ubi etiam observat, quod oculi χαροποὶ ad differentiam nigrorum vel alius coloris saepius memorentur ab *Aristotele* in *libris de historia et generatione animalium*. Vide quoque *Aristotelis Physiognomonicon* p. 37. et 145. *Scriptt. Physiognomoniae vett.* ed. *Franzii*. — חַכְלִלוּת, *rubedo*. *Symm.* Prov. XXIII, 29. τίνος χαροποὶ οἱ ὀφθαλμοί. *Hesych.* χαροπός, περιχαρής, γλαυκός, ξανθός, φοβερός. χαροπὰν, ξανθὸν, γλαυκὸν, φοβερὸν, περιφερῆ, vel potius περιχαρῆ. Adde *Theocrit. Idyll.* XX, 25.

*ΧΑ'ΡΡΑ. Legitur haec vox 3 Esdr. V, 55. sec. cod. *Vat.*, ubi in Cod. *Alex.* et *Ald.* scribitur χάρρα. *Bretschneiderus* in *Spicil.* p. 270. putat legendum esse χάραγμα s. χαράγματα, *nummi*, *monetae*, quia Esdr. III, 7. legitur שמן, quod h. l. non est *oleum* vertendum, sed eo sensu accipiendum, quo Chald. [illegible], et Syr. [illegible], *semissis*, *quadrans*, hoc autem loco, posita specie pro genere, *pecunia* simpliciter.

ΧΑΡΤΗΡΙ'Α, *chartaria*, sc. *officina*, etiam *ipsa charta*. Sic legitur 3 Macc. IV, 16. (20.) τὴν χαρτηρίαν ἤδη καὶ τοὺς γραφικοὺς καλάμους ἐκλελοιπέναι. Conf. quae ad h. l. ex *Plinio* XVIII, 10. notat *Grotius*.

ΧΑ'ΡΤΗΣ, *charta*, *volumen*. מְגִלָּה, idem. Ierem. XXXVI, 23. πᾶς ὁ χάρτης, totum *volumen*. Conf. locum *Theopompi* v. χαρτίον. Sic apud Latinos etiam *charta* pro *volumine* occurrit. *Catullus* ab initio: *omne aevum tribus explicare chartis*. Sic quoque accipi debet locus *Sereni Samonici*: *Tertia namque Titi simul et centesima Livi charta*. Vide *Is. Vossium* de *LXX Intt.* p. 67. et in *Catull.* p. 5. — Vide alibi τόμος.

ΧΑΡΤΙ'ΟΝ, *chartula*, *charta*. מְגִלָּה, *volumen*. Ierem. XXXVI, 2. λάβε σεαυτῷ χαρτίον βιβλίου, sume tibi *volumen* libri. Vide et v. 4. 6. 14. Ita *Theopompo* apud *Longin. de sublim.* sect. 43. χάρται βιβλίων.

*ΧΑΣΕΛΕΥ'. Est nomen mensis, qui fere nostro Novembri respondet, et Zach. VII, 1. dicitur כִּסְלֵו, quod hoc mense sidus כְּסִיל oritur. 1 Macc. IV, 52. 2 Macc. I, 9. 18. et X, 6.

ΧΑ'ΣΚΩ, *hisco, dehisco, ore hiante appeto; aperio.* 3 Esdr. IV, 19. χάσκοντες τὸ στόμα θεωροῦσιν αὐτὴν, *aperiente ore aspiciunt illam.* Vide et v. 31. *Hesych.* χάσκοντες, ἀνοίξαντες. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* χάσκοντες, ἀνοιγοστομοῦντες.

ΧΑ'ΣΜΑ, *hiatus, vorago.* בְּרִיאָה, *creatura.* Num. XVI, 30. ἐν χάσματι, *in hiatu. Scharfenbergius* ad h. l. reponere mavult φάσματι, quod vide supra. Mihi autem videtur esse alius interpretis, qui respexerit ad ea, quae postea evenerunt, cum hiatu terrae absorptus est Core. Conf. *Gregor. Nyss.* in *Cat. Nicephori* p. 1276. et *Theodoret. Quaest.* 33. p. 241. ed. *Hal.* nec non *Iosephum A. I.* IV, 3, 2. p. 201. *Hav.* Legitur praeterea 2 Sam. XVIII, 17. ubi verba εἰς χάσμα μέγα desumta videntur ex *Ioseph. A. I.* VII, 10, 2. *Hesych.* χάσμα, στόμα, ἢ σχίσμα τῆς γῆς. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* χάσμα, σχίσμα, χάος. Conf. *Lex. N. T. s. h. v.* et *Raphelium annot. Herodot.* ad Luc. XVI, 26. p. 262. Adde *Aelianum V. H.* III, 18.

ΧΑΥ͂ΝΟΣ, *laxus, fungosus, mollis, diffusus, expansus, tenuis.* Sap. II, 3. πνεῦμα διαχυθήσεται, ὡς χαῦνος ἀὴρ, spiritus diffundetur, tanquam aer expansus.

ΧΑΥΝΟ'Ω, *dissolvo, emollio.* מָגַג Pih. *Symm.* Ps. LXIV, 11. χαυνώσεις, *emollies.*

ΧΑΥΩ͂Ν, *panis admixto oleo subactus, qui subactione fungosus fieri et laxus creditur,* quasi χαυνών. Est autem potius ipsa vox hebr. כַּוָּנִים plur., *liba, placentae effigiatae* (*quibus fortasse impressa erat imago idoli*), *pastae.* Ierem. XLIV, 19. ἐποιήσαμεν αὐτῇ χαυῶνας, fecimus illi placentas: ubi *Sopingius* non audiendus est, qui ex *Hesychio* (apud quem potius rescribi debet χαυῶνες. Certe *Phavorinus* in suo exemplari ita habuit.) reponit χαυνῶνας. *Suidas:* χαυώνας (scr. χαυῶνας), ἄρτους ἐλαίῳ ἀναφυραθέντας (quos *Aristophanes Plut.* 158. φαιστοὺς vocat, et ibid. v. 680. πόπανα) κριθίνους, ἢ λάχανα ὀπτά. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* χαυῶνας, τὰ ἐκ στέατος γινόμενα πέμματα, ἢ στέαρ. Similiter *Gloss. MS.* in *Prophetas:* χαυῶνας, στέαρ, ἢ τὰ ἐκ στέατος γινόμενα. *Al.* Ierem. VII, 17. τρίβουσι σταῖς, τοῦ ποιῆσαι χαυῶνας τῇ στρατιᾷ τοῦ οὐρανοῦ, terunt similam, ut faciant *placentas* exercitui coeli. *Francof. ed.* ibi habet χαμῶνας, al. καυῶνας, al. χαβῶνας. Unde et apud *Hesych.* χαμῶνας, στέαρ, ἢ τὰ ἐκ στέατος τικτόμενα. Lege: γινόμενα. Vide *Hesychium* post χαμαιευνάδες. Apud eundem: χαβῶνες, στέθια (lege στέατα) ὀπτώμενα ὑπὸ (scribendum videtur ἀπὸ) ἀλεύρου. *Etymologus* habet χαυῶνας, et apud *Hesychium* χαυνῶνες etiam sunt ἄρτοι ἐλαίῳ ἀναφυραθέντες. Vera autem lectio apud LXX procul dubio est χαυῶνας. Nam hoc cum hebr. כַּוָּנִים magis convenit, et in Codd. bonae notae legitur. Depravatum autem illud in χαβῶνας et χαμῶνας, quod litera υ in codd. manu exaratis

τῷ β saepe valde similis sit, et β etiam facile pro μ accipi possit, quemadmodum et inde apud *Hesychium* pro Ὠβώβ habemus Ὠβώμ. Cumque χαμῶνάς imperitus aliquis librarius scripserit, alius inde facile χάνωνας et χαυνῶνας arripere, immo etiam χαμῶνας in καυῶνας facile degenerari potuit. Caeterum *Theodoritus* in *Catena Ghislerii* ad *Ier.* l. c. χαυῶνας vel, ut ipse vitiose scribit, χαβῶνας interpretatur πέμματά τινα ἔνδον ἔχοντα κώνους καὶ στεφανίδας (*Ghislerius* legendum coniicit ἀσταφίδας) καὶ ἕτερα τοιαῦτα. *Hieronymus* ad eund. loc.: *Mulieres conspergunt adipem cum farina, ut faciant* χαυῶνας, *quas nos placentas interpretati sumus, sive praeparationes. Vitringa Comm.* in Ies. LVII, 6. p. 753. b. intelligit *liba melle condita*, πόπανα *dicta Aristophani et Luciano, quae diis oblata sint.* Conf. *Michaelis Suppl.* p. 1234. sequ. ac *Tittmannum* ad *Zonarae Lex.* 1840.

ΧΑΦΟΥΡΟΙ' vel iuxta al. χαφουρῆ. Ipsa vox hebr. plur. constr. כְּפוֹרֵי, *crateres.* Esdr. VIII, 26.

*ΧΕΒΡΑΘΑ'. Vide supra χαβραθά.

ΧΟΙΡΟΓΡΥ'ΛΛΙΟΣ, *choerogryllius*. Est *porci genus*, cum tam χοῖρος quam γρύλλος, ex quibus vox componitur, *porcum* significet. Non autem est *communis porcus*, sed parvum animal cuniculi magnitudine, ἀκανθόχοιρον sc. seu herinaceum, qui licet capite valde similis sit porco, reliquo corpore spinis horret. Vid. *Bonfrerius* ad *Pentateuch.* p. 620. שָׁפָן. Lev. XI, 5. sec. *MS. Sar.* et *Compl.* Deut. XIV, 7. Prov. XXX, 26. (ubi *Schol.* εἶδος ἰχθύος, ἤτοι οἱ λαγωοὶ, ἢ οἱ καλούμενοι οἴστροι). *Al.* Ps. CIII, 19. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* χοιρογρύλλιος, ἐχῖνος θηρίον, ὕστριξ, ἀρκόμυς (scr. ἀρκτόμυς), χοιρόσυνος. Hic pro ἀρκόμυς reponendum esse ἀρκτόμυς patet ex *Hieronymo*, qui in *Epistola* ad *Suniam*: *Sciendum est*, inquit, *animal esse non maius hericio, habens similitudinem muris et ursi, unde et in Palaestina ἀρκτόμυς dicitur.* Conf. *Bochartum Hieroz.* P. I. lib. III. p. 1008. sequ., ubi, recensitis aliorum de choerogryllio sententiis, probare conatur, quod per illum et hebr. שָׁפָן *mus* intellegendus sit in *Aegypto*, *Africa*, *Palaestina* occurrens, qui posteriores pedes prioribus habeat longiores, bipes incedat, et prioribus pedibus tanquam manibus utatur, atque adeo, cum ursis in eo similis fuerit, etiam ἀρκτόμυς, *ursinus mus*, vocatus sit, immo docet etiam, quod ille ipse mus χοιρογρύλλιος dictus sit a porci sagina aut specie.

**ΧΟΙ'ΡΟΣ*, *porcus*. חֲזִיר, idem. *Inc.* Ps. LXXIX, 14. *K.*

**ΧΟΛΑ'Ω*, *irascor*, *indignor*. 3 Macc. III, 1. ἐπὶ τοσοῦτον ἐχόλησεν. Ioh. VII, 23. *Phavor.* χολᾷ, ὀργίζεται. *Schol. ad Aristoph. Plut.* v. 12. χολᾶν παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς τὸ μαίνεσθαι, παρὰ δὲ τοῖς κοινοῖς τὸ θυμοῦσθαι. Vide *Lexicon N. T.* s. h. v.

ΧΟΛΕ'ΡΑ, *cholera*, *morbus*, *ventris perturbatio immodica*, *per quam bilis per vomitum et secessum excernitur.* זָרָא, *fastidium.* Num. XI, 20. ubi codex unus *Holmes.* explicationis causa addit: εἰς βλάβην ἐξ ἀδηφαγίας. Sec. *Grotium* deduxerunt a זור, quod *alienationem* notat. Vide et Sir. XXXI, 23. XXXVII, 33. *Hesych.* χολέρα, ἔκκρισις (sic enim ex *Phavorino* legendum est pro ἔκρισις) κάτωθεν διὰ γαστρὸς, καὶ ἄνωθεν διὰ στόματος ἔμετος. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* χολέρας, ἐκκρίσεως διὰ στόματος ἢ (lege καὶ) γαστρός. *Suidas:* χολέρα, νόσος, διὰ χολῆς πάθος.

ΧΟΛΗ', *fel*, *bilis.* לַעֲנָה, *absinthium.* Prov. V, 4. Thren. III, 15. – מְרֵרָה, *amaritudo.* Iob. XVI, 13. ἐξέχεαν εἰς τὴν γῆν χολήν μου, effuderunt in terram bilem meam. – מְרֹרָה, idem. Iob. XX, 14. Ita quoque *Theod.* – פֶּרֶץ, *ruptura.* *Aqu.* Ies. LVIII, 12. sec. *Hieronymum.* *Montfauconius* legere mavult διακοπῆς. *Wesselingius Probab.* p. 218. ἐπιφράσσων διακοπήν. – ראש, *cicuta.* Deut. XXIX, 18. Ps. LXVIII, 26. Ierem. VIII, 14.

ΧΟΛΟ'ΟΜΑΙ, *ad iram concitor*, *exacerbor*, *irascor*, *indignor.* הִתְעַבֵּר Hithp. *Symm.* Ps. LXXVII, 21. LXXXVIII, 39. *Suidas:* ἐχολώθησαν, ὠργίσθησαν. *Hesych.* χολοῦται, πικραίνεται, θυμοῦται. Idem: χολωθεὶς, ὀργισθεὶς, εἰς χόλον ἀχθείς. Conf. *Hom. Il.* α', v. 9.

ΧΟ'ΛΟΣ, *fel*, *bilis*, *ira*, *excandescentia.* חֲמָת, *Chamath* vel *Emath* sec. *Vulg.*, nomen propr. *urbis.* *Inc.* Amos. VI, 14. Sc. חָמַם de *animi aestu* s. *fervore*, speciatim *ira* dicitur. – *חֵמָה, *furor*, *ira.* *Aqu.* Ps. LVIII, 14. τέλεσον ἐν χόλῳ secundum *Eusebium* in *Comment.* ad h. l. Verba haec desiderantur in *Hexaplis.* – עֶבְרָה, *excandescentia*, *ira.* *Symm.* Ps. VII, 6. – *עֹבְרִים, *transgressores.* *Theod.* Prov. XXVI, 10. Legit עֲבָרוֹת seu עֶבְרָתָם. Conf. supra s. v. ὀργή. – קֶצֶף, *fervor irae.* Cohel. V, 16. – רוּחַ, *spiritus.* *Inc.* Iob. VI, 4. Quanquam negare nolim, רוּחַ quandoque *iram* et *indignationem* significare, tamen ab h. l. certe haec notio maxime aliena est. Admodum enim incommode, immo nullo fere sensu dici potest: *venenum sagittarum divinarum bibit ira mea*, nisi fortasse hoc dicere voluerint: admodum aegre neç sine summa indignatione fero mala, quae mihi sunt a Deo inflicta. Sed ut ita statuamus, non permittit pietas Iobi. Igitur vocem χόλος ad כַּעְשִׂי v. 2. retrahendam arbitror. Nec obstat vox θυμὸς apud LXX, quae h. l. de *animo* explicari commode potest.

ΧΟΝΔΡΙ'ΤΗΣ, sc. ἄρτος, *panis ex chondro*, i. e. *alica* vel *zea*, *factus.* חֹרִי sing. *foraminosus*, vel plur. חֹרִי pro חֹרִים, *foramina.* Gen. XL, 16. χονδριτῶν. Est haec interpretatio LXX minime repudianda. Nam panis ex chondro vel zea factus est foraminosus. *Hesych.* χονδρίτης, σεμίδαλις.

Athenaeus lib. III. 109. c. 115. d. ed. *Schweighäuseri*: γίνεται μὲν, φησὶν (Τρύφων ὁ Ἀλεξανδρεὺς), ὁ χονδρίτης ἐκ τῶν ζειῶν· ἐκ γὰρ κριθῆς χόνδρον μὴ γίνεσθαι. *Hesych.* χόνδρον, σεμίδαλιν μεμιγμένην ὡς πλακοῦντα. Plura de χονδρίτῃ vide apud *Flamin. Nobil.* et *Drusium* ad *Gen.* l. c.

ΧΟ'Ρ vel *ΧΟΡΧΟ'Ρ*, vel κορχὸρ, vel κορχορὺς, vel, ut alii rectius, χαδχόδ. Ipsa vox hebr. כַּדְכֹּד, *pyropus*, *lapis pretiosus*, *scintillans*. Ezech. XXVII, 16.

ΧΟΡΔΗ', *intestinum*, *chorda*, *fides ex intestino contorto et arefacto*. *מְנָא, *prae No.* Nah. III, 8. sec. *Vat.* ἁρμόσαι χορδήν. Duae hic coaluerunt versiones. Auctor versionis ἁρμόσαι χορδὴν legit מְנָא, vel, ut alii interpretes legerunt, מְנִי, et existimavit, hoc esse singulare vocis מִנִּים, quae *chordas* s. *nervos citharae* significat. — מִנִּים plur. *Aqu. Inc.* LXX Ps. CL, 4. ubi χορδὴ videtur esse instrumenti genus, in quo nonnisi chordae continentur sine ulla testudine. *Harpam* Itali vocant. Quasi sc. pro מִנִּים legerint בְּמִים. *Hesych.* et *Lex. Cyrilli MS. Brem.* χορδὴ, νευρὰ κιθάρας.

ΧΟΡΕΙ'Α, *chorea*, *saltatio*, *tripudium cum cantico mixtum*. מְחֹלָה. *Aqu.* Ps. LII, 1. et LXXXVIII, 1. ἐπὶ χορείας vel ἐπὶ χορείᾳ. *Theod.* ὑπὲρ τῆς χορείας. Vide et Iudith. XV, 16. *Suidas*: χορείαν, οἱ παλαιοὶ τὴν μετ' ᾠδῆς ὄρχησιν.

*ΧΟΡΕΙ͂ΟΝ, *chorus*. 4 Macc. XV, 20. πολυάνδριον τὸ χορεῖον. *Lat. Int.* *locum illustri choro laete pulsatum*. *Zonaras Lex.* col. 1857. χορεῖον, ὁ τόπος τοῦ χοροῦ. Vide quoque *Hesychium*.

ΧΟΡΕΥ'Ω, *choreas duco*, *ago*, *salto*, *tripudio*. חָלַל, idem. Iud. XXI, 21. αἱ θυγατέρες τῶν οἰκούντων Σηλὼ χορεύουσαι χοροῖς, filiae incolarum Siluntis *agentes choreas*. *Plutarchus* χορεύειν χορείαν dixit eodem sensu in *Theseo* (I, 42, 10. *Reisk.*), ubi ita: ἐχόρευσε μετὰ τῶν ἠϊθέων χορείαν. *Hesych.* χορεύει, μελῳδεῖ, βακχεύει, ὀρχεῖται. Sermo autem *Iud.* l. c. est de choreis in vineis (Conf. *Carpzovii* notas ad *Schickardi Ius Regium* p. 316. sequ.), in quibus apud Graecos etiam antiquissimis temporibus virgines aeque ac iuvenes vindemiantes saltasse, discimus ex *Homero*, qui inde Il. σ', v. 565. sequ. in vinea, in Achillis clypeo conspicua, virgines repraesentat cum iuvenum choro ad instrumenta musica tripudiantes. Verba iam alii produxerunt. Vide *Irhovii Coniectanea* in *Psalm. titul.* p. 89. Adde quoque locum *Hesiodi Scut. Herc.* v. 293. sequ. Conf. quae ex *Phavorino* allata sunt supra in v. ὀρχέομαι. — *בִּמְחֹלוֹת, *in choris*. *Inc.* et LXX sec. ed. *Compl.* χορεύουσαι.

ΧΟΡΗΓΕ'Ω, *munere choragi fungor*, *sumtus praebeo*, etiam simpliciter *suppedito*, *praebeo*. *זוּן, *alo*, *cibo*, *pasco*. Dan. IV, 9. sec. cod. *Chis.* — כַּלְכֵּל Pih. a כּוּל, *sustento*. 1 Reg. IV, 7. Iudith. XII, 2. ἐκ τῶν ἠκολουθηκότων μοι χορη-

γηθήσεται, ex iis, quae me seouta sunt, *suppeditabitur*. Sir. XLIV, 7. ἄνδρες πλούσιοι κεχορηγημένοι ἰσχύϊ, viri divites *instructi* robore. Ita *Diodorus Sic.* lib. II. p. 94. ἦν δὲ συνέσει καὶ τόλμῃ καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς πρὸς ἐπιφάνειαν συντείνουσι κεχορηγημένη. 1 Macc. XIV, 10. ταῖς πόλεσιν ἐχορήγησε βρώματα, civitatibus *suppeditabat* alimenta. Vide et 2 Macc. III, 3. IV, 49. IX, 16. *Hesych.* χορηγεῖ, παρέχει, δίδωσιν. Conf. *Lex. N. T.* s. h. v.

ΧΟΡΗΓΙ'Α, *munus choragi*, *largitio*, *erogatio*, *sumtus*, *stipendium*, it. *spectaculum*, vel *ludus chorious*. אֻשַּׁרְנָא chald. *murus*. Esdr. V, 3. 9. τὴν χορηγίαν ταύτην καταρτίσασθαι, *impensam hanc* (sc. ad murum reficiendum) facere. Libere transtulerunt. 3 Esdr. IV, 54. ἔγραψε δὲ καὶ τὴν χορηγίαν (τοῖς ἱερεῦσι), scripsit vero etiam *stipendium* sacerdotibus. Vide et v. 55. 2 Macc. IV, 14. μετέχειν τῆς ἐν παλαίστρᾳ παρανόμου χορηγίας, participem fieri iniqui in palaestra *spectaculi*, nempe publicis sumtibus praebendi.

ΧΟΡΗΓΟ'Σ, *choragus*, proprie *dux et magister chori*, generaliter *qui sumtus aliquos praebet*, *suppeditator*, *subministrator*, *largitor*, *beneficus*. 2 Macc. I, 25. ubi Deus dicitur ὁ μόνος χορηγὸς, *solus liberalis*, *solus suppeditans omnia bona hominibus*. *Hesych.* χορηγὸς, διδάσκαλος, καὶ ὁ ἐπιδοὺς τι τῶν ἰδίων, τοῦ χοροῦ ἐξάρχων. *Suidas*: χορηγὸς, ὁ τοῦ χοροῦ ἡγούμενος, καὶ δοτήρ.

ΧΟ'ΡΙΟΝ vel χορίον. Vulgo *intestinum* vertitur, parum apte. Significat haec vox *secundas*, seu *membranam illam*, *qua foetus in utero involvitur*: siquidem et *Paulus Aegineta* lib. VI. c. 75. ait, χόριον aliter vocari δευτέριον, *secundas*. Conf. *Suidam* et *Hesych.* s. v. χόρειον. Scribitur quoque χωρίον, sive quod foetum χωρεῖ, h. e. continet, sive quod foetus inde χωρεῖ, h. e. *exit*. — שַׁבְּלוּל, *limax*, *cochlea*. *Symm.* Ps. LVII, 8. Vide ad h. l. *Montfauc.* ac *Rosenmülleri Scholia*. — שִׁלְיָה, *secundina*, *quod ex utero extrahitur post partum*. *Al.* Deut. XXVIII, 57. χόριον bene pro κόριον. *Vulg.* *illuvie secundinarum*. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* χωρίον (lege χόριον), τὸ κάλυμμα, τὸ συγγενόμενον ἐκ τῆς κοιλίας τοῖς βρέφεσιν. Ita etiam *Suidas*, nisi quod pro χωρίον rectius χόριον et pro συγγενόμενον male συγγενώμενον habeat. Conf. *Pollucem* lib. II. c. 4. segm. 221. et 223. ac *Seberi* et *Kuhnii* notas ad eandem, *Trilleri animm. critt.* p. 439. *Gataker. advers. miscell.* II, 3. p. 280. et *Bochartum Hieroz.* P. I. lib. 3. c. 17. p. 890. sequ.

ΧΟΡΟ'Σ, *chorus*, *coetus canentium et saltantium*, *chorea*, *caterva*, it. *acies*. הִלּוּל, *laudatio*, *gratulatio*, *dies festus*, *quo Deo gratiae aguntur pro re laeta*. Iud. IX, 27. ἐπάτουν καὶ ἐποίησαν χοροὺς, calcabant et faciebant *choros*, h. e. *una canebant*. *Vulg.* *factis cantantium choris*, quasi

hebraeum habeat בְּמָחוֹל. Vide ad h. l. *Scharfenbergium*. Sic aliunde notum, quod illi, qui uvas in torcularibus calcarunt, hymnos cantare soliti sint. Vide Ies. XVI, 10. Ierem. XXV, 30. XLVIII, 33. Graecis, quibus pariter eiuscemodi hymni solemnes erant, *ἐπιλήνιοι ὕμνοι* et *ᾄσματα* sive *μέλη ἐπιλήνια* illi dicebantur. Vid. *Anacreon* Od. 52. Confer quoque alia eam in rem loca citata *Doughtaeo* in *Anal. V. T.* Ex. 146. p. 248. et *Wolfio not. ad Liban. Epist.* p. 68. - חֶבֶל, *caterva*. 1 Sam. X, 5. et 10. *χορὸς προφητῶν*, *caterva* prophetarum. Sic *Aelianus V. H.* III, 19. *χορὸν τῶν ὁμιλητῶν* *catervam* discipulorum appellat. - חָלִיל, *tibia*. 1 Reg. I, 40. *ἐχόρευον ὁ λαὸς ἐν χοροῖς*, choros agebant populus *hymnis*. Similis loquendi formula occurrit Iud. XXI, 21. - מָחוֹל. Ps. CL, 4. *αἰνεῖτε αὐτὸν ἐν τυμπάνῳ καὶ χορῷ*, laudate illum tympano et *chorea*. Vide et Ps. CXLIX, 3. Thren. V, 10. *Inc.* sec. cod. *Norimb.* Ierem. XXXI, 4. - מְחוֹלָה. Exod. XV, 20. egrediebantur omnes mulieres post illam *μετὰ τυμπάνων καὶ χορῶν*, cum tympanis et *choreis*. Vide et Exod. XXXII, 18. Iud. XI, 34. 1 Sam. XXIX, 5. Eodem sensu vox illa legitur in fragmento *Socratis* apud *Athenaeum* lib. XIV. p. 311. *οἳ δὲ χοροῖς κάλλιστα θεοὺς τιμῶσιν, ἄριστοι ἐν πολέμῳ*. Conf. et alia loca observata *Ez. Spanhemio Obss.* in *Callimach.* p. 312. et *Perizonio* in *Aelian. V. H.* X. c. 6. Cant. VII, 1. *ἡ ἐρχομένη ὡς χοροὶ τῶν παρεμβολῶν*, veniens tanquam *chori* s. *acies* castrorum. Ita *Virgilio chori* sunt *acies Aeneid.* V. v. 581. *atque agmina terni diductis solvere choris. Symm.* Ps. LII, 7. LXXXVII, 1. - צַעַד, *gressus, passus*. 2 Sam. VI, 13. *οἱ αἴροντες τὴν κιβωτὸν κυρίου ἑπτὰ χοροί*, portantes arcam Domini septem *chori*, vel *catervae*. Ubi צְעָדִים non pro plurali substantivi צַעַד habuerunt, sed pro participio verbi צָעַד, *incessit, processit*. An vero catervam, agmen, coetum canentium aut saltantium intellexerint, certe definiri vix poterit. Mihi prior interpretatio vero magis accedere videtur, quia *ἑπτὰ χοροὶ* cum verbis *αἴροντες* (quid si *αἰρόντων* legeretur?) *τὴν κιβωτὸν* coniunguntur, non autem cogitari ac dici potest, portantes arcam simul saltasse. Adde Iudith. XV, 15.

ΧΟΡ'Ρ'ΕΙ'. Ipsa vox hebr. כָּרִי pro כָּרִים, *primores, exercitus*. 2 Reg. XI, 4. 20.

ΧΟΡΤΑ'ΖΩ, *gramine pasco, cibo, saturo, satio*, etiam *foecundum, fertilem reddo*. שָׂבַע : הִשְׂבִּיעַ, Kal et Hiph. Iob. XXXVIII, 27. *τοῦ χορτάσαι ἄβατον καὶ ἀοίκητον*, ut loca quam maxime desolata *foecunda et fertilia reddantur*. Ita quoque *Theodot. Vulg. ut impleret*. Ps. XVI, 16. *ἐχορτάσθησαν (ἀπὸ) υἱῶν*, *satiati sunt filiis*, h. e. *numerosam prolem habent*. Ib. v. 17. *χορτασθήσομαι ἐν τῷ ὀφθῆναί μοι τὴν δόξαν σου*, *summa fruar felicitate*, cum visa mihi fuerit gloria tua. Ps. CIII, 14. *ἀπὸ καρποῦ τῶν ἔργων σου χορτασθήσεται ἡ γῆ*, fructu

operum tuorum, h. e. frugibus a te productis, saturabitur terra. Ib. v. 18. χορτασθήσονται τὰ ξύλα τοῦ πεδίου, saturantur arbores campi. Ps. CVI, 9. CXXXI, 16. Thren. III, 29. χορτασθήσεται (ἀπ') ὀνειδισμῶν, pascetur opprobriis, h. e. multa probra perferet. Ita Cicero pro Milone c. 2. quos P. Clodii furor rapinis et incendiis et omnibus exitiis publicis pavit. – שָׂבֵעַ, satur. Symm. Theod. 1 Sam. II, 7. κεχορτασμένοι. Vide et Symm. Ps. XVI, 14. XXII, 4. Aqu. Theod. Ies. LIII, 12. – *שְׁבֻעוֹת plur. iuramenta. Inc. Hab. III, 9. ἐχόρτασας. Legit הִשְׂבַּעְתָּ. Caeterum Graecos profanos etiam hoc verbum non solum de brutis, sed etiam de hominibus usurpare ostenderunt Viri docti laudati Wolfio ad Matth. V, 7. p. 86. ac Sturzius de dial. Maced. et Alex. p. 200. sequ. Conf. et Lex. N. T. s. h. v.

ΧΟΡΤΑΣΙ'Α ΚΟΙΛΙ'ΑΣ, pabulum ventris. רֵבֶץ, cubile. Prov. XXIV, 15. μηδὲ ἀπατηθῇς χορτασίᾳ κοιλίας. Dubius de h. l. haeret Iaegerus, qui coniicit, interpretem scripsisse καταπατήσῃς χορτασίαν. Quae coniectura si admittitur, videtur formula graeca χορτασία κοιλίας agros fertiles significare, quorum proventibus satiatur venter, pascua. Nam רֵבֶץ est locus, ubi pecora complicatis pedibus pectori incubant. Caeterum legitur quoque vox χορτασία in Lucillii Epigr. apud Brunck. T. II. p. 322. n. 26.

ΧΟ'ΡΤΑΣΜΑ, pabulum, cibus. מִסְפּוֹא. Gen. XXIV, 25. 32. XLII, 27. Iud. XIX, 19. – עֵשֶׂב, herba. Deut. XI, 15. Vide quoque Sir. XXXIII, 29. XXXVIII, 29.

ΧΟΡΤΟΜΑΝΕ'Ω, gramine luxurio, incultus sum. כִּסָּה חֲרֻלִּים, tegor urticis. Prov. XXIV, 31. χερσωθήσεται καὶ χορτομανήσει ὅλος, deserta et inculta fiet vinea tota.

ΧΟ'ΡΤΟΣ, gramen, herba, stipula, foenum. דֶּשֶׁא. Ies. XV, 6. – חָצִיר. Iob. XL, 10. Ps. CXXVIII, 5. et alibi saepius. Symm. Theod. Ies. XL, 7. – עָמִיר, manipulus. Ierem. IX, 21. ἔσονται ὡς *χόρτος ὀπίσω θερίζοντος, erunt tanquam stipula post tergum metentis. – עֵשֶׂב, herba. Gen. I, 11. Deut. XXXII, 2. 2 Reg. XIX, 26. et alibi. Symm. Theod. Ies. XXXVII, 27. ac Mich. V, 7. – עֵשֶׂב: עִשְׂבָּא chald. Dan. IV, 12. 22. V, 23. – קַשׁ, stipula. Iob. XIII, 25. χόρτῳ φερομένῳ ὑπὸ πνεύματος, stipulae a vento agitatae. Vide quoque Iob. XLI, 21. et conf. Elsnerum ad Matth. VII, 30. p. 40. – שָׂדֶה, ager. Ies. XL, 8. – עֵשֶׂב שָׂדֶה וִירַק דֶּשֶׁא, herba agri et olus herbae. Ies. XXXVII, 27. – שָׁמִיר, sentis. Ies. XXXII, 13. – שַׁיִת וְשָׁמִיר, vepres et sentis. Ies. X, 17.

ΧΟΡΤΩ'ΔΗΣ, gramineus, herbaceus, ad formam graminis sive foeni accedens. 2 Macc. V, 27. ubi dicitur Iudas Maccabaeus cum suis fugisse in regiones montanas, ibique ferarum more vixisse et comedisse τὴν χορτώδη τροφήν, quod Vulg. male transtulit foeni cibum, immo olera herbasque syl-

vestres, quas homo edere potest. Vide ad h. l. *Syrum*. Aeque late patet vox χόρτος, quae *omne* notat, *quod sponte e terra nascitur*. Lucem affundit haec observatio historiae Nabuchodonosori Daniel. c. IV.

*ΧΟΡΧΟ'Ρ. Ipsa vox hebraica כַּדְכֹּד, quae, teste *Hieronymo*, *omnes pretiosissimas merces* significat, Ezech. XXVII, 16. Positum est pro χοδχὸδ hebraico, Resch mutato in Daleth.

ΧΟΥ͂Σ, contr. ex χόος, *congius*, *mensura sex sextariorum*, *Atticorum*, *heminarum sive cotylarum duodecim*. Vide *Graevii Thes. Antiqu. Rom.* Tom. XI. p. 1648. F. הִין, *mensura liquidorum*. Lev. XIX, 36. – *כֶּסֶל, *fiducia*. Iob. XXXI, 24. εἰς χοῦν μου, *in congium meum*, ubi, iudice *Cappello* in *Crit. Sacr.* p. 589., loco כִּסְלִי, *fiduciam meam*, legerunt בְּסַלִּי: nam סַל est *canistrum*, *caldthus*, *vas quoddam*. Sed quia multum inter se distant hebr. סַל, *corbis*, et graec. χοῦς, nomen mensurae, *congius*, loco εἰς χοῦν μου, quod exhibent Cod. *Vat.* et *Alex.*, e *Complut.* et *Ald.* reponendum est ἰσχύν μου, quod etiam *Grabius* in textum recepit. *Vulg. robur meum.*

ΧΟΥ͂Σ, *pulvis*. אֵפֶר, *cinis*. *Aqu.* Iob. XLII, 6. – מוֹץ, *gluma*. Ies. XVII, 13. – מְעוֹת, *lapilli*. Ies. XLVIII, 19. ὡς χοῦν ἀχύρου, ubi χοῦς aeque ac χνοῦς Ps. II, 5. non est *terrae pulvis*, sed *triturata palea*. – עָפָר. Gen. II, 7. χοῦν λαβὼν ἀπὸ τῆς γῆς, pulverem sumens de terra. Vide et Ps. CII, 14. CIII, 30. Cohel. III, 20. XII, 7. et conf. 1 Macc. II, 63. *Al.* Ps. XXI, 6. εἰς χοῦν θανάτου κατήγαγές με, in pulverem mortis deduxisti me. Huc oculum intendens *Suidas*: χοῦς θανάτου, ὁ τάφος. *Aqu.* sec. *Coisl.* Gen. III, 14. *Aqu. Symm.* Lev. XVII, 13. χοΐ. *Aqu.* Iob. XIV, 8. *Symm.* Iob. XLI, 24. ἐπὶ χοός, super *terram*, ad imitationem hebr. עָפָר.

*ΧΟ'Ω, *aggero*, *humo repleo*, a χοῦς, *terra aggesta*. Tob. VIII, 18. χῶσαι τὸν τάφον. *Vulg. ut replerent fossam.* Hinc χοή (aut χοαί, auctore *Suida*) κατ᾽ ἐξοχὴν dicitur ἡ ἐπιχεομένη τοῖς νεκροῖς γῆ. Vide quoque s. χοῦς.

ΧΡΑ'Ω, *do mutuo*, *commodo*, et χράομαι, *utor*, *ago*, *tracto*, *facio*, *prosum*. אָדוֹן, *dominus*. Prov. XXV, 13. – בַּעַל, idem. Prov. XVII, 8. – טָרַף, *discerpo*. Iob. XVI, 9. ὀργῇ χρησάμενος κατέβαλέ με, iram *exercens* deiecit me. Iob. XVIII, 4. κέχρηταί σοι ὀργή, ira *dominium in te exercuit*. Nam χρᾶσθαί τινι, *uti aliquo*, metaphorice dicitur, *quod aliquem tenet et occupat*. – עָשָׂה, *facio*. Gen. XVI, 9. χρῶ αὐτῇ, ὡς ἂν σοὶ ἀρεστὸν ᾖ, *age* cum illa, prout tibi placuerit. Vide et Gen. XIX, 8. Esth. III, 11. Sic *Aelianus V. H.* XIII, 37. δίδωμι χρῆσθαι, ὅ, τι βούλεσθαι, dedo me vobis, ut mecum *agatis* pro lubitu. Gen. XXVI, 29. ὃν τρόπον ἐχρησάμεθά σοι καλῶς, quemadmodum bene te *tractavimus*, vel bene tibi fecimus. Ita *Xenophon* χρῆσθαι καλῶς φίλοις. Conf. εὖ χράομαι supra. Gen. XXXIV, 30. ὡσεὶ πόρνῃ χρήσωνται τῇ ἀδελφῇ

ἡμῶν, agent cum sorore nostra, tanquam meretrice. Ita *Xenoph. Cyrop.* VIII. p. 166. ἐμοὶ ἤδη χρὴ ὡς πλουσίῳ χρῆσθαι. Conf. *Raphelii annotatt. ex eodem* ad Act. XXVII, 3. p. 189. Prov. XXIV, 29. ὃν τρόπον ἐχρήσατό μοι, χρήσομαι αὐτῷ, quemadmodum mihi *fecit*, *faciam* illi. Iob. XIII, 20. δυεῖν δέ μοι χρήσῃ, duo autem mihi *praebeas*. Verba haec efficiunt sensum contrarium textui hebr., ubi legitur: *veruntamen duo tantum ne facias mihi*. Apertum est, post δὲ omissum esse μὴ, quod propter sequens μοι facile fieri potuit. Adde Dan. I, 15. sec. cod. *Chis*. – צָלַח, *prosum*. Ierem. XIII, 7. διεφθαρμένον ἦν, ὃ οὐ μὴ χρησθῇ εἰς οὐθὲν, corruptum erat ita, ut ad nihil plane *utile esset*. Vide et v. 10. *Hesych.* χρησθήσεται, χρησιμεύει. – *רָחָב, *latus*. Iob. XXX, 14. Ad hanc enim vocem κέχρηται (ut recte legitur in Cod. *Alex.* pro κέκριται) ibi referendum mihi videtur, ut loco רחב per inversionem literarum legerint בָּחַר. – שָׁאַל, *peto*, *rogo*. Exod. XII, 36. ἔχρησαν αὐτοῖς, *mutuo dabant* illis. Vide et 1 Sam. II, 22. 2 Reg. VI, 5. αὐτὸ κεχρημένον, illud *mutuo datum*. – שְׁאֵלָה, *petitio*. Esth. IX, 12. ἐν δὲ τῇ περιχώρῳ πῶς οἴει (al. bene addunt ὅτι) ἐχρήσαντο, in circumiacente autem regione, quo modo existimas, quod *fecerint*. Ita *Bielius* ac *Trommius*. Sed est hic locus ad עָשָׂה potius referendus. – *שׂוּם, *pono*, sequ. ב. Iob. XXIII, 6. ubi ἐν ἀπειλῇ χρᾶσθαί τινι notat *comminationibus contra aliquem uti*, *severius tractare*. שׂוּם saepe pro *facere* poni satis notum est. – שָׁלַח, *mitto*. Prov. X, 27. τοῖς χρωμένοις αὐτῇ, qui ea *utuntur*. Vide ad h. l. *Iaegerum*. – *שָׁמַע, *audio*. Dan. I, 14. sec. cod. *Chis*. Adde *Int.* Iob. XV, 8. ubi sensum liberius expressit. Vide ad h. l. *Montfauconium*. – שָׁנָה Pih. *muto*. Esth. II, 9. ἐχρήσατο αὐτῇ καλῶς, bene *tractavit* illam. Sap. VII, 15. ὧν οἱ χρησάμενοι, quo *utentes*. 2 Macc. XII, 14. ἀναγωγότερον ἐχρῶντο, insolentius *agebant*. Apud *Hesychium* χρῆσθαι inter alia exponitur πράττειν. Interdum χρᾶσθαι quoque *abuti* notat, ac dicitur sensu obscoeno de *commercio venereo*. Sir. XXVI, 10. ἵνα μὴ εὑροῦσα ἄνεσιν ἑαυτῇ χρήσηται, ne, libertate illi concessa, se *abuti* patiatur, aut, si legatur αὐτῇ χρήσηται, ea *abutatur*. Ib. v. 22. mulier maritata mortis causa est τοῖς χρωμένοις, illis, qui *rem cum ipsa habeant*. Sap. II, 6. ubi est i. q. ἀπολαύειν, *frui ad voluptatem et libidinem*.

"ΑΛΛΩΣ ΧΡΑ'ΟΜΑΙ, *aliter utor*. עָבַר, *transgredior*. Esth. I, 19. IX, 27. – Vide alibi ἀλλοτρίως, δεινῶς, εὖ, μέγας.

ΧΡΕΙ'Α, *usus*, *utilitas*, *negotium*, *munus*, *necessitas*, *indigentia*. חֵפֶץ, *desiderium*. Ierem. XXII, 28. ὡς σκεῦος, οὗ οὐκ ἔστι χρεία αὐτοῦ, tanquam vas, cuius est nullus *usus*. Vide et Ierem. XLVIII, 38. *Symm.* Cohel. III, 1. *Aqu.* Cohel. III, 17. et conf. Sir. XXXIX, 26. 31. 40. 42. *Symm.* Cohel. V, 3. *nullam utilitatem habent vota stultorum*. Hinc quo-

que illustrari potest locus apud *Symmachum* sec. ed. *Rom.* Cohel. VIII, 6. ubi nunc quidem legitur *καιρὸς χρείας καὶ τρόπος*, sed nova distinctione reponendum est *χρείας* vel *χρείᾳ καιρὸς κ. τ.*, ut *χρεία* hebr. חֵפֶץ respondeat, non autem τῷ עֵת, ut nonnulli existimarunt. - חַשְׁחָה chald. *necessarium.* Esdr. VII, 19. *τὸ κατάλοιπον χρείας οἴκου θεοῦ σου*, reliquum, quo *opus fuerit* ad domum Dei tui. - *עָשָׂה, *facio. Tetrapla* Iob. XIII, 20. *χρεία μοι*, *opus mihi est*, seu: *necessum habeo*, ne sc. moriar, aut ne actum sit de me, quod prorsus quoad sensum convenit hebraicis. Vide supra s. *χράομαι.* - צֹרֶךְ, *necessitas.* 2 Par. II, 16. *κατὰ πᾶσαν τὴν χρείαν σου*, iuxta omnem *indigentiam* tuam, vel: quantum tibi opus fuerit. Iudith. XII, 9. *οὐκ ἐκάλεσεν εἰς τὴν κλῆσιν οὐδένα τῶν πρὸς ταῖς χρείαις*, non invitabat ad convivium quendam eorum, quibus *utebatur.* Sap. XIII, 16. *χρείαν ἔχει βοηθείας*, *opus habet* auxilio. Sic *usus est* pro *opus est* legitur apud *Virgil. Aen.* VIII. v. 441. Vide *Perizon.* ad *Sanctii Min.* IV, 15, 8. p. 79. Sir. XI, 9. *περὶ πράγματος, οὗ οὐκ ἐστί σοι χρεία*, de eo, *quod tua nil interest. Vulg. quae te non molestat.* Sir. XI, 23. *τίς ἐστι μου χρεία ἀρεσκείας;* quid *opus* mihi est, ut placeam? Sir. XIII, 9. *τίς ἡ χρεία σου;* quid *opus* est tibi? Sir. XV, 12. *οὐ γὰρ χρείαν ἔχει ἀνδρὸς ἁμαρτωλοῦ. Syrus: non enim ei est utilitas in homine iniquo.* Sir. XXIX, 2. *ἐν καιρῷ χρείας*, in tempore *indigentiae*, vel: *quo opus habet.* Sir. XXIX, 3. *εὑρήσεις τὴν χρείαν σου*, invenies, *quod tibi necessarium* est. Sir. XXXVIII, 1. *τίμα ἰατρὸν πρὸς τὰς χρείας τιμαῖς αὐτοῦ*, honora medicum honore digno, *quo uti illo possis.* Conf. *Fesselii Advers. Sacr.* lib. III. c. 3. p. 236. 1 Macc. III, 28. *εἶναι ἑτοίμους εἰς πᾶσαν χρείαν. Latinus* vertit: *ut parati essent ad omnia.* 1 Macc. X, 37. *κατασταθήσεται ἐπὶ χρειῶν τοῦ βασιλέως*, praeficietur *negotiis* regis. 1 Macc. X, 41. *ἀπὸ τῶν χρειῶν*, vel, ut al., *οἱ ἀπὸ* (legendum forte *ἐπὶ*) *τῶν χρειῶν*, qui *debitis exigendis* praefecti sunt. *Latinus* vertit: *qui super negotia erant.* Conf. 1 Macc. XIII, 37. 1 Macc. XI, 63. *τῆς χρείας*, *a negotiis gerendis. Compl.* et *Ald.* habet *χώρας*, fortasse rectius. 2 Macc. VII, 24. VIII, 9. XV, 5. Act. VI, 3. et ad h. l. *Elsnerum* p. 389. ac *Lex. N. T. s. h. v.* 2 Macc. XII, 39. *τὸ τῆς χρείας ἐγεγόνει*, quod *opus erat*, fiebat. Sed eruditus *Dunaeus* recte ibi *χρείαν* explicat *pugnam.* 2 Macc. XV, 28. *γενόμενοι δὲ ἀπὸ τῆς χρείας*, *opere* autem absoluto. 3 Esdr. VIII, 17. chald. פָּלְחָן, *ministerium, usus*, coll. Esdr. VII, 19. et 3 Esdr. VIII, 18. chald. מִנְתַּן, *dare*, coll. Esdr. VII, 20.

ΧΡΕΙ'ΑΝ ἜΧΩ, *necessum habeo.* חָפֵץ, *desidero.* Prov. XVIII, 10. *οὐ χρείαν ἔχει σοφίας*, non indiget sapientia, nempe opinione sua, quae profectus impedimentum est. Ies. XIII, 17. *οὐδὲ χρυσίου χρείαν ἔχουσι.* Bene quoad sensum.

Qui enim auro non delectatur, eo quoque non opus habet, ac commode carere potest. – חַשְׁחָה chald. Dan. III, 16. – *עַל, *super*. Ps. XV, 2. οὐ χρείαν ἔχεις, non opus habes. Inepte. In textu legitur בַּל עָלֶיךָ, *non super te*.

*ΟΥ' ΟΥ'Κ ἜΣΤΙ ΧΡΕΙ'Α ΑΥ'ΤΟΥ'. נִבְזֶה נָפוּץ, *vile et contritum*. Ierem. XXII, 28. Libere verterunt.

ΧΡΕΙΩ'ΔΗΣ, *utilis*. חֵפֶץ, *desiderium*. *Symm.* Cohel. XII, 10. χρειώδεις.

ΧΡΕΜΕΤΙ'ΖΩ, *hinnio*, *hinnitum edo*. Dici volunt quasi χαρεμετίζω, ex χαρὰ et ἐμέω, quasi hinnitus sit laetabunda equi vociferatio. צָהַל, idem. Ies. X, 5. χρεμέτισον φωνήν σου. Vide ad h. l. *L. Bos.* Ierem. V, 8. ἕκαστος ἐπὶ τὴν γυναῖκα τοῦ πλησίον αὐτοῦ ἐχρεμέτιζον, quem locum suo more tractat *Iustinus Martyr Ep. ad Zonam et Serenum* p. 514. Conf. *Clem. Alex. Strom.* IV. p. 479. B. Ierem. XXXI, 7. *Aqu. Symm.* Ies. LIV, 1. – הֵילִיל Hiph. a יָלַל, *eiulo*. *Symm.* Hos. VII, 14. *Hesych.* et *Lex. Cyrilli MS. Brem.* χρεμετίσαι (ita enim scribendum est pro vitioso χραμετίσαι), κράξαι, ὡς ἵππος. Rursus *Hesychius*: χρεμετίζει, κελεχίζει, ὡς ἵππος. *Suidas*: χρεμετίζειν, ἦχον τῷ στόματι ἀποτελεῖν. Vide quoque Sir. XXXIII, 6. ὑποκάτω παντὸς ἐπικαθημένου χρεμετίζει, sub omni insidente hinnit, h. e. non equae, sed voluptati adhinnit.

ΧΡΕΜΕΤΙΣΜΟ'Σ, *hinnitus*. מִלְחָמָה, *bellum*. Ierem. VIII, 6. Aut legerunt מִצְהָלָה, aut libere verterunt, quia equus irruens in proelium hinnire solet. – מִצְהָלוֹת plur. Ierem. III, 27. – מַרְזֵחַ, *convivatio*. Amos. VI, 7. *Cappellus* in *Crit. S. T.* III. p. 193. de h. l. ita iudicat. Vox hebr. in genere significat *convivium magnum*, *splendidum*, *opiparum*. Iam quia tumultus et clamor multus in conviviis eiusmodi audiri solet, potest etiam accipi pro *ipso clamore ac vociferatione*, quam LXX voce χρεμετισμὸς indicare voluisse videntur. Vox χρεμετισμὸς autem *quamvis vocis elationem* aut *quemvis vehementem sonitum* notat. – רַעְמָה, *tonitru*. *Theod.* Iob. XXXIX, 19. Vide proxime antecedentia. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* χρεμετισμὸς, ἡ τῶν ἵππων φωνή.

ΧΡΕΜΕΤΙΣΜΟ'Σ ἹΠΠΑΣΙ'ΑΣ, *hinnitus equitatus*. מִצְהָלוֹת plur. Ierem. VIII, 16.

ΧΡΕ'ΟΣ, *debitum*, *foenus*. יָד, *manus*. Deut. XV, 5. יָד h. l., ut et alibi, *chirographum* notat, aut *solutionem debiti, quam quis stipulata manu promisit*. – שְׁאֵלָה, *petitio*. 1 Sam. II, 20. ubi שְׁאֵלָה dicitur Samuel, quem eius parentes Deo commodaverant. שָׁאַל quoque *mutuum sumere* notat. Sap. XV, 8. ἀπαιτεῖν τὸ τῆς ψυχῆς χρέος, animae *depositum* s. *debitum* ab aliquo repetere, s. animam e corpore revocare, coll. Luc. XII, 20. Vide *Bergler.* ad *Alciphr.* I, 25.

ΧΡΕ'ΟΣ ἼΔΙΟΝ, *debitum proprium*. מַשֵּׁה יָדוֹ, *mutuum manus suae*. Deut. XV, 2.

XPEΩΔΟΣΙ'Α, *redditio debiti.* שַׂלְמָה, *vestis.* *Aqu.* Deut. XXIV, 11. *Inc.* Deut. XXIV, 13. Ita *Bielius.* Sed *Scharfenbergius* ad h. l. observavit, vocem graecam potius ad עֲבוֹט, *pignus*, pertinere. Caeterum *pignus* et *pallium pro pignore captum* h. l. inter se permutantur.

**XPEΩΚΟΠΕ'Ω*, *partem debiti demo.* Passiv. *mutuum amitto.* 4 Macc. II, 9. *χρεωκοπούμενος.* Pertinet huc glossa *Hesychii: χρεῶν ἀποκοπαὶ, ὅταν τὰ ὑπὸ τῶν πενήτων ὀφειλόμενα τοῖς πλουσίοις ἀπαρνοῦνται.* Vide quoque *Suidam* s. v. *χρεωκοπεῖται.*

XPEΩΦΕΙΛΕ'ΤΗΣ, *debitor.* אִישׁ תְּכָכִים, *vir calliditatum.* Prov. XXIX, 13. (Sed ibi respondet potius τῷ רָשׁ. Vide supra s. v. *δανειστής.*) Vide et Iob. XXXI, 37. ubi *χρεωφειλέτης* est, qui in textu hebraico v. 35. dicitur אִישׁ רִיבִי, *vir litis meae*, ex sententia *Salmasii* de *mod. usur.* p. 471. Videntur autem ipsi Intt. Graeci accepisse רִיבִי pro *usurae meae*, vel *foeneris mei*, ex arab. ربا. *Hesych.* *χρεωφειλέτης, ὁ τὸ χρῆμα ὀφείλων.*

XPHI'ZΩ, *opus habeo*, *egeo*; *indigeo.* חֵפֶץ, *delectatio, desiderium.* *Symm.* Iob. XXII, 3. *μὴ χρήζει*, *num indiget?* aut potius: *num utilitatem percipit?* Sc. vox hebr. h. l. metonymice *illam ipsam rem* notat, *qua aliquis delectatur*, adeoque inter alia *utilitatem*, *commodum.* *Vulgatus Symmachum* secutus bene: *quid prodest Deo?* *Hebr.* Iob. XXI, 21. – *עֲרֻבָּה, *sponsio*, *vadimonium*, *pignus.* 1 Sam. XVII, 18. ubi *Theod.* *καὶ ὃ ἐὰν χρήζωσι γνώσῃ.* Legit צָרְכְּכֶם, צֹרֶךְ, *indigentia*, *necessitas.* Literarum ע et צ, ב et כ facilis est neque rara in libris scriptis confusio. – *צַר, *angustia.* Iud. XI, 7. ubi pro צַר לָכֶם, *angustia vobis*, h. e. *quando in angustiis s. ad incitas redacti estis*, LXX habent: *ὅταν χρήζετε*, *quando ope mea et auxilio indigetis.* Non male quoad sensum. *Vulg.* *necessitate compulsi.* – *שָׁאַל, *peto*, etiam *mutuum sumo.* 2 Reg. VI, 5. sec. *Compl.* *κεχρησμένον.* Lego *κεχρημένον*, *mutuatum.*

XPH˜MA, *res*, *negotium*, *pecunia*, *divitiae*, *opes*, *facultates*, quae dicuntur a *χρῆσθαι*, h. e. ab *utendo*, quod eis ad suum aliorumve usum et commodum utendum sit, sicut *opes* latine dicuntur ab ope et opitulando, quod opem ferant indigentiae propriae et alienae. דָּבָר, *verbum*, it. *res*, *negotium.* *Al.* Nehem. XI, 24. – דֶּרֶךְ, *via.* *Aqu.* *Symm.* *Theod.* Prov. XXXI, 3. ubi partim sensum expresserunt, partim respexerunt notionem *vitae* et *sortis*, quam vox hebr. quandoque habet. Vide supra s. *βίος.* – כֶּסֶף, *argentum.* Iob. XXVII, 17. – מְחִיר, *pretium.* Prov. XVII, 16. *Vulg.* *divitiae.* Recte. – *מִשְׁפָּט, *iudicium.* Iob. XXXVI, 6. sec. *Compl.* *χρήματα*, sed vitiose pro *κρίματα.* – נְכָסִים plur. *opes.* 2 Par. I, 12. *πλοῦτον καὶ χρήματα*, divitias et opes. Vide et v. 11. et Ios. XXII, 8. – *רְכוּשׁ, *substantia.* Dan. XI, 13. et 24. sec.

cod. Chis. Sir. X, 8. ubi *χρήματα* notat *habendi cupidinem, avaritiam. Arabs: amor pecuniae. Hesych.* χρῆμα, πρᾶγμα, πλοῦτος, οὐσία, λῆμμα. Ita etiam *Lex. Cyrilli MS. Brem.* et similiter *Suidas* v. χρῆμα. Confer et *Suidam* v. χρημάτων, ubi plenius de hac voce exponitur.

ΧΡΗΜΑΤΙ'ΖΩ, *divinum responsum do, oraculum edo, loquor.* דָּבַר. Ierem. XXVI, 2. *χρηματιεῖς ἅπασι τοῖς Ἰουδαίοις ἅπαντας τοὺς λόγους, οὓς συνέταξα χρηματίσαι αὐτοῖς*, *loqueris* omnibus Iudaeis omnia verba, quae praecepi tibi, ut loquereris illis. Ierem. XXIX, 18. *λόγον ἐχρημάτισαν ἐν τῷ ὀνόματί μου*, verbum *locuti sunt* in nomine meo. Ierem. XXX, 2. scribe omnia verba, *οὓς ἐχρημάτισα πρὸς σε*, quae *locutus sum* ad te. Vide et Ierem. XXXVI, 4. et conf. Hebr. XII, 25. Adde *Inc.* Ierem. XXXVI, 2. – דֶּרֶךְ, *via, iter.* 1 Reg. XVIII, 27. Ita *Bielius.* Sed ibi potius ad עָנָה (quod *Dathius* non male per *aliud agere* transtulit. Eandem notionem fortasse quoque subiecerunt voci *χρηματίζειν*, a *χρῆμα*, *τος*, *negotium.*) referendum videtur. – הִרְשִׁיעַ Hiph. *improbum pronuntio, condemno.* Iob. XL, 3. *οἴει δέ με μὴ ἄλλως σοι κεχρηματικέναι, ἢ ἵνα ἀναφανῇς δίκαιος;* putas autem me non aliter tibi *respondisse*, quam ut appareas iustus? Eodem sensu verbum legitur apud exteros. Vide *Lex. N. T.* s. h. v. – שָׁאַג, *rugio.* Ierem. XXV, 30. *κύριος ἀφ' ὑψηλοῦ χρηματιεῖ*, dominus ab excelso *responsum dabit.* Ibid. *λόγον χρηματίσει ἐπὶ τοῦ τόπου αὐτοῦ*, verbum *respondebit* super locum suum. Utrobique rem expresserunt, non autem vocis propriam significationem. *Hesych.* χρηματίζεται, ἀποκρίνεται, λαλεῖ. Vide *Wolfium* ad Matth. II, 12. p. 56. ad Luc. II, 26. p. 588. et ad Hebr. XI, 7. p. 755.

ΧΡΗΜΑΤΙΣΜΟ'Σ, *responsum* in genere, speciatim *responsum divinum, oraculum.* 2 Macc. II, 4. *χρηματισμοῦ γενηθέντος*, *divino responso* facto. Conf. Rom. XI, 4. 2 Macc. XI, 17. *ἐπιδόντες τὸν ὑπογεγραμμένον χρηματισμὸν*, tradentes subscriptum *responsum. Casaubono* in *Casaubonianis* p. 93. *χρηματισμὸς* videtur esse commonitorium legatis dari solitum.

ΧΡΗΜΑΤΙΣΤΗ'ΡΙΟΝ, *locus, unde responsa dantur, locus rebus explicandis constituendisque destinatus, ubi ius redditur*, it. *solium*, דְּבִיר, *adytum. Aqu. Theod.* 1 Reg. VI, 5. 16. 19. *Inc.* 2 Par. V, 7. *Vulg. in oraculum domus. Aqu. Symm.* Ps. XXVII, 2. 3 Esdr. III, 15. *ἐκάθισεν ἐν τῷ χρηματιστηρίῳ*, sedebat in *solio.*

ΧΡΗΣΙΜΕΥ'Ω, *utilis sum, utilitatem affero*, et ex adiuncto *potens et dives sum, fortunato et prospero rerum statu gaudeo.* Sap. IV, 4. Sir. XIII, 3. ubi *τῷ ἐὰν χρησιμεύσῃς* opponitur *ἐὰν ὑστερήσῃς. Syrus: si dives s. prosper fueris.*

**ΧΡΗΣΙΜΟΛΟΓΕ'Ω*, *utilia loquor.* Vide infra s. *χρησμολογέω.*

ΧΡΗ'ΣΙΜΟΣ, *utilis*. בֶּצַע, *quaestus*, *lucrum*. Gen. XXXVII, 25. τί χρήσιμον, ubi alii κέρδος. - *טוֹבִיָּהוּ, *Thobiiabu*, nomen propr. Zach. VI, 10. Sap. VIII, 7. ὧν χρησιμώτερον οὐδέν ἐστιν ἐν βίῳ ἀνθρώποις, quibus nihil est magis *utile*, seu *praestans* et *salutare* in hac vita hominibus. Sir. X, 4. τὸν χρήσιμον ἐγερεῖ εἰς καιρὸν ἐπ' αὐτῆς, ubi e commate 3. post χρήσιμον supplendum erit βασιλέα aut ἐξουσιαστὴν, praeeunte *Vulgato*, qui habet: *et utilem rectorem suscitabit in tempus super illam*, ubi χρήσιμος vel eum notat, *qui aptus et idoneus est suo muneri*, vel *felicitatem* seu *prosperum rerum statum afferentem*. Vide ad h. l. *Linde*, ac Ezech. XV, 4. et ibi LXX. *Gaabe* in Diss. *de locis quibusdam sententiarum Iesu Siracidae* p. 19. legere mavult τὸ χρήσιμον, *quod bonum et salutare est*.

ΧΡΗ'ΣΙΜΟΣ ΕἸ'ΜΙ', *utilis sum*. צָלַח, *prosperor*. Ezech. XV, 4.

ΧΡΗ'ΣΙΣ, *usus*. שָׁאוּל part. Pah. *petitus*, *rogatus*. 1 Sam. I, 28. Vide et Sap. XV, 7. 15. Sir. XVIII, 7. τί ἄνθρωπος; καὶ τί ἡ χρῆσις αὐτοῦ; h. e. quid *utilitatis* potest homo afferre Deo? Legitur quoque Iudith. XII, 10. sec. cod. *Vatic.* sed loco χρῆσιν ibi in aliis libris rectius legitur κλῆσιν, ut κλῆσις sit *ipsa coena*, *ipsum convivium*, *ad quod quis invitatur*, i. q. πότος et συμπόσιον, quemadmodum arab. مدعاة *invitationem* et *coenam* notat.

ΧΡΗΣΜΟΛΟΓΕ'Ω, *divino*, *vaticinor*, *praedico*. דָּרַשׁ, *quaero*. Ierem. XXXVIII, (XLV,) 4. οὐ χρησμολογεῖ (alii libri χρησιμολογεῖ) εἰρήνην τῷ λαῷ τούτῳ, ἀλλ' ἢ πονηρὰ, non *praedicit* populo huic bona, sed tantum mala. *Hesych.* χρησμολογεῖ, προφητεύει, μαντεύεται. Adde *Aristoph. Av.* v. 964. et 992.

ΧΡΗΣΤΟΗ'ΘΕΙΑ, *morum probitas*, *boni mores*, *humanitas*. Sir. XXXVII, 13. ubi χρηστοήθεια opponitur τῷ ἀνελεήμονι.

ΧΡΗΣΤΟ'Σ, *bonus*, *benignus*, *clemens*, *lenis*, *utilis*, *pretiosus*. *טָב chald. *bonus*, *praestans*. Dan. II, 32. sec. *Chis.* ἀπὸ χρυσίου χρηστοῦ, *auro obryzo s. puro*. - טוֹב. Ps. XXXIII, 8. γεύσασθε καὶ ἴδετε, ὅτι χρηστὸς ὁ κύριος, gustate et videte, quam *benignus* Dominus. Ps. LXVIII, 20. χρηστὸν τὸ ἔλεός σου, *summa est* misericordia tua. Vide et Ps. CVIII, 20. LXXXV, 4. σὺ, Κύριε, χρηστὸς καὶ ἐπιεικὴς, tu, Domine, *clemens* et indulgens. Ps. CXVIII, 39. τὰ κρίματά σου χρηστὰ, iudicia tua *lenia*. Ierem. XXIV, 5. τὰ σῦκα τὰ χρηστὰ, ficus *bonae*. - יָקָר, *pretiosus*. Ezech. XXVIII, 13. πάντα λίθον χρηστὸν, omnem lapidem *pretiosum*. 3 Esdr. VIII, 57. ἀπὸ χρηστοῦ χαλκοῦ, hebr. מוּצְהָב, coll. Esdr. VIII, 27. 1 Macc. VI, 11. ὅτι χρηστὸς καὶ ἀγαπώμενος ἤμην, quam felix et dilectus eram. *Lex. Vet.* χρηστὸς, *frugalis*, *suavis*, *utilis*, *iucundus*. 2 Macc. IX, 19. τοῖς χρηστοῖς Ἰουδαίοις, *optimis* Iudaeis, iuxta *Vulgatum*.

ΧΡΗΣΤΟ'ΤΗΣ, *bonitas*, *benignitas*, *elementia*, *lenitas*, *bonum*, etiam sensu morali, ita dictum, quod placet et gratum est, etiam summam utilitatem affert, it. *beneficium*, *felicitas*. טוּב. Ps. XXX, 24. *ὡς πολὺ τὸ πλῆθος τῆς χρηστότητός σου*, quam multiplicia sunt tua *beneficia*. Ps. CXVIII, 66. *χρηστότητα*, *veram virtutem*. - טוֹב, *bonus*, *bonum*. Ps. XIII, 2. 4. *οὐκ ἔστι ποιῶν χρηστότητα*, *non est*, *qui recte faciat*. Vide et Ps. XXXVI, 3. LXXXIV, 13. *ὁ κύριος δώσει χρηστότητα*, dominus dabit hanc *felicitatem*. Ps. CXVIII, 65. *χρηστότητα ἐποίησας μετὰ τοῦ δούλου σου*, *benefecisti* servo tuo. Ps. CXLIV, 7. *τῆς χρηστότητός σου*, *benignitatis* tuae. - טוֹבָה foem. *bona*. - Ps. LXIV, 12. LXVII, 11. CV, 5. - מֵטִיב part. Hiph. *benefaciens*. Ps. CXVIII, 68.

ΧΡΗΣΤΩ͂Σ, *bene*, *recte*, *utiliter*, *frugaliter*. Sap. VIII, 1. *διοικεῖ τὰ πάντα χρηστῶς*.

ΧΡΙ'ΣΙΣ, *unctio*. מִשְׁחָה, idem. Exod. XXV, 6. XXIX, 21. XL, 9. sec. cod. *Alex*. *Symm*. *et LXX sec. cod. Basil*. Exod. XXXV, 7.

ΧΡΙ'ΣΜΑ, *unguentum*, etiam *linitio*, *inductio colorum*, etiam *gleba*. *מֶגְרָפָה, *pala lignea*, sec. alios *glebae*. *Aqu*. Ioel. I, 17. *ἀπὸ τῶν χρισμάτων*, ubi *χρίσματα* sunt *glebae*, *quibus quasi oblita iacent grana*. - מִשְׁחָה. Exod. XL, 13. Lev. XXI, 10. - מִשְׁחָה. Exod. XXIX, 7. XXX, 25. *Symm*. Lev. XXI, 12. - מָשִׁיחַ, *unctus*. Dan. IX, 26. - שֵׂחַ, *meditatio*. *Al*. Amos. IV, 13. Vide infra s. *χριστός*. Sir. XXXVIII, 40. *καρδίαν ἐπιδώσει συντελέσαι τὸ χρῖσμα*. *Vulg*. *cor suum dabit, ut consumat linitionem*.

ΧΡΙΣΤΟ'Σ, *unctus*, it. *unctioni inserviens*. מָשַׁח, *ungo*. 2 Par. XXII, 7. - מִשְׁחָה, *unctio*. *Theod*. et LXX Lev. XXI, 12. et 10. ubi *τὸ χριστὸν* est *unctio*, ut in N. T. *τὸ γνωστὸν cognitio*. - מָשִׁיחַ. Lev. IV, 5. *ὁ ἱερεὺς ὁ χριστὸς*, sacerdos *unctus*. Vide et Lev. VI, 22. 1 Sam. II, 12. 1 Par. XVI, 22. *μὴ ἅψεσθε τῶν χριστῶν μου*, ne tangite *unctos* meos, ubi per unctos sunt *patriarchae* intellegendi. - נְסִיכִים plur. *principes*. *Symm*. Mich. V, 5. Vox hebr. proprie *unctos* notat. Vide *Simonis Lex. hebr*. p. 1028. - שֵׂחַ, *meditatio*. Amos. IV, 13. *τὸν χριστὸν αὐτοῦ*, ubi pro מַה־שֵּׂחוֹ, *quid meditatio eius*, legerunt הַמָּשִׁיחוֹ. Conf. *Tychsen. tentam*. p. 90. Alii libri ibi habent *χρῖσμα*. *Suidas: χριστὸς, ὁ ἐν ἐλαίῳ κεχρισμένος*. De loco Ezech. XVI, 4. vide *Starck. carmina Dav*. Vol. I. p. 129. sequ. Scilicet verba *τοῦ χριστοῦ μου*, quae in Cod. *Alex*. post *ἐλούσθης* leguntur, respondent ibi hebr. לְמִשְׁעִי, quae alii *ad lenimen*, alii *ad nitorem* vertunt, et quorum loco לְמָשִׁיחִי legerunt.

ΧΡΙ'Ω, *ungo*. בִּלַּע Pih. *absorbeo*. Ies. XXV, 7. *χρίσονται μύρον*, ungentur unguento.* *N. L*. - *הִמְלִיךְ, *regem constituo*. 2 Reg. XI, 12. sec. *Vat*. - *מָשַׁח, *Hebr. Int*. sec. *Schol. ed. Rom*. Ezech. XIII, 11. ubi notionem *oblinendi* habet. - יָסַךְ,

addo. Exod. XXX, 32. οὐ χρισθήσεται. Recte quoad sensum. – מַשָּׂא, *onus*. Hos. VIII, 10. Ita quoque *Symm. ac Theod.* Legerunt מְשֹׁחַ, aut potius מִמְּשֹׁחַ. Sed verba διαλείψουσι τοῦ χρίειν apud *Symmachum* omnino sunt delenda, sunt enim *Theodotionis*. – מָשַׁח. Num. XXV, 25. ὃν ἔχρισαν αὐτὸν ἐν ἐλαίῳ τῷ ἁγίῳ, quem unxerunt oleo sancto. 1 Reg. IX, 16. χρίσεις εἰς προφήτην, Elisam unges in prophetam. Conf. Ies. LXI, 1. Ps. XLIV, 9. Amos. VI, 6. τὰ πρῶτα μύρα χριόμενοι, praestantissimis unguentis uncti. – מָשׁוּחַ, *pictum*. Ierem. XXII, 14. – מָשִׁיחַ, *unctus*. 2 Sam. II, 21. – נָסַךְ. *Symm*. Ps. II, 6. ἔχρισα, ubi LXX κατεστάθην, *constitutus sum*. – סוּךְ. Deut. XXVIII, 40. ἔλαιον οὐ χρίσῃ, oleo te non unges. – *שחת Pih. *perdo*. Ezech. XLIII, 3. χρίσαι τὴν πόλιν. *Semlerus* legere mavult φθεῖραι. – Vide alibi s. v. βασιλεύς.

ΧΡΟ'Α, *color*, etiam *superficies rei*, *cui color est inductus*, et dicitur nominatim de *cute et corpore*. Sap. XIII, 14. φύκει ἐρυθήνας χρόαν αὐτοῦ, fuco rubicundam reddit *cutem* idoli. 2 Macc. III, 16. τὸ τῆς χρόας παρηλλαγμένον, *coloris* immutatio. *Hesych.* χρόα, τὸ σῶμα, ἢ χρῶμα.

ΧΡΟΝΙ'ΖΩ, *tardo*, *moror*, *diu commoror*. אחר in Kal, Pih. et Hiph. Gen. XXXII, 4. XLIX, 6. Deut. XXIII, 22. et alibi. – בשש *Pih.* Exod. XXXII, 1. – נושן Niph. a יָשֵׁן, *veterasco*. Deut. IV, 25. χρονίσητε ἐπὶ τῆς γῆς, *diu commoremini* in terra. *Hesych.* χρονίζει, διατρίβει. – שֶׁלֶג, *nix*. Prov. XXXI, 21. ubi tamen pro χρονίζῃ sine dubio legendum χιονίζῃ vel χιονίζει. *Philoxen. Gloss.* χιονίζει, *nivet*. Vide *Grabium Proleg. in LXX Intt.* T. IV. c. 4. §. 3. Coniecturam autem hanc iam ante *Grabium Cotelerius* in *notis* ad lib. I. *Constitut. Apost.* Tom. I. p. 210. protulit.

ΟΥ' ΧΡΟΝΙ'ΖΩ, *non tardo*. עֵת, *tempus*. Ies. XIV, 1. καὶ οὐ χρονιεῖ. *Trommius* iudicat, eos fortasse legisse עִתָּה, *tempestive loquor*. Sed omnia haec sunt aliena, nam verba graeca supra adducta pertinent potius ad hebr. וְיָמֶיהָ לֹא יִמָּשֵׁכוּ, *et dies eius non protrahentur*.

ΧΡΟΝΙ'ΣΚΟΣ, *parvum tempus*. 2 Macc. XI, 1. sec. cod. *Alex.* ubi alii libri χρόνον habent.

ΧΡΟ'ΝΟΣ, *tempus*. *אַרְכָה chald. *longitudo*. Dan. VII, 12. sec. cod. *Chis.* χρόνος ζωῆς, *tempus longum* vitae. – זְמָן, *tempus condictum*. Cohel. III, 1. – זְמַן, in plur. זִמְנַיָּא chald. Dan. II, 16. ὅπως χρόνον δῷ αὐτῷ, ut tempus vel *spatium* daret sibi. Conf. Apoc. II, 21. Dan. II, 21. αὐτὸς ἀλλοιοῖ καιροὺς καὶ χρόνους, ipse mutat tempora et *aetates*. Conf. Act. I, 7. Dan. VII, 12. ἕως χρόνου καὶ καιροῦ, ad *tempus* quoddam *definitum*. – חֹק, *statutum*. Iob. XIV, 5. 13. – יוֹם, plur. יָמִים, *dies*. Gen. XXVI, 1. ἐν τῷ χρόνῳ Ἀβραάμ, *temporibus* Abrahami. Ios. IV, 14. ὅσον χρόνον ζῇ, quamdiu vivebat. Vide et Deut. XII, 19. et conf. Marc. II, 14. Dici-

tur autem ὅσον χρόνου pro εἰς ὅσον χρόνον. *Diodorus Sic.* lib. IV. p. 263. εἰς ὅσον χρόνον ζῇ. Conf. *Lex. N. T. s. h. v.* – מְזֻמָּן part. Pyh. *constitutus, designatus.* Nehem. X, 34. εἰς καιροὺς ἀπὸ χρόνων, *certis temporibus.* Conf. ib. XIII, 30. – מַיִם dual. *aqua.* Iob. XIV, 11. Forsan legerunt יָמִים. – עֲלוּמִים plur. *adolescentia.* Ps. LXXXVIII, 44. ἐσμίκρυνας τὰς ἡμέρας τοῦ χρόνου αὐτοῦ. Ex *Agellii* coniectura legerunt θρόνου, ut quoque habet cod. *Vat.* et ipsi hebraei עלומים intellegunt *tempus illud, quo semen David viguit quasi, regni robore potens, et gloriae regiae decore nitens.* Sic *Augustinus*, *Hesychius*, *Theodoritus* ac *Euthymius.* Alii putant, LXX legisse עוֹלָמוֹ, h. e. *saeculi eius.* – עָשׁ, *tinea.* Ies. LI, 8. ὑπὸ χρόνου, *vetustate*, quod eodem redit. – עֵת. Ierem. XXX, 7. XXXI, 1. – פַּעַם, *vice.* Prov. VII, 12. – קֵץ, *finis.* Iob. VI, 11. τίς μου ὁ χρόνος; *quamdiu durabit vita mea?* aut: *quando veniet finis vitae?* ubi χρόνος *tempus vitae* notat. – רֶגַע, *momentum.* Ies. LIV, 7. – תּוֹר, *ordo, terminus.* Esth. II, 15. Conf. Gal. IV, 4. Sap. XII, 20. δοὺς χρόνους καὶ τόπον. Sic etiam apud *Polybium* VI, 17, 5. χρόνον δοῦναι *moram concedere* notat. Porro, quemadmodum χρόνος *annos* notat (vide *Munth. Obss. e Diod. Sic.* ad Luc. XX, 9. et *Hemsterhus.* ad *Aristoph. Plut.* 1083. p. 407. ed. rec.), ita et sic dicuntur *annales.* 3 Esdr. I, 24. ἀναγέγραπται ἐν τοῖς ἔμπροσθεν χρόνοις, in antiquioribus *annalibus*, coll. v. 42. ubi ἡ βίβλος τῶν χρόνων dicitur. Discrimen inter χρόνον et καιρὸν ab aliis notatum pluribus exsequitur *Severianus Opp. Chrysost.* T. VI. p. 458. B. C.

ΠΟΛΥ´Σ ΧΡΟ´ΝΟΣ, *longum tempus, longa aetas.* יָשִׁישׁ, *decrepitus.* Iob. XII, 12. ἐν πολλῷ χρόνῳ, in *senectute.* Abstractum posuerunt pro concreto.

ΔΙΑ` ΧΡΟ´ΝΟΥ ΠΟΛΛΟΥ~, *post tempus longum*: מִמֶּרְחָק, *e longinquo.* Ies. XXX, 27. τὸ ὄνομα κυρίου ἔρχεται διὰ χρόνου πολλοῦ, nomen Domini venit *post longum tempus*, h. e. *improviso, inopinato*, ut adeo non male sensum expresserint. Sic *Aristoph. Vesp.* v. 1467. ὡς ἔπιε διὰ χρόνου πολλοῦ, cum biberet post longum temporis intervallum. Similiter δι' ὀλίγου, sc. χρόνου, significat *post parvum tempus, paulo post. Hesych.* δι' ὀλίγου, ἀντὶ τοῦ μετ' ὀλίγον. Sic enim ex *Phavorino* rescribendum est pro μετολίγον. Conf. *Raphelii annotatt. Xenoph.* ad Marc. II, 1. p. 66. – *מֵרָחוֹק, *de longe.* Ies. XLIX, 1.

ΕΙ´Σ ΧΡΟ´ΝΟΝ ΠΟΛΥ`Ν, *in tempus multum vel longum.* לְנֵצַח נְצָחִים, *in aeternitatem aeternitatum.* Ies. XXXIV, 10.

**'ΕΝ ΧΡΟ´ΝΩι*, *denique, labentibus annis*, nostrum *mit der Zeit*, quod Graeci σὺν χρόνῳ dicunt, vel χρόνῳ simpliciter. Sap. II, 4. *Syrus: subsequente tempore.* Vide etiam Sap. XIV, 16.

**ΜΕ´ΧΡΙ ΧΡΟ´ΝΟΥ*, *aliquamdiu, usque ad certum quoddam tempus.* Tob. XIV, 4. – Vide alibi αἰών, βίος, βιόω, ἐπιὼν et ζάω.

ΧΡΥΣΑΥΓΕ'Ω, *instar auri splendeo, fulgeo, niteo.* זָהָב, *aurum.* Iob. XXXVII, 22. ἀπὸ βοῤῥᾶ νέφη χρυσαυγοῦντα, a borea nubes *fulgentes*, sc. veniunt. Arab. نغب proprie quidem notat *praestringere oculos ex auri fulgore*, sed et ad alia, v. c. *splendorem fulguris*, transfertur. Vide *Schultensii Op. min.* p. 79. *Hesych.* χρυσαυγοῦντα, ἀστράπτοντα, ἢ στίλβοντα. Ita etiam *Lex. Cyrilli MS. Brem.* et *Suidas*, nisi quod ἢ omittant.

ΧΡΥ'ΣΕΙΟΣ, *aureus.* Ies. III, 23. ubi nihil est pro hac voce in textu hebraico.

ΧΡΥ'ΣΕΟΣ, et contr. χρυσοῦς, *aureus.* אֲדַרְכּוֹן, *drachma, Daricus* (Conf. *Raphelii annot.* ex *Xenoph. ad N. T. Append.* p. 360. sequ. et *Harenbergium* in *Bibl. Brem.* Class. VIII. p. 623. sequ.). 1 Par. XXIX, 7. χρυσοῦς (sc. στατῆρας) μυρίους. *Pollux* lib. IX. c. 6. segm. 59. καὶ οἱ μὲν Δαρεικοὶ ἐκαλοῦντο στατῆρες, οἱ δὲ Φιλίππειοι, οἱ δὲ Ἀλεξάνδρειοι, χρυσοῖ πάντες ὄντες, καὶ εἰ μὲν χρυσοῦς εἴποις, προσυπακούεται ὁ στατήρ. *Hesychius:* Δαρεικοὶ οἱ χρυσοῖ στατῆρες, ἐκλήθησαν δὲ, ὥς τινές φασὶν, ἀπὸ Δαρείου τοῦ τῶν Περσῶν βασιλέως. Vide quoque *Harpocrationem* in v. Δαρεικὸς, *Schol. Aristoph.* in *Eccles.* v. 598. et, qui illum exscripsit, *Suidam* v. Δαρεικοὺς, *Maussacum* in *Harpocrat.* p. 152. *Bonfrerium* in Num. VII, 14. p. 758. *Perizon.* ad *Aelian. V. H.* I, 22. *Schefferum* et *Kuhnium* ad eundem lib. XI. cap. 9. et *Brissonium de regno Persarum* lib. II. §. 243. – דְּהַב: דַּהֲבָא chald. *aurum.* Esdr. V, 14. Dan. II, 38. V, 2. – זָהָב, idem. Gen. XXIV, 22. δέκα χρυσῶν (στατήρων) ὁλκὴ αὐτῶν, decem *aureorum staterum* pondus eorum. Vide et 1 Reg. X, 16. Nehem. VII, 76. Ios. VII, 21. γλῶσσαν μίαν χρυσῆν, linguam unam auream. Vide et v. 24. Ita nimirum vocant oblongam planamque instar linguae auream regulam. *Iosephus* μάζαν vocat, quod plerique *massam* explicant. *Gloss.* in *Octat.* χρυσῆ γλῶσσα, νοεῖται τὸ ἄκρον τῆς ζιβύνης. – כֶּסֶף, *argentum.* Gen. XLV, 22. χρυσοῦς, sc. στατῆρας. Vide et Gen. XXXVII, 27. et conf. *Is. Vossium* de *LXX Intt.* p. 39. ubi interpretes illos defendit contra eos, a quibus reprehenduntur, quod כֶּסֶף per χρυσοῦς reddiderint. – כֶּתֶם, *aurum insigne.* *Theod.* Ps. XLIV, 11. – פָּז, *aurum solidum.* Iob. XXVIII, 17. Cant. V, 5.

*ΧΡΥ'ΣΙΝΟΣ, *aureus.* כֶּסֶף, *argentum.* *Syrus* Gen. XLV, 22. Vide supra s. v. χρύσεος.

ΧΡΥ'ΣΙΟΝ, *aurum.* דְּהַב: דַּהֲבָה chald. Esdr. VII, 14. Dan. II, 32. – זָהָב. Gen. II, 11. XIII, 2. et alibi saepius. *Aqu. Theod.* Iob. XXXVII, 22. ubi χρυσίον, ut hebr. זָהָב, ponitur pro *sole* ob colorem aureum. LXX habent χρυσαυγοῦντα. – חָרוּץ, *excisus*, it. *aurum.* Ps. LXVII, 14. Prov. III, 14. VIII, 10. – *יָקָר, *pretiosus.* *Theod.* Iob. XXVIII, 16. Solent quidem veteres *omne, quod est in suo genere praestans ac pretiosum,*

aureum dicere, quod tamen hic locum habere nequit, quia inter meras species rerum pretiosarum ponitur. Igitur legendum est χρυσείῳ s. χρυσῷ, ita ut vel ad antecedens ὄνυχι, vel, quod mallem, ad sequens σαπφείρῳ referatur. Est enim *sapphirus coerulea, aureis punctis notata.* LXX habent ἐν ὄνυχι τιμίῳ, e quibus fortasse est emendandus *Theodotion.* - בֶּתֶם, *aurum insigne.* Iob. XXVIII, 19. Cant. V, 12. - מַלְבּוּשׁ, *vestimentum.* Iob. XXVII, 16. De sensu magis quam de verbis solliciti fuerunt. Nam *vestes* simpliciter saepius pro *divitiis* occurrunt. Vide *Valckenaer. Opuscula* P. I. p. 25. - פָּז, *aurum solidum.* Thren. IV, 12. - *פִּטְדָה, *gemmae species topazius. Theod.* Iob. XXVIII; 19. Fortasse putavit, quemadmodum חָרוּץ *aurum* dicitur ab *effindendo*, ita etiam פִּטְדָה eandem significationem a *fodiendo* habere. Fortasse autem scribendum est τοπάζιον. Certe *Hieron.* et *Vulg.* h. l. *topazium* habent. - צֹרֵף, *fusor, aurifex.* Ies. XLVI, 6. μισθωσάμενοι χρυσίον. Mallem legere χρυσοχόον.

ΧΡΥΣΙ'ΟΝ "ΑΠΥΡΟΝ, *aurum ignis expers, aurum, quod sine igne probum apparet, incoctum.* פָּז, *aurum solidum.* Ies. XIII, 12. ἔντιμοι μᾶλλον ἢ χρυσίον ἄπυρον, pretiosum magis quam aurum sine igne probum. Ad quem locum *Theodoretus:* ἄπυρον οὖν χρυσίον τὸ καὶ δίχα πυρὸς φαινόμενον δόκιμον, τουτέστιν ἄπεφθον. Plura de illo veterum loca vide apud *Bochartum* in *Phaleg* lib. II. c. 27, p. 157., quibus addi meretur insignis ille locus *Diodori Siculi* lib. II. p. 133. μεταλλεύεται δὲ κατὰ τὴν Ἀραβίαν καὶ ὁ προσαγορευόμενος ἄπυρος χρυσὸς, οὐχ ὥσπερ παρὰ τοῖς ἄλλοις ἐκ ψηγμάτων καθεψόμενος, ἀλλ' εὐθὺς ὀρυττόμενος εὑρίσκεται, τὸ μέγεθος καρύοις καστανα̈ικοῖς παραπλήσιος, τὴν δὲ χρόαν οὕτως φλογώδης, ὥστε τοὺς ἐντιμοτάτους λίθους ὑπὸ τῶν τεχνιτῶν ἐνδεθέντας ποιεῖν τὰ κάλλιστα τῶν κοσμημάτων. Conf. *Polluc.* lib. III. c. 11.

*ΧΡΥΣΙ'ΟΝ ΠΡΩΤΕΙ'ΟΝ, *aurum primum, h. e. praestantissimum.* אוֹפִיר. *Symm.* Iob. XXII, 24. Aurum Ophiricum pro praestantissimo habebatur.

*ΧΡΥ'ΣΙΣ, ΕΩΣ, 'Η. Sirac. XXVI, 18. sec. cod. *Alex.* στύλοι χρύσεως, ubi alii libri χρύσεοι habent.

ΧΡΥΣΟΕΙΔΗ'Σ, *auri speciem referens, auro similis.* 3 Esdr. VIII, 59. Respondet hebraeo חֲמוּדָה כַּזָּהָב, *desiderabile ut aurum,* coll. Esdr. VIII, 27. Adverbium χρυσοειδῶς legitur apud *Eustath.* p. 81.

ΧΡΥΣΟ'ΛΙΘΟΣ, *chrysolithus, gemma aurei coloris, aut potius lapis, qui aureum colorem mixtum colore marino et albicante praefert*, unde apud Hebraeos dicitur תַּרְשִׁישׁ, et apud Chaldaeos כרום ימא, propter colorem. *Plin.* XXVII, 9. *Isidor. Origg.* XVI, 14. - תַּרְשִׁישׁ. Exod. XXVIII, 20. XXXIX, 11. *Aqu.* Ezech. I, 16. et X, 9. *Ed. Sexta* Cant. V, 14.

ΧΡΥΣΟ'Σ, i. q. χρυσίον, *aurum.* דַּהֲבָא *chald.* Dan. II, 35, 45. - זָהָב. 2 Par. III, 7. Esdr. I, 6. 11. et alibi. - חָרוּץ, *excisus*, it. *aurum.* Iob. XLI, 22. - כֶּתֶם. *Symm.* Ps. XLIV, 11. Caeterum de confusione vocum χρυσὸς et χρυσίον in codd. MSS. vid. *Hemsterhusius* ad *Aristoph. Plut.* p. 492. ed. res. - Vide alibi συγκαθυφαίνω.

ΧΡΥΣΟΤΟ'ΡΕΥΤΟΣ, *ex auro sculptus* vel *caelatus.* זָהָב מִקְשָׁה, *aurum solidi operis.* *Al.* Exod. XXV, 18. ποιήσεις δύο χερουβὶμ χρυσοτόρευτα, facies duos Cherubinos ex auro caelatos: ubi codex 53. *Holm.* χρυσοτόρευτα habet. *Hesych. Suid.* et *Lex. Cyrilli MS. Brem.* χρυσοτόρευτα, χρυσόγλυφα.

ΧΡΥΣΟΥ'ΡΓΟΣ, *aurifaber*, *aurifex.* Sap. XV, 9.

ΧΡΥΣΟΥ'Σ. Vide in χρύσεος.

P. 399. l. 19. post *στόμα* - In *Hist. Sus.* v. 4. ἐξέρχεσθαι ἔκ τινος dicitur *id, cuius aliquis auctor est.*

P. 400. l. 6. post ὕδωρ - Caeterum Ἔξοδος, seu, ut in *MS. Alex.* legitur, Ἔξοδος Αἰγύπτου inscribitur secundus a Mose scriptus liber, qui exitum Israelitarum ex Aegypto complectitur.

P. 400. l. 33. post *ιι.* - et 18. ubi ἐξεύρεσις est *inventio,* sc. *numeri.* Ita *Syrus.*

P. 405. l. 19. post *meo* - Sed fortasse pro ἔξει reponendum est ἐκστάσει.

P. 408. l. 25. post *sequ.* - In testamento *Epictetae,* ut perhibent, *Spartanae* (*Grut.* CCXVI.): ὁ Ἀρτύγης ἐξοδιαζέτω. In publico *Gytheatarum* decreto (*Paciaud. Monum. Peloponn.* II. p. 145.): τὸ ἀνάλωμα τῶν τέκνων ἐξοδιασάντων.

P. 409. l. 35. post *excrementa* - *Geiero* ad h. l. LXX vertentes τὴν δὲ ἔξοδον αὐτοῦ οὐκ ἀπένιψεν respexisse videntur ad locum Ezech. XVI, 4. *in die ortus tui non est praecisus umbilicus tuus, et aqua non es lota* etc.

P. 410. l. 4. post ζῆν - Latinis quoque *exire* pro *mori* dicitur, et *exitus* pro *morte.* Vide Vellei. lib. II. c. 71. §. 2.

P. 414. l. 6. post 41. - *Zonaras Lex.* c. 761. ἐξουδένωσις, ἡ ἐν τῷ ἀγαθῷ ἀνυπαρξία, καὶ ἡ ὕβρις.

P. 414. l. 32. post λογίζομαι - Confer *Lobeckium* ad *Phrynichi Eclog.* p. 182.

P. 423. l. 29. post ἐπαίνῳ - Caeterum non probo lectionem οὐκ ἐν ἐπαίνῳ ac reponere malo ἐν οὐκ ἐπαίνῳ. Sic Graeci scribere solent, v. c. ἡ οὐκ ἐμπειρία.

P. 427. lin. ult. - *Etymol. M.* 800, 28. ἐπανάστασις τῶν κυμάτων.

P. 429. l. 10. post ἀραμένων - Vide quoque *Zonarae Lex.* c. 821.

P. 439. l. 15. post *potest* - Caeterum vox haec reperitur quoque apud *Musaeum* v. 275.

P. 449. l. 12. post *4ι.* - Ita *Bielius.* Sed partim numerus non recte se habet, ponendum enim fuisset 47, partim τοῖς ἐπιγινομένοις ibi reddendum est *superventuris, adorientibus.* Conf. *Wesseling.* ad *Diodor. Sic.* XIII, 51.

P. 454. l. 45. post 9. - *Lucian. Tox.* 60. ἐπέζησε μὲν καὶ ἔστι μέχρι νῦν ἐν Σκύθαις.

P. 455. l. 7. post ἐπιζεύξαντες - quod *Boeckelius* in *Specim. novae clavis* p. 13. transtulit: *quum tamdiu praefationi immorati,* seu *tam multum praefati simus.* Alii: *hactenus praefationem inhibentes.*

P. 457. l. 15. post *erit* - Iudith. XVI, 26. ἐπιθυμεῖν est *cupere ducere in matrimonium.* In *Hist. Susann.* v. 15. ἐπιθυμεῖν est *velle.*

P. 460. l. 38. post 16. - *Zonaras Lex.* 814. ἐπικάλυμμα προβλήματος διαφέρει· τὸ γὰρ ἐπικάλυμμα χάριν στέγης ἐπινενόηται, ὡς τὸ ἱμάτιον, τὸ δὲ πρόβλημα χάριν φυλακῆς, ὡς τὰ ὅπλα καὶ τὰ ἀμυντήρια ὄργανα.

P. 461. l. ult. - Ἐπικινεῖσθαι quandoque metaphorice notare *incitari, inflammari*, docent exempla, quae *Schweighaeuserus* protulit in *Indice Graecit. Arriani*.

P. 463. l. 40. post νεκροῖς - * ἘΠΙΚΛΥΣΜΟ'Σ, *inundatio*. שֶׁטֶף, idem. *Whitius* in Epist. de *nova vers. Alex. editione* Oxon. 1779. p. 6. ex Cod. *Chis.* ad *Dan. IX, 26.* protulit *Symmachi* fragmentum, in quo pro ἐπικαλυσμῷ, literis *Δ* et *Λ* permutatis, ἐπικλυσμῷ legendum esse, nemo non videt. Conf. etiam versionem huius fragmenti syriacam p. 2. *K.* Nescio, an recte legerit *Whitius*: certe *Editt. Romani cod. Chis.* p. 59. ἐπικλυσμῷ habent.

P. 466. l. 18. post ἐληθαργήθην - *Zonaras Lex.* c. 827. ἐπελήσθην, ἐν λήθῃ γέγονα.

P. 466. l. 26. post *exarescat* - *Zonaras Lex.* c. 853. hoc loco adducto: ἐπιλησθείη, πάρετος γενοίμην.

P. 469. l. 41. post 25. - *Vulgata* habet *sanabitur*, quod *Geiero* scribarum vitio pro *saginabitur* positum videtur.

P. 470. l. 13. post 21. - ἐπιμελῶς, *promte*, q. d. commoda ipsorum unice curantes, quemadmodum ἐπιμελὴς sumitur apud *Xenoph. Cyrop.* IV, 2, 19.

P. 470. l. 14. post *confestim* - Ibid. v. 27. ἐπιμελῶς κολασθήσονται, *severe* punientur.

P. 471. l. 11. - * ἘΠΙΜΟΝΗ', *permansio*, *perseverantia, mora, cunctatio.* Sirac. XXXVIII, 27. ubi ἐπιμονὴ, quod exhibent *Alex.* et *Compl.* ac ibidem cum ὑπομονὴ confunditur, est *instantia*, h. e. *instans et continuus labor. Philoxeni Gloss.* ἐπιμονὴ, *perseverantia, sedulitas, remansio, instantia.*

P. 481. l. 30. post 7. - Caeterum occurrit quoque haec vox apud *Nicet. Annal.* XXI, 6, 400. ut me docuit doct. *Lobeck.* ad *Phrynichi Eclog.* p. 591.

P. 482. l. 8. post *speculari* - Ex *Grotii* sententia LXX arcanum h. e. adytum templi τὴν ἐπισκοπὴν vocarunt, quia Deus ibi signa exhibebat suae maiestatis.

P. 484. l. 10. post *permutatur* - (Ἐπισπᾶσθαι ibi metaphorice est *allicere* aut *eo pertrahere mulierem, ut sui copiam faciat.* Conf. *Xenoph. Cyrop.* V, 5, 5.)

P. 484. l. 29. post *convivium* - Active usurpatur verbum istud etiam apud *Iosephum A. I.* l. X. c. 15. ἐπίσπευδον τὴν δίωξιν.

P. 484. l. 30. post 25. - aut potius 27. ubi ἐπισπεύδειν est *urgere*, *imperare festinationem.*

P. 485. l. 40. post *est* - *Etymol. M.* 369, 51. τῶν ἔργων ἐπιστατεῖν.

P. 495. l. 24. post 7. - aut potius 10. ubi ἐπιτάσσειν de *benigna Dei voluntate* explicandum est. *P. Fagius*: יְהִי רָצוֹן.

P. 495. l. 36. post *robusti* - *Zonaras Lex.* c. 825. ἐπέθεντο, ἐπανέστησαν. Δαβίδ· ἐπέθεντο ἐπ' ἐμὲ κραταιοί. ubi *Tittmannus* laudat *Valckenar.* ad *Herodot.* III, 76.

P. 500. l. 35. post 6. - Praeterea legitur in *Addit. Esther.* XIV, 2. sec. *Vet. Arund.* ἀφείλατο πᾶν σημεῖον ἐπιφανείας αὐτοῦ, ubi ἐπιφάνεια est *ostentatio*, i. q. δόξα in antecedentibus.

P. 508. l. 44. post 7. - Sed *Casaubonus* in *Casauboniania* p. 80. iudicat, interpretem graecum l. l. ἑπτάκις scribere debuisse.

P. 528. l. ult. post 17 - et *Zonarae Lex.* c. 862.

P. 532. l. 6. post Ἐσχατίζω - *usque ad novissimum et extremum.*

P. 532. l. 11. post Ἐσχατόγηρως - (In *Etymol. Gudiano* 124, 19. legitur ἐσχατόγερως.)

P. 540. l. 40. post *excitari* - aut potius *acquiescere*, nostrum *sich darein ergeben*, hoc sensu: parati erant perire.

P. 545. l. 6. post *Complut.* - *Etymol. M.* 629, 36. εὔγειον χωρίον.

P. 549. l. 11. post *13*. - Vide quoque *Kreyssigii Obss. Philol. crit.* in Iobi cap. XXXIX. v. 19-25. p. 26. sequ.

P. 551. l. 15. - *ΕΥΘΑΡΣΕΩΣ, *cum fiducia, audacter.* 2 Macc. VII, 10. sec. cod. *Alex.* ubi reliqui libri εὐθαρσῶς habent.

P. 552. l. 39. - *ΕΥΘΡΑΣΤΟΣ. Sap. XV, 13. sec. cod. *Alex.* εὔθραστα σκεύη; ubi vel e coniectura reponendum est εὔθλαστα, vel cum reliquis libris legendum εὔθραυστα.

P. 559. l. 18. post *altissimum* - (*Zonaras Lex.* c. 1015. ηὐλόγησα, ηὐξάμην, καὶ εὐλόγησα.)

P. 559. l. 36. post *gratulari* - Sed tunc legendum erit cum *Grotio* et aliis: εὐλόγησε (nempe Raguel) Τωβίαν καὶ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ.

P. 559. l. 37. post *fecit* - Aut cogitavit de εὔλογος, aut voci εὐλογεῖν tribuit notionem, cuius quidem exemplum desidero, quae tamen partim usu hebr. בֵּרֵךְ, partim analogia linguae germanicae (*gesegneten Leibes*) confirmari potest.

P. 561. l. ult. post 3. - Praeterea legitur Sirac. XXVI, 14. sec. ed. *Compl.* γυνὴ σιγηρὰ καὶ εὔνους.

P. 564. l. 1. post *docere* - Sirac. XXXVIII, 14. ἵνα εὐοδώσῃ αὐτοῖς ἀνάπαυσιν. Ita cod. *Vat.* Sed praefero lectionem ἐνδώσῃ, quam ed. *Compl.* exhibet. Altera lectio ex εὐωδία v. 13. orta esse videtur.

P. 564. l. 7. post *51*. - Sed εὔοπτος ibi mihi alienum esse videtur ab orationis serie. Quid si εὔπτερος, *bene alatum, admodum celer*, legatur? quod bene convenit *fulguribus*.

P. 572. init. - *'ΕΥΡΩ'ΣΤΕΡΟΣ, *robustior*, *validior*. Sap. VIII, 1. sec. ed. *Ald.* ubi reliqui libri *εὐρώστως* habent.

P. 572. l. 16. post *patiuntur* - Caeterum vox haec restituenda quoque *Gregorio Nysseno* ad *Psalm.* p. 364. B. ubi loco *ἐῤῥυτιῶν* legendum esse *εὐρωστιῶν* e loco *Luciani Necyom.* cap. 15. monet *D. Hoeschel.* ad *Phot.* p. 293.

P. 572. l. 41. post *significet* - *Zonaras Lex.* c. 722. *ἐν εὐσήμῳ, ἐν ἀγαθῇ, ἐν καλῇ, ἐν φανερᾷ, ἐν μεγάλῃ.* ubi vid. *Tittmannus.* Confer eundem ibid. c. 912.

P. 578. l. 40. post שָׂבַע - Baruch III, 34. ubi *εὐφράνθησαν* vel vertendum: *summa cum hilaritate*, h. e. *alacritate et promtitudine*, vel: *magis magisque splendent*, *splendore crescunt*, ad imitationem hebr. שָׂמַח Prov. XIII, 9. Utramque interpretationem confirmat v. 35. Idem valet de voce *εὐφροσύνη* v. 35.

P. 579. l. 38. post *irrepserunt* - Baruch III, 35. Vide notata supra ad *εὐφραίνομαι.*

P. 583. l. 12. post *sortiuntur* - 3 Esdr. I, 12. ubi *εὐωδία* *condimenta* notat.

P. 595. l. 25. - *"ΕΩΛΟΣ, *hesternus*, *pridianus*, it. *marcidus*, *rancidus*, *vetus et obsoletus.* פִּגּוּל, *res putrida*, *profanum.* Ezech. IV, 14. sec. *Vat.* *κρέας ἕωλον*, *caro pridiana.* *Theodoret.* *κρέας ἕωλον ἢ βέβηλον.* Nempe, ut recte ad h. l. observavit *Grotius*, de sacrificiis pro gratiis Deo agendis vetitum pridianis vesci, Exod. XXII, 29. *Zonaras Lex.* col. 946. *ἕωλον, μάταιον, ἢ χθεσινόν· ἢ τὰ ψυχρὸν καὶ ἀνωφελές· ἢ τὸ ἀνίσχυρον. τὸ εἰς τὴν ἕω λειπόμενον.* Vide quoque *Photii Lex,* s. h. v. ac *Plutarch.* VI, 488, 6. *Reisk.*

PARS III.

P. 3. l. 19. post *χαίρω* - Tob. V, 25. *ζῆν* est *vitam quovis modo sustentare* ac opponitur *opulentiae* et *divitiis.*

P. 5. l. 1. post 18. - ad quem locum pertinet glossa *Zonarae Lex.* c. 620. *ἐζήλωσεν, ἐπεθύμησεν.*

P. 5. l. 17. post 14. - ubi de *suspicione mariti* dicitur. *Symm.* Ps. CXIX, 139. ubi *studium vindicandi honorem* notat.

P. 7. l. 8. post *afficio* - h. l. ex arab. عَصَبَ, *insidior*, ut *Knappius* et alii ad Ps. l. l. docuerunt.

P. 16. l. 24. post 3. - Adde *Ciceronem* de *Nat. Deor.* II, 11. scribentem: Principatum autem id dico, quod Graeci *ἡγεμονικὸν* vocant, quo nihil in quoque genere nec potest nec debet esse praestantius.

P. 21. l. 25. post ἀρτύματα - Caeterum vide de hac voce *Barkeri Ep. Crit.* ad *Boissonad.* adiunctam *Arcadio de accentibus* p. 251 sequ.

P. 24. l. 24. post 11. - Ps. LXXXIV, 12. ubi *Vulgatus* int. habet *misericordia. Decanus Paulinus* putat, in Graeco pro ἥλιος scriptum esse ἔλεος.

P. 27. l. 6. post *sum* - Iudith. V, 9. ἡμέρας πολλὰς, *per multos annos*, coll. ib. v. 20 et 30.

* Ἡρακλέης, contr. Ἡρακλῆς, *Hercules*, in lingua Phoenicia אור־כל, i. e. *illustrator omnium, celeber.* 2 Macc. IV, 19 et 20. εἰς τὴν τοῦ Ἡρακλέους θυσίαν.

P. 33. l. 19. post 9. - Addit. Esth. XIV, 6. ἡσυχία opponitur τῇ ὀπτασίᾳ, adeoque in eo est, cum quis secum ut privatus vivit, nec in publicum prodire solet.

P. 33. l. 27. post 4. - Caeterum ἡσυχίαν ἄγειν et ἡσυχίαν ἔχειν a librariis saepe confundi notavit *Wesselingius* ad *Herodot.* VII, 11. et *Diodor. Sic.* XV, 91.

P. 36. l. 38. post ἀνατολή - *Zonaras Lex.* c. 1022. θαιμὰν, ἡ ἀνατολή. τινὲς δὲ τὸ νότιον μέρος φασίν: ubi vid. *Tittmannus.*

P. 38. l. 17. post θααλά - Conf. quoque *Tittmanni* notas ad *Zonarae Lex.* col. 1020. s. v. θάκος.

P. 39. l. 2. post 131. - Θάλλειν de *hominibus* quoque dici docet locus *Philonis* de *exsecrat.* p. 933. E. εὐεξίᾳ θάλλοντες. Sic *viridis* quoque sumitur, ut docuit *Burmannus* ad *Valer. Flacc.* I, 77.

P. 42. l. 43. post θανατοῦσαι - (Mirum est, si θανατοῦσαι scripserunt LXX pro θανοῦσαι, sunt verba *Casauboni* in *Casaubonianis* p. 82.)

P. 43. l. 4. post τεθανατωμένους - 1 Macc. I, 60. θανατοῦν notat *mortem decernere et dictare. Vulgatus* legit: κατὰ τὸ σύγκριμα ἐθανάτουν αὐτόν.

P. 43. l. 25. post *iissem* - Tob. IV, 3. et VI, 15. θάπτειν non tam nude *sepelire* quam *honeste sepelire* notat, coll. ib. XIV, 12. ubi pro eo legitur θάπτειν καλῶς et ἐνδόξως.

P. 45. l. 31. post *existimaret* - Θαυμάζειν quandoque etiam notat *obstupere cum invidia ad alicuius felicitatem*, notante *Casaubono* ad *Theophr. Char.* p. 153.

P. 48. l. 10. post ἐθαυμάστωσας - Reperitur quoque Sirac. XLIII, 8. sec. ed. *Compl.* ubi tamen reponendum videtur θαυμαστῶς ἐν κ. τ. λ., ut ed. *Rom.* exhibet.

P. 48. l. 32. post *Dei* - Tob. XIII, 6. θεᾶσθαι notat *cum admiratione adspicere et contemplari.*

P. 52. l. 26. post *fateor* - Tob. XIII, 8. θέλειν τινὰ est *iterum alicui favere ac bene velle.*

P. 64. l. 36. post *meus* - Ps. LXVII, 26. ad quem locum pertinet glossa *Zonarae Lex.* c. 623. ἐθεωρήθησαν, ἐφάνησαν.

P. 64. l. 35. post *glandis* - aut potius sec. *Grotium velamentum, quod teneris maxime arboribus circumponi solet, ut eas a pecudum morsu defendat.*

P. 82. l. 23. post *θεοσέβειαν* - Caeterum reperitur quoque haec vox in *Cod. Syr. Hexapl. Mediol.* Ierem. III, 19. ubi formula hebr. נַחֲלַת צְבִי, *haereditas elegantiae* aut *concupiscibilis*, respondere videtur.

P. 83. l. ult. post *est* - *θρυλῶ*, *θρυλίζω* habet *Etymol. M.* c. 456, 39 et 44. Vid. *Tzschuck.* ad *Strabon.* T. V. p. 410. 591. Sic *θρυλιγμὸς* legitur apud *Dionys. Hal. de compositione verborum* XI, 7. ubi vid. *Schaefer.* p. 122. *Θρυλεῖν* reperitur quoque apud *Iosephum A. I.* XVIII, 6, 10. ubi tamen *Cod. Gall.* *θρυλλεῖν* habet.

P. 84. l. 18. post *appellare* - Sed *θύαν* potius sunt *arbores odoratae* ac sine dubio legendum *θύτας*, *mactatores.*

P. 87. l. 41. post *vixit* - Adde *Xenoph. Hist. Gr.* VII, 1, 2. et *Eurip. Iph. in Aul.* 923.

P. 92. l. 11. post *fenestras* - Adde Tob. III, 12. ubi *θυρὶς* est *fenestra in superiore parte domus* (coll. v. 25.), quae templum versus spectabat. Conf. Dan. VI, 11.

P. 94. l. 15. post *significat* - ut *Kimchius* interpretatur. Praeterea per *θώρακα* intellegitur lorica cataphractorum, quae a collo ad genua usque demittitur, atque ita *οὐ τὰ στέρνα μόνον, ἀλλὰ καὶ σῶμα τὸ ἄλλο ἅπαν τεθωράκισται.*

P. 94. l. 37. post *8.* - ubi neglegentes librarii pro *ἱάματα* scripserunt *ἱμάτια*, quam corruptam scripturam, iam ab *Hieronymo* notatam, secuti sunt *Tertullianus*, *Cyprianus*, *Ambrosius*, *Augustinus.*

P. 100. l. 37. post *Segaar* - Praeterea legitur quoque Genes. XXVII, 36. *ἰδοὺ δεύτερον τοῦτο*, ubi *τὸ ἰδοὺ* in textu hebr. non diserte expressum legitur. *Philo* lib. III. *Allegor.* p. 96. Cod. *Alex.* et *Compl.* *ἤδη* legunt, sensu fere eodem manente. Conf. Luc. XIII, 16. ubi manifeste *ἰδοὺ* synonymum *τοῦ ἤδη* occurrit. Caeterum conf. *Hornemanni* Spec. I. *Exercitatt. Critt. in LXX* p. 83 sequ.

P. 103. l. 32. post 130. - Baruch. IV, 8. Hierosolyma pro ecclesia Iudaica ponitur, quae l. l. cum matre comparatur, in cuius sinu et gremio alebantur ac fovebantur Iudaei.

P. 108. l. 8. post *sis.* - *Zonaras Lex.* col. 1105. *ἱλάσθητι, ἵλεώς μοι γένου.*

P. 112. *l.* 25. post 772. - Iudith. VII, 28. ubi pro *ἵνα μὴ ποιήσῃ Houbigantius* recte legit: *εἰ μὴ ποιῆτε.* Ita *Syrus.*

P. 112. l. 41. post *σοφίζεται* - *Zonaras Lex.* col. 1110. *ἴνδαλμα, φαντασία, ὄναρ, ὁμοίωμα. παρὰ τὸ εἴδω, τὸ ὁμοιῶ, εἰδάλλω, καὶ ἀποβολῇ τοῦ ε καὶ πλεονασμῷ τοῦ ν ἴνδαλμα.*

P. 116. l. 9. post 22. - *Ἵπποι* pro *curribus* leguntur apud *Callim. Hymn. in Cerer.* v. 87.

P. 117. l. 20. post *Dei* - *Dionys. Hal. Ant. Rom.* Tom. I. p. 111. τιμῶν ἰσοθέων, h. e. ἴσων ταῖς τῶν θεῶν τιμαῖς.

P. 125. l. 17. post *munita* - Sic quoque 1 Macc. I, 33. ἰσχυρὸς et ὀχυρὸς confunduntur in codd.

P. 125. l. 42. -*'ΙΣΧΥΡΟ'ΤΑΤΟΣ, superlativus, *fortissimus*, *potentissimus*. מָעֻזִּים, *fortitudines*. Dan. XI, 38. θεὸν ἰσχυρότατον. Ita enim hic transtulerunt LXX, teste *Hieronymo*, sed aufugit ἰσχυρότατον e librarii manu. Vide *Editt. Rom. Cod. Chis. Dan.* p. 70 sequ.

P. 128. l. 11. post *infligent* - 1 Macc. I, 61. ἰσχὺς, *severitas*, *crudelitas*, *violentia*, ubi vid. *Syrus*.

P. 130. l. 12. post *dubitabat* - Sed ἴσως quoque de *re certa* adhibetur. Vide *Schaefer.* ad *Longi Pastoral.* p. 357. et *Boissonad.* ad *Philostrati Heroica* p. 465.

P. 133. l. 2. post 437. - *Zonaras Lex.* col. 1176. καχλάζει, ἀντὶ τοῦ βράζει, ubi vid. *Tittmannus*.

P. 133. l. 35. post *destructionem* - (potius *ruinas: restauremus ruinas*, coll. v. 45.)

P. 139. l. 34. post κροκύφαντα - *Gloss. Vett. Eleutherium*, κάθεμα, περιδέραιον.

P. 141. l. ult. post *sedebit* - Sed loco καθήσεται rectius ibi fortasse legitur καυθήσεται. Vide quoque ib. XVI, 5.

P. 142. l. 23. post *l. c.* - Vide quoque *Tittmannum* ad *Zonarae Lex.* col. 1166.

P. 142. l. 36. post ἐστήριξεν - *Zonaras Lex.* col. 1164. καθίδρυσε, ἐστήριξε. et ibid. c. 1166. καθίδρυσαν, ἀσφαλῶς κατῴκισαν.

P. 145. l. 14. post *regem* - *Zonaras Lex.* col. 1165. καθεσταμένος, ἀντὶ τοῦ ἐπιτεταγμένος: ubi vid. *Tittmannus*.

P. 150. l. 20. post *cognovit* - 1 Macc. VIII, 13. καὶ βασιλεύειν, *ut* regnarent. Tob. III, 15. καὶ μὴ ἀκοῦσαι, *ut* non audiam.

P. 162. l. 21. post *solemus* - Doctissimo *Mahnio* in libro *Berichtigungen zu den vorhandenen hebräischen Wörterbüchern* (Gotting. 1817. 8.) p. 39. LXX lectionem alteram גָּרֵל expressisse videntur ex usu l. arab., in qua جرل *scrupulosus*, *lapidosus fuit* notat.

P. 164. l. 20. post *notat* - *Zonaras Lex.* col. 1171. καλαμῶνται, πλεονεκτοῦσι· καὶ καλαμᾶται, ἐπανατρυγᾷ, ἢ τὰ ἀποθερίσματα συλλέγει. ubi sine dubio Ies. l. l. rationem habuit.

P. 167. l. 10. post 2. - 3 Esdr. IV, 36. καλεῖν ambiguitate laborat: nam est aut i. q. ζητεῖν, quae est notio adiuncta, aut *venerari*, quae est notio cum altera *invocandi* coniuncta, aut denique *in ore ferre*, *celebrare*. Conf. *Lexic. N. T.* s. h. v. n. 10.

P. 173. l. 45. post *389.* – *Καμάραι* sunt quoque *capsa curruum* s. *tecta arcuata.* Vide *Hemsterhus.* ad *Aristoph. Plut.* v. 1015. p. 368 sequ. ed. rec.

P. 183. l. 38. post *aeternum* – Loco עָלָיו legerunt עָלֶיהָ, quomodo et *Chaldaeus* expressit.

P. 186. l. 30. post *Vide* – *Editt. Rom. Cod. Chis. Danielis* p. 318.

P. 189. l. 11. post *10.* – *Zonaras Lex.* col. 1158. *Καρχηδὼν, ἐπὶ τῆς Λιβύης.* Caeterum LXX urbem Africae non longe distantem pro urbe Hispaniae posuerunt.

P. 192. l. 15. post *hominum* – De praepositione *κατὰ* comparandi virtute quandoque praedita confer *Hemsterhus.* ad *Aristoph. Plut.* v. 952. p. 330 ed. rec.

P. 193. l. 30. post *eodem* – Praeterea arab. وضع est *humilis et depressus fuit*, ac transitive *humiliavit*, *demisit se.* *Syrus:* ܐܣܬܚܦ, *descendero.* Ita quoque *Arabs* et *Vulgata.* Vide quoque *Diss. sub Schultensio et Schroedero def.* T. II. p. 1098.

P. 197. fin. post 14. – *Καταβόσκεσθαι* in notione *interimendi* ac *perdendi* legitur apud *Callim. H. in Dian.* v. 125.

P. 203. l. ult. post *s. h. v.* – Sic quoque apud *Palaephatum* de *incredib.* cap. 41. pro *οὐκ ἐβούλετο* legendum est *οὐκ ἐδύνατο*, quum vulgatum *ἐβούλετο* manifeste sit a glossatore.

P. 208. l. 6. post *lustra* – Fortasse *καταδύσεις* h. l. sunt *olentes fornices*, ut dicuntur *Horatio Serm.* I, 2, 30.

P. 211. l. 16. post *Rosenm.* – Eodem modo Iudith. VI. loco *κατακαύσωμεν*, quod *Vat.* exhibet, reliqui libri rectius habent *καταπατήσωμεν*, nam per equitatum fortem *calcatur* exercitus, non *comburitur.*

P. 232. l. 36. post *βοηθοῦντος* – Confer quoque *Zonaras Lex.* col. 1180.

P. 236. l. ult. post *illam* – *Vulgatus* per *amore vulneratum esse* transtulit. *Schol.* ad h. l. ed. *Rom.* *κεκεντημένοι τῇ ἐπιθυμίᾳ σφοδρῶς.*

P. 241. l. 31. post *n. 2.* – Tob. IV, 19. *πᾶν ἔθνος οὐκ*, h. e. *nemo*, nam *ἔθνος* etiam *genus* seu *speciem* notat.

P. 257. l. 17. post *expresserunt* – Non tamen repugnarem, si quis pro *κατέσεισαν*, quod habet *Vat.*, *κατέστρωσαν* reponere mallet.

P. 260. l. ult. post 4. – 1 Macc. V, 38. *κατασκοπέω* et *κατασκοπεύω* confunduntur in codd.

P. 262. l. 7. post 33. – Add. *Bel et Drac.* 28. ubi *κατασπάω* et *καταστρέφω* in codd. confunduntur.

P. 266. l. 24. post *ipsius* – ubi *καταστρωννύειν* non solum *sternere mensam*, sed etiam ex adiuncto *cibos apponere* notat.

* *ΚΑΤΑΣΤΡΙ'ΖΩ, sibilum edo, sibilo.* שָׁטַף, *inundo.* Dan. XI, 26. κατασυριεῖ, *buccina canet,* ut transtulerunt editt. Rom. Sed vide ad κατασύρω a me notata.

P. 272. l. 30. – * *ΚΑΤΑΦΘΟΝΕ'Ω. Hist. Bel* et *Drac.* v. 13. sec. cod. *Alex.* κατεφθόνουν. Sed scribendum ibi est κατεφρόνουν, h. e. non magnopere curabant, sc. periculum ex denunciatione Danielis.

P. 278. l. 39. post 20. – *Zonaras Lex.* col. 1172. κάτιδε, θεώρησον.

P. 290. l. 1. post *malimus* – Sic quoque Coloss. I, 19. suspicor κατοικῆσαι factum esse ex κατοικίσαι (ut sexcenties accidit in aliis libris graecis), quod εὐδόκησε, intellecto θεὸς, desiderat infinitivum activum, qualis mox est καὶ ἀποκαταλλάξαι.

P. 300. l. 27. post *36.* – ubi quoque conferendus *Codex Syr. Hex. Mediol.*

P. 301. l. 14. post 82. – Adde quoque *Heraldi advers.* lib. I. p. 54 sequ.

P. 303. l. 13. post *ib.* – Ob soni similitudinem saepissime permiscentur *AI* et *E.* Hinc apud *Iosephum c. Apion.* lib. I. c. 24. pro κενολογεῖν lege καινολογεῖν.

P. 309. l. 14. post κέρας – Confer quoque *Cod. Syr. Hex. Mediol.*

P. 328. l. 16. post *h. l.* – Tob. IV, 13. κληρονομήσει pro ἐκληρονόμησε, ut iam *Fagius* vidit.

P. 334. l. 17. post 1378. – *Doederleinius* in notis ad *Grotium*: צָעָה est *inclinare vas, in latus vertere, sternere.* Hinc κλίνοντες sunt *stratores* (ut *Vulg.* transtulit), *qui vasa sternunt, ut effundant.*

P. 349. l. 33. post *colere* – Esth. I, 12. κολακεῦσαι τὸ πρόσωπον ὑπὲρ κ. τ. λ. sec. *Vet. Arund.* i. q. ἀξιῶσαι αὐτὸν ὑπὲρ κ. τ. λ.

P. 350. l. 5. post *13.* – 3 Macc. II, 27. sec. *Ald.* et *Compl.* ἐκόλαψε γραφὴν, ubi alii libri ἐξεκόλαψε habent.

P. 352. l. 26. post 134. – *Plutarch.* in *vita Demosthenis* cap. 6. T. IV. p. 701. *Reisk.* γλώττης ἀσάφεια καὶ πνεύματος κολοβότης.

P. 364. l. ult. post *alibi* - Doct. *Pfannkuche* in *Exercitatt.* in Eccles. XI, 7. – XII, 7. p. 43. apud *Symmachum* rescribendum putat: πρὶν ἢ ἀποκοπῆναι σχοινίον.

P. 371. l. 14. post μετεωρίζεται – Addit. Esth. XV, 4. κουφίζουσα τὴν ἔσθησιν αὐτοῦ. *Vulg.* bene: *defluentia in humum vestimenta sustentans.*

P. 372. l. 26. post κεκράξομαι – Tob. II, 21. ubi κράζειν de *hirco* usurpatum per *mutire* reddendum est. *Vulgatus*: *balare.* Cod. *Alex.* ibi κραυάζειν habet, pro quo iudice *L. Bos* κραυγάζειν reponendum erit.

P. 390. l. ult. - * *ΚΡΙΤΑΙ*, *iudices.* Inscriptio secundi prophetarum priorum libri, quasi *Βιβλίον κριτῶν*, non *κριμάτων*, ut appellare maluit *Philo* Iud. lib. *de confusione linguar.* p. 338., qui continet historiam eorum, quorum opera Deus gubernabat Israeliticum populum post Mosen et Iosuam, qui hebr. שׁוֹפְטִים dicebantur et lingua Punica *Suffetes*, quod teste *Livio* XXX, 7. consulare imperium erat apud Carthaginienses. - Praeterea legitur quoque Ezech. XXV, 16. sec. cod. *Alex.* pro כְּרֵתִים, *Cherethaei*, ubi tamen *κριτὰς*, quod etiam *Arabs* habet, facili lapsu librarii ex *Κρῆτας* ortum est.

P. 392. l. 2. - * *ΚΡΟΚΥΦΑΝΤΩΤΟΝ.* גָּבִיעַ, *concavus. Inc.*, sine dubio *Aquila*, Ierem. LII, 21. sec. cod. *Syr. Hex. Mediol.* ubi latine a *Norbergio corona* redditur. Sine dubio scribendum *κροκυφάντῳ* s. *κροκύφαντον*, quo Ies. III, 19. hebr. נְטִפוֹת expressit. Sed quid hoc sibi hic velit, me ignorare fateor.

P. 398. l. 7. post *κρύφιοι* - 1 Macc. I, 53. sec. cod. *Alex.* *ἐν κρυφίοις*, ubi alii libri *ἐν κρύφοις* habent.

P. 405. l. 43. post I, 6. - *κυκλοῖ κυκλῶν πορεύεται*: ubi prima et secunda vox male videntur scribi ac fortasse reponendum est: *κύκλῳ κυκλοῦν πορεύεται.* Sed LXX saepe verba appendunt nobis, sententiam non multum curantes.

P. 407. l. 7. post 20. - Ps. XXV, 6. *κυκλώσω τὸ θυσιαστήριόν σου*, ubi *κυκλοῦν circumsaltare* notare videtur. Certe in *saltandi* notione *κυκλοῦν* legitur apud *Callim. H. in Cerer.* 170 et 267. His adde 1 Macc. II, 45. ubi *κυκλοῦν obire* seu *circuire* notat, ut *Vulgatus* transtulit.

P. 413. l. 17. post *Ioppen* - Adde Iudith. IX, 13. ubi *κυριεύειν* etiam *occupare* s. *potiri* notat.

P. 415. l. 2. post *illa* - Tob. II, 11. *ἀπέστελλε τοῖς κυρίοις*, ubi *κύριοι* per *emtores* reddi potest. Certe ita קֹנֶה sumitur Prov. XX, 14.

P. 418. l. 26. post *impedivit* - Caeterum *Ernestio* in notis ad *Gloss. sacras Hesychii* p. 231. *κωλύματι* ibi corruptum videtur pro *κοιλώματι.*

P. 447. l. 29. * *ΛΕΥΙΤΙΚΟΝ*, sc. *βιβλίον*, *Leviticus*, tertius Pentateuchi Mosaici liber, qui agit de sacrificiis, sacerdotibus, omninoque eo, quod cultum Leviticum concernit.

P. 447. l. 34. post 7. - *ἐλεύκανε τὰ κλήματα αὐτῆς.* Simili ratione *ἐκλευκαίνειν* usurpatur a *Theophrasto* lib. V. c. 12. *διὰ τὴν ἀτροφαὶν ἐκλευκαίνεται καὶ ἀπόλλυται τὰ δένδρα.*

P. 448. l. 18. post *λεπτὰ* - *Λεπτὸς* et *λευκὸς* etiam confusa reperiuntur in *Eurip. Med.* v. 1185. sequ. ubi vid. *Porson.* et in *Apollon. Rhod. Argon.* II, 570.

P. 449. l. 51. post *terribilis* - 3 Esdr. IV, 24. τὸν λέοντα θεωρεῖν, obire loca periculosa, horrida et inculta, ubi sunt latibula leonum et ferarum. *Addit. Esth.* XIV, 13. λέων est *rex terribilis*.

P. 453. l. 44. post 189. - *Zonaras Lex.* col. 1311. λιγύριον, ὄνομα λίθου, ubi vid. *Tittmannus*.

P. 455. l. 13. post 1146. - Adde *Achill. Tat.* lib. II, cap. 11. περίδεραιον λίθων ποικίλων, ubi e sequentibus apparet, λίθους κατ' ἐξοχὴν *lapides pretiosos* dici.

P. 457. l. 28. post הֵיכָל - Iudith. VI, 6. ubi pro λαὸς reponendum est vel ξίφος, vel λόγχη, ut *Syrus* habet.

P. 458. l. 7. post *fames* - * יוֹם, *dies*. Ierem. XVII, 18. sec. cod. *Alex.* λιμὸν πονηρὰν, quod reiecit *Grabius*. Sed simili modo Luc. XV, 14. in 4 codd. legitur λιμὸς ἰσχυρὰ, et ib. IV, 25. ex duobus libris scriptis λιμὸς μεγάλη fuit enotatum. *Etym. M.* 566, 10. ὁ λιμὸς Ἀττικῶς, ἡ λιμὸς Δωρικῶς. Caeterum verba cod. *Alex.* merum interpretamentum continere videntur. Nam *dies malus* in genere *quodvis infortunium* apud Hebraeos notat.

P. 464. l. 10. post *ineunt* - Baruch. III, 36. οὐ λογισθήσεται ἕτερος πρὸς αὐτὸν, cum quo alius non est *comparandus*, seu: cui nullus alius est praeferendus, ut πρὸς sit i. q. ὑπέρ.

P. 469. l. 43. post *eius* - Tob. V, 26. λόγον ἔχειν est *sollicitum* et *anxium esse*, coll. VI, 16.

P. 475. l. 39. post 2. - Tob. XIII, 18. λυπεῖσθαι, *ad seriam poenitentiam adduci se pati*.

P. 494. l. 31. post σπεῖσας - Μάννα quoque hebr. מִנְחָה respondet in *Cod. Syr. Hex. Mediol.* Ierem. XVII, 26.

P. 498. l. 27. post 9. - In libro Tobiae XI, 17. μαστιγοῦσθαι *coecus* dicitur.

P. 507. l. 29. post I, 25. - Confer quoque supra a me ad vocem μεγαλομερῶς notata.

P. 509. l. 4. post *illum* - 1 Macc. X, 3. ὥστε μεγαλῦναι αὐτὸν pro καὶ μεγαλύνουσιν αὐτὸν, nempe, ut *Grotius* recte monuit, literis laudantibus et extollentibus, quibus persuadere volebat Ionathae, a se ipsum plurimi fieri. Infra v. 24. λόγοι ὕψους vocantur.

P. 512. l. 29. post 23. - Baruch. II, 18. ἐπὶ τὸ μέγεθος, *admodum*, *maximopere*. Non opus esse mihi videtur, ut aliquid hic cum *Vulgato* (qui habet: *super magnitudine mali*) suppleatur.

P. 513. l. 34. post κραιπαλᾷν - Tob. IV, 16. μέθη est *temulentus*, *ebrius*, et sensus ita constituendus: ne cum temulentis et ebriis consuetudinem et familiaritatem habeas.

P. 536. l. 17. post 19. - Adde *Addit. Esth.* XV, 1. ubi μεταβολὴ est i. q. μετοικεσία, translatio in terras alienas, abductio in captivitatem.

P. 546. l. 43. post 2. - (*Ἔθνος μετέωρον*, gens erecta, consilia moliens, q. d. suspensi animi. Videntur vim vocis hebr. reddere voluisse, quae velut distractum tractumque sonat, huius amplitudinis voce ac qua forte nulla alia existat.)

P. 548. l. 2. post 4. - ubi tamen *Casaubonus* in *Casaubonianis* p. 95. *μετοικοῦσι* corrupte poni existimat pro *μετοικιοῦσι*.

P. 564. l. 27. post *Compl.* - (ubi tamen fortasse legendum *μήνιμα* vel *μηνίαμα*.)

P. 564. l. 28. post *mundi* - *Μιμνήσκομαι*. Vide infra s. *μνήσκομαι*.

P. 566. l. 63. post *μόχθου* - 2 Macc. VIII, 33. *ἄξιον τῆς δυσσεβείας ἐκομίσατο μισθόν*. Sic *μισθὸς* pro *poena* et *damno* adhibitum reperitur apud *Callim. Lavacr. Pall.* v. 102. ac *pretium* apud *Terent. Andr.* III, 5, 4. et *Horat.* III. Od. XXIV. v. 24.

P. 569. l. 38. post *σθήτωσαν* - 3 Esdr. III, 20. *οὐ μέμνηται*, *oblivisci facit*, *oblivionem inducit*. Ita et ibid. v. 21.

P. 571. l. 38. - * *ΜΝΗ'ΣΚΟΜΑΙ*, i. q. *μιμνήσκομαι*, *recordor, memini*. 1 Macc. VI, 12. *μνήσκομαι* sec. cod. *Alex.* ubi alii libri *μιμνήσκομαι* habent. Vide *Schneideri Lex. Gr.* s. v. *μνήσκω*, quae quoque reperitur in *Etymol. Gudiano* 221, 32.

P. 577. l. 39. post *εἷς* - Hist. Sus. v. 15. *μόνων*. Lege *μόνον* aut *μόνως*. 1 Macc. VII, 38. *μόνην*, videlicet *ἐν τῷ βίῳ*, ne sit, ut diutius maneat in hac vita. Opponitur *ἐξαγωγὴ*, *excessus e vita*.

P. 584. post 2112. - *Doederleinius* in notis ad *Grotium* confert arab. זנק, *constringere*.

P. 585. l. 22. post *s. h. v.* - (Sed salva est lectio. Nam *Iosephus* quoque *A. I.* IX, 2, 1. et *Gregorius Nazianzenus Orat. Steliteut.* II. Accasonitarum deum *Μῦαν* appellant.)

P. 588. l. 20. post *πολύτιμον* - Caeterum vide de voce *μυριότης* notata a *Lobeckio* ad *Phrynichi Eclogas* p. 662.

P. 589. l. 28. post 1. - Quomodo differat *μύρον* ab *ἐλαίῳ*, docuit *Eschenbach.* de *unct. gentil.* p. 344 sequ.

PARS IV.

P. 2. l. 59. * *ΝΑΝΑΙ'Α*, *Nanaea* seu *Nanna*, deae nomen apud Persas, quam et *Ναναῖον* dici observat *Bulengerus* in *Eclogis* ad *Arnobium* et in *Polybio* lib. X. (27, 12.) invenit, ubi nunc *Αἴνη* legitur. Commemoratur 2 Macc. I, 13. *ἐν τῷ τῆς Ναναίας ἱερῷ*, in quo Antiochus interfectus est. Ib. v. 15. *τῶν ἱερέων τῆς Ναναίας*, ubi cod. *Alex.* *τοῦ Ναναίου* habet. *H. Relandus in Diss. Miscell.* T. II. p. 202. putat, Na-

naeam esse vocem Persicam ننه, *Nane*, quae *matrem* notat, convenientissimum *deae* nomen, unde et *μήτηρ θεῶν* et *Δημήτηρ* apud Graecos, et *Magna Mater* apud Latinos, et *Μήτηρ* simpliciter. Nonnullis viris doctis est *Diana. Beyero* in *Additam.* ad *Seldenum de Diis Syris* p. 331. *Venus Elymaea.* Vide *Kippingii Recens. Antiquit.* p. 29. sequ. et *Philippum a Turre* in *monumentis veteris Antii* p. 194.

P. 12. l. 18. post *sequ.* - His adde Gen. XLIX, 24. *καὶ ἐξελύθη τὰ νεῦρα βραχιόνων χειρῶν αὐτῶν*, quibus verbis nihil respondet in textu hebraico. LXX videntur *νεῦρα* ex ingenio interpretamenti causa addidisse, aut coaluerunt duae versiones vocis זרוע. Nonnulli *βραχιόνων* delendum existimarunt.

P. 13. l. 1. * *ΝΕΦΘΑΡ* et *ΝΕΦΘΑΡ*. 2 Macc. I, 36. sec. *Alex. Ald.* et *Compl. νέφθαρ, ὃ διερμηνεύεται καθαρισμός. Hadr. Relandus* in *Diss. Miscell.* P. II. p. 11? et 176. *ἐφθὰρ* legendum indicat, ac Persice scriptum آب طاهر *Ab Tahr*, h. e. *aqua munda.*

P. 13. l. 3. * *ΝΕΩΤΑ*, praemisso *εἰς* vel *ἐς*, *εἰς νέωτα*, *in annum novum, venturum, sequentem.* כָּעֵת חַיָּה, *secundum tempus vitae.* Gen. XVIII, 10. *κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον, εἰς νέωτα.* Ita *Philo* de *Abrahamo* Vol. V. p. 288. ed. *Pfeifer.* Verba *εἰς νέωτα* desunt textui LXX Intt. ac sunt vel *Aquilae* vel alius Interpretis. *Philonis* esse statuit *Wesselingius* in *Epistola ad Venemam* p. 25. *Hesych. νέωτα, εἰς τὸ ἐπιὸν ἢ μέλλον ἔτος. Moeris: νέωτα, Ἀττικῶς. τὸ μέλλον ἔτος, Ἑλληνικῶς.*

P. 15. l. 5. post *saepius* - Ierem. XLVII. (gr. XXIX.) 4. בכפתור transtulerunt per *τῶν νήσων*, aut non lecta, aut, quod potius reor, pro spuria habita voce כַּפְתּוֹר, quod absurda prodire videbatur sententia: *insulae Cappadociae.* Habet quidem *Ed. Compl. τῶν νήσων τῆς Καππαδοκίας*, sed editores eius graecam versionem ad textum hebraicum et latinum correxisse, res est suspicionis plena.

P. 21. l. 36. post 6. - ubi tamen, ut hoc obiter moneam, loco impressi *κόμμα ἴδιον νόμισμα* legendum videtur *κόμμα ἰδίου νομίσματος.* Certe *Vulgatus* habet: *percussuram proprii numismatis.* Caeterum vide ad h. l. *Deylingii Obss. SS.* P. III. p. 222 sequ.

P. 26. l. ult. post *Iunius* - His adde Iob. XII, 11. ubi videndus *L. Bos.* Eadem confusio vocum *νοῦς* et *οὖς* locum quoque habet Iob. XXXIV, 3.

P. 30. l. 31. post *habent* - Ex *Houbigantii* sententia scripserunt *ἐνέσταξεν*, quod propius ad vulgatam lectionem accederet.

P. 38. l. 36. post c. 9. — ac *Th. Ittigii Opuscula varia* p. 1. sequ.

P. 40. l. 16. post *Arabs* — * אֲשֶׁר, *qui*. *Theodot*. Gen. I, 29. τὸν πάντα χόρτον σπερμαίνοντα σπέρμα τοῦ (hic necessario legendum τὸν) ἐπὶ πᾶν πρόσωπον τῆς γῆς.

P. 46. l. 23. post *tueri* — Ὀδὸς valet i. q. οὐδὸς, *limen*. Sic *Eustathius* in *Homer. Il. A.* p. 118. Vide quoque *Sophocl. Oed. Col.* p. 521.

P. 52. l. 20. post *est* — Caeterum in *Aquilae* reliquiis num fortasse legendum est οἰάκισις? Sed amat *Aquila* verba in σω desinentia.

P. 61. l. 7. post *est* — 1 Macc. II, 19. πάντα τὰ ἐν οἴκῳ, ubi *Syrus* vel vere legit, vel ita interpretatus est, ac si scriptum esset τὰ ὑπὸ τὰ ὑπήκοα τῇ βασιλείᾳ κ. τ. λ.

P. 71. l. ult. post *lectitur* — *Origenes* quoque contra *Celsum* legit οὐκ ὀλιγοστὸς, quod defendit *Olearius de stilo N. T.* p. 48. Fortasse tamen verba ὀλιγοστὸς εἶ κ. τ. λ. interrogative scribenda et accipienda sunt, ut conveniant cum Matth. II, 6.

P. 96. l. 2. post *auditur* — ubi, ut hoc obiter addam, suspicari tamen aliquis posset Paulum scripsisse νομίζεται. Vulgatus error librariorum, qui saepius ὀνομάζω pro νομίζω et contra ponunt. Sic apud *Philonem Allegor.* T. I. p. 135. ed. *Pfeifer.* pro ὠνόμασται melius fortasse legitur νενόμισται.

P. 100. l. 7. post נְחֻדָה — (Si aliam lectionem vere secuti sunt, in suis codd. potius repererunt בחנה, coll. 1 Sam. XXI, 8.)

P. 123. l. 23. post *habet* — *Houbigantius* ad h. l.: Graeci ὅρμημα non deducunt ex radice רעה, *malum*, nam *malum* omittunt, sed forsan ex scriptione פרע, quae eadem est Samaritanorum. Nam ὁρμᾶν Graecis idem fere ac chaldaicum פרע, *properare*, unde chaldaice בפריע, *celeriter*.

P. 125. l. 8. post ῥαδάμνοις — Etiam Iob. XV, 32. sec. ed. *Compl.* hoc vocabulum pro vulgari ῥάδαμνος legitur.

P. 130. l. 23. post *est* — 1 Macc. III, 48. περὶ ὧν ἐξηρεύνων. Loco περὶ ὧν lege περὶ οὗ, aut in antecedentibus τὰ βιβλία loco τὸ βιβλίον. Sed vide de h. l. *Seldenum* de *diis Syris* p. 54 sequ.

P. 139. l. 45. * ΟΥΔΑΝΟ'Σ. Iob. XXV, 4. sec. cod. *Alex.* οὐδανὸς οὐ καθαρός. Legendum οὐρανός. Caeterum nihil his verbis respondet in textu hebraico.

P. 144. l. 5. post *saepius* — Praeterea legitur Ies. V, 30. sec. *Compl. Ald. Arab.* et *Copt.* εἰς τὸν οὐρανὸν ἄνω, e quibus verbis, quibus nihil respondet in textu hebr., verba hebraica corrigere conatur *Lowthius*. Sed, ut bene monuit *Bauerus* in *Critica Sacra V. T.* p. 427., exemplaria graeca ex Ies. VIII, 21. 22. interpolata esse videntur; phrasis an-

tem *coelum intueri* aliena est a re, quam vates describere voluit.

P. 164. l. 22. post νεανίσκος - *Vulgatus: reliqua ipsi eum suis diviserunt.* *Houbigantio* ad h. l. παιδία sunt famuli et servi, qui in exercitu erant, et cum heris suis pugnaverant.

P. 178. l. 6. post *plenilunaris* - *toto ore terris imminens*, ut *Senecae* verbis utar, i. q. πληροσέληνος.

P. 187. l. 45. post *scribendi* - Caeterum παραναγνοὺς l. l. est ita accipiendum, ut Hiphil Hebraeorum, quasi *faciens legere*. *Vulg. iussit legere.*

P. 266. l. 39. post 27 - sec. cod. *Chis.* et *Iustinum Mart.* παιδαρχήσουσιν αὐτῷ.

P. 277. l. 23. post ὕψει - *Addit. Esther.* XIV, 2. sec. *Vet. Arund.* ἐνεδύσατο πένθος, h. e. ἱμάτια πένθους (ut in altera versione legitur), *luctui apta indumenta*, ut *Vulg.* transtulit.

P. 291. l. 10. post יוּכַל - *Houbigantio* ad h. l. *Symmachus* περιγενήσεται, *superior erit*, habere videtur ex scriptura ישור, *vincet*, quae ipsi legitima esse videtur.

P. 332. l. penult. post 3. - ἄσφαλτος ἦν αὐτοῖς ὁ πηλὸς, bitumen erat illis lutum, h. e. pro luto vel caemento.

P. 338. l. 33. post *marinum* - Confer quoque *Scheuchzeri Iobi Physicam Sacram* p. 210., qui quoque monuit, πίννα convenire cum voce פְּנִין.

P. 338. l. 40. post *chald.* - Nonnullis placuit, יִחוּשׁ mutandum esse in יִשְׁתֶּה. Alii contulerunt arab. حاس, quod *commiscere* notat, et est proprium de vino. Caeterum cum versione LXX Intt. conveniunt quoque *Syrus* et *Arabs*.

P. 356. l. 35. post *est* - (si nempe lectio sana est, nec facta est e barbaro *latatum* pro *dilatatum*. Nisi quis malit *lactatum* legi, quod non male responderet graecae voci ἠπατήθη.)

P. 369. l. 5. post *iniustitia* - *Vulg. ultro citroque exundant.* Nam πλημμελεῖν, ut πλημμυρεῖν, usurpatur de fluvio ultro citroque exundante. Vide *H. Stephanum* s. v. πλήν.

P. 420. l. 19. post *expresserunt* - Caeterum, uti h. l. πονηρὸς, ita quoque κακὸς adhibetur, v. c. Apoc. XVI, 2. ubi ἕλκος κακὸν est i. q. ἕλκος κακόηθες, ut veteres medici vocant, *ulcus malignum, serpens, sordidum et indomabile*. *Eustath.* ad *Homer.* Il. β, 723. fol. 249. ἕλκος κακὸν explicat per ἀνίατον τραῦμα et νόσον διάβορον.

P. 433. l. 18. post *mutato* - *Houbigantio* ad h. l. נוֹל legisse videntur.

P. 446. l. 31. post ἁγίοις - 1 Macc. VI, 36. πρὸ καιροῦ, *ante tempus*. Sed legendum sine dubio πρὸς καιρὸν, *ad tempus* sive *opportune*.

P. 502. l. 39. post *notat* - Sic *Vulgatus*: *quae postulantur*, qui tamen *Grotio* legisse videtur προτιθεμένοις, quam lectionem quoque *Houbigantius* probavit.

P. 508. l. 13. post βασιλεύς - Esth. I, 14. sec. *vet. Arund.* ἵνα μηδένα προτάξω τῇ δόξῃ σου, ne quenquam *praeferrem* gloriae tuae. Alii libri habent ἵνα μὴ δῶ δόξαν ἀνθρώπων ὑπεράνω δόξης θεοῦ μου.

P. 534. l. 25. post *videtur* - Praeterea legitur Ies. X, 9. ubi verbis οὗ ὁ πύργος ᾠκοδομήθη nihil respondet in textu hebraico. Confer de h. l. *Bocharti Geogr. Sacr.* lib. I. c. 9. p. m. 40 sequ.

P. 561. l. 29. post 20. - *Addit. Esth.* XIV, 13. sec. *vet. Arund.* λόγον εὖ ῥυόμενον, sermonem bene fluentem, i, q. in aliis libris εὔρυθμον. *Vulg. verbum concinnum.*

INDEX

NONNULLORUM V. T. LOCORUM, QUORUM TEXTUS GRAECUS EMENDATUR AC DEFENDITUR.

Numeri.

Deut.

Psalmi.

Proverb.

Cantic.

Jesaias.

Threni.

Daniel.

Hoseas.

Baruch.

Sumtibus librariae Weidmanniae prodierunt Lipsiae:

* Dionysii, Halicarnassensis, Opera omnia, graece et latine. Cum annotationibus Henr. Stephani, Frid. Sylburgii, Franc. Porti, Isaaci Casauboni, Fulvii Ursini, Henr. Valesii, Jo. Hudsoni et Jo. Jac. Reiske. VI Tomi. 8maj. Lipsiae 1774—1777. 16 Thlr.

— — de Compositione verborum Liber. Recensuit ac priorum editorum suasque notas adjecit Godofr. Henr. Schäfer. Accedunt ejusdem Meletemata critica in Dionysii Halic. artem rhetoricam. 8maj. 1808. Charta impress. 3 Thlr.

— — Idem liber, charta script. gallica. 4 Thlr.

* — — Idem liber, charta membran. (Velin) 6 Thlr. 16 Gr.

Eichhorn, Jo. Godofr., antiqua historia ex ipsis veterum scriptorum Graecorum narrationibus contexta. IV Tomi. c. Indd. 8maj. 1811–13. 10 Thlr. 8 Gr.

Etiam sub titulis sequ. separatim venduntur:

Eichhorn, Jo. Godofr., antiqua Asiae historia, ex ipsis vett. script. Graecorum narrationibus contexta. 8maj. 1811. 2 Thlr. 12 Gr.

— — antiqua Africae historia etc. 8maj. 1811. 1 Thlr.

— — antiqua Graeciae historia etc. 8maj. 1811. 1 Thlr. 20 Gr.

— — antiqua Italiae historia etc. Pars I. 8maj. 1812. 3 Thlr. 3 Gr.

— — antiqua Italiae historia etc. Pars II. 8maj. 1813. 2 Thlr. 21 Gr.

Epicteti Dissertationum ab Arriano digestarum libri IV. Ejusdem Enchiridion et ex deperditis sermonibus Fragmenta. Post Jo. Uptoni plerumque curas denuo ad Codicum Msptorum fidem recensuit, latina versione, adnotationibus, indicibus illustravit Jo. Schweighäuser. III Volumina. 8maj. 1799. 12 Thlr.

* — — Idem liber, charta belgica. 20 Thlr.

Etiam sub titulo:

Epicteteae Philosophiae Monumenta. III Volumina. 8maj.

(Videatur Simplicii Commentarius in Epicteti Enchiridion.)

Epistolae Parisienses, in quibus de rebus variis, quae ad studium antiquitatis pertinent, agitur. Editae a Prof. G. G. Bredow. 8maj. Charta impress. 1 Thlr. 6 Gr.

— — Idem liber, charta script. 1 Thlr. 12 Gr.

* — — Idem liber, charta membranacea. 1 Thlr. 20 Gr.

Ernesti, A. G., Opuscula oratoria-philologica. 8maj. 1794. 16 Gr.

Fabricii, J. Alb., Bibliotheca latina nunc melius delecta, rectius digesta et aucta diligentia Jo. Aug. Ernesti. III Tomi. 8 maj. 1773. 74. 3 Thlr. 16 Gr.

— — Idem liber, charta scriptoria. 4 Thlr. 16 Gr.

Freytagii, Frid. Gotth., Adparatus literarius, ubi libri partim antiqui partim rari recensentur. III Tomi. 1752—55. 2 Thlr. 16 Gr.

Gersdorf's, Christh. Gotth., Beiträge zur Sprach - Charakteristik der Schriftsteller des Neuen Testaments, eine Sammlung meist neuer Bemerkungen u. s. w. 1ster Band. gr. 8. 1816. auf Druckpapier. 2 Thlr. 12 Gr.

— — Dasselbe Buch, auf Schreibpapier. 2 Thlr. 20 Gr.

Harlessii, Gottl. Christoph., Brevior Notitia litteraturae Graecae, in primis scriptorum Graecorum, ordini temporis adcommodata, in usum studiosae juventutis. 8. 1812. Charta impress. 2 Thlr.

— — Idem liber, charta scriptor. 2 Thlr. 12 Gr.

Lucians von Samosata sämmtliche Werke; aus dem Griechischen neu übersetzt und mit den nöthigen Anmerkungen und Erläuterungen versehen von C. M. Wieland. VI Theile. gr. 8. 1788 und 1789. 8 Thlr. 4 Gr.

* Ebendieselben auf Holländ. Papier. 11 Thlr. 4 Gr.

Memnonis historiarum Heracleae Ponti excerpta servata a Photio. Graece. Cum versione latina Laur. Rhodomanni. Accedunt Scriptorum Heracleotarum, Nymphidis, Promathidae et Domitii Callistrati fragmenta, vett. historicorum loca de rebus Heracleae Ponti et Chionis Heracleotae quae feruntur epistolae, cum versione lat. Jo. Caselii. Omnia collegit, disposuit, recognovit, notis priorum interpretum integris aliorumque et suis illustravit et indicem adjecit Jo. Conr. Orellius. 8maj. 1816. Charta impress. 1 Thlr. 18 Gr.

— — Idem liber, charta script. gall. 2 Thlr.

*— — Idem liber, charta meliori. 2 Thlr. 8 Gr.

Mosheimii, I. L. a, de Beghardis et Beguinabus Commentarius. Fragmentum ex ipso MS. auctoris celeb. edidit, duplice appendice, complur. diplomat. variet. lect., notis aliis et indice necessario locupletavit Geo. Henr. Martini. 8maj. 1790. 2 Thlr.

Nicolai, Damasceni, histor. excerpt. et fragment., quae supersunt, edit. Lipsiensis Supplementum, continens annotatt. et emendatt. Diamantis Coray, Frid. Creuzeri, Jo. Schweighaeuseri, Henr. Bremii, Jac. Ochsneri et aliorum, quibus suas adscripsit Jo. Conr. Orellius. Accedunt Theodori Metochitae Capita II de politia Cyrenaeorum et Carthaginiensium. 8maj. Charta impress. 15 Gr.

— — Idem liber, charta angl. 21 Gr.

* — — Idem liber, charta meliori. 1 Rthlr.

Oelrichs, Jo. Ge. Arn., Commentarii de Scriptoribus ecclesiae Latinae priorum VI saeculorum ad Bibliothecam Fabricii latinam accommodati. Praefatus est et editionem curavit A. H. L. Heeren. 8maj. 1791. 1 Thlr. 16 Gr.

— — Idem liber, charta script. 2 Thlr. 12 Gr.

Opuscula Graecorum veterum sententiosa et moralia. Graece et Latine. Tom. IIus, continens Isocratis quae fertur paraenesin ad Demonicum, Cynicae scholae principum, Antisthenis, Diogenis, Cratetis, Monimi et Demonactis sententias et apophthegmata, Aristippi, Bionis Borysthenitae et aliorum apophthegmata, Incerti sophistae dissertationes V morales, Archytae Tarentini fragmenta quae supersunt, Pythagoreorum vett. fragmenta moralia a Jo. Stobaeo et aliis servata, Eusebii philosophi fragmenta, Amphilochii Iconii episcopi epistolam ad Seleucum et Nili Ascetae tractatum de octo vitiis. Accedunt appendicis loco Ebraeorum et Arabum vett. sententiae morales latine redditae. Omnia collegit, disposuit, emendavit, notis priorum interpretum partim integris partim selectis suisque illustravit aliaque opuscula minora inseruit Jo. Conradus Orellius. 8maj. 1821.

Etiam sub titulo:

Opuscula Graecorum veterum sententiosa et moralia. Graece et Latine. Collegit, disposuit, emendavit et illustravit Jo. Conr. Orellius. Tom. IIus. 8maj. Charta impress.

— — Idem liber, charta script.

*— — Idem liber, charta membran.

Oudini, Casimiri, Commentarii de Scriptoribus ecclesiae antiquis, illorumque scriptis tam impressis quam manuscriptis, adhuc extantibus in celebrioribus Europae bibliothecis, a Bellarmino, Possevino, Phil. Labbeo, Guil. Caveo, Lud. Elia du Pin, et aliis omissis, ad annum MCCCCLX vel ad artem typographicam inventam etc. III Voll. fol. 1722. 10 Thlr.

Platonis Leges et Epinomis. Ad optimorum librorum fidem emendavit, perpetua adnotatione illustravit et indices rerum ac verborum adjecit D. Frid. Astius. II Tomi. 8 maj. 1814. Charta impress. 5 Thlr.
— — Idem liber, charta script. gall. 6 Thlr. 12 Gr.
*— — Idem liber, charta membranacea. 10 Thlr.

Platonis quae exstant Opera. Accedunt Platonis quae feruntur Scripta. Ad opt. librorum fidem recensuit, in linguam latinam convertit, annotationibus explanavit indicesque rerum ac verborum accuratiss. adjecit Fridericus Astius. Tom. IIIus continens Parmenidem, Cratylum, Philebum et Convivium. 8 maj. 1821. Charta impress. 1 Thlr. 20 Gr.
et meliori 2 Thlr. 4 Gr.
— — Idem liber, charta script. gall. 2 Thlr. 12 Gr.
*— — Idem liber, charta membran. 3 Thlr. 20 Gr.
(Tom. IVus sub prelo.)

Sapphus Lesbiae Carmina et Fragmenta. Recensuit, commentario illustravit, schemata musica adjecit et Indices confecit Henr. Frid. Magnus Volger. 8. 1810. Charta script. 1 Thlr.
— — Idem liber, charta meliori. 1 Thlr. 6 Gr.
*— — Idem liber, charta membran. (velin.) 1 Thlr. 16 Gr.

Schleusneri, Joh. Frid., novus Thesaurus philologico-criticus sive Lexicon in LXX et reliquos interpretes graecos ac scriptores apocryphos Veteris Testamenti. Post Bielium et alios viros doctos congessit et edidit. Pars I—V. et ultima. Α — Ω. 8 maj. 1820. 21. Charta impress. 11 Thlr. 12 Gr.
et meliori 12 Thlr. 18 Gr.
— — Idem liber, charta script. gall. 15 Thlr. 12 Gr.
*— — Idem liber, charta membran. 19 Thlr. 6 Gr.

Schoenemanni, C. G. T., Bibliotheca historico-literaria Patrum Latinorum Tertulliano principe usque ad Gregorium M. et Isidorum Hispalensem ad biblioth. Fabricii latinam accommodata. Tom. I. et II. 8 maj. 1792—94. 4 Thlr. 16 Gr.
— — Idem liber, charta script. 6 Thlr. 16 Gr.

Simplicii Commentarius in Epicteti Enchiridion. Accedit Enchiridii Paraphrasis christiana et Nili Enchiridion. Graece et Latine. Omnia ad veterum Codicum fidem recensuit et varietate lect. brevibusque notis illustravit Jo. Schweighäuser. II Tomi. 8 maj. 1800. 6 Thlr.
*— — Idem liber, charta belgica opt. 10 Thlr.
Etiam sub titulo:
Epicteteae Philosophiae monumenta. Vol. IV et V.
(Videantur Epicteti Dissertationes ab Arriano digestae.)

Sylloge Lectionum Graecarum, Glossarum, Scholiorum in Tragicos Graecos atque Platonem ex Codd. MSS., qui in biblioth. Imperiali Parisiis adservantur, erutorum, in ordinem redacta. Accedit observatt. critt. Symbole in scriptores aliquot classicos et Graecos et Romanos nonnullorum. Utramque collegit et publicavit M. Godofr. Faehse Dir. 8 maj. 1813. Charta impress. 2 Thlr.
— — Idem liber, charta scriptor. 2 Thlr. 12 Gr.

Versio latina Epistolarum et libri visorum Joannis Novi Testamenti. Perpetua adnotatione illustrata a M. Godofr. Sigism. Jaspis. II Tomi. Editio altera novis curis emend. et aucta. 8 maj. 1821. Charta impress. 3 Thlr. 12 Gr.
— — Idem liber, charta script. 4 Thlr.
*— — Idem liber, charta membran. 6 Thlr.